H
D
19
3

Sala H
Gab.
Est. 15
Tab. 2
N.°

# EMMANUELIS ALVARES PEGAS J. C. LUSITANI,

IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM PAtroni, & Mitræ Archiepiscopalis, tam Bracharensis, quam Ulyssiponensis, Portuensis, Lamecensis, Algarbiensisq; Procuratori, ac etiam Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris, necnon Capellæ Regiæ, Ecclesiarumq; Patronatus Regii Fiscalis,

# TRACTATUS DE EXCLUSIONE, INCLUSIONE, Successione, & Erectione Maioratus,

*In tres partes divisus.*

## PARS PRIMA

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.

ULYSSIPONI,
Typographia MICHAELIS DESLANDES.
Sumptibus ANTONII LEITE PEREIRA.
M. DC. LXXXV.
*Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.*

H
D
19
3

# EMMANUELIS ALVARES PEGAS J. C. LUSITANI,

IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM PATRONI, & Mitræ Archiepiſcopalis, tam Bracharenſis, quam Ulyſſiponenſis, Portuenſis, Lamecenſis, Algarbienſisq̃ Procuratori, ac etiam Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris, necnon Capellæ Regiæ, Eccleſiarumq̃ Patronatus Regii Fiſcalis,

# TRACTATUS DE EXCLUSIONE, INCLUSIONE,

Succeſſione, & Erectione Maioratus,

*In tres partes diviſus.*

# PARS PRIMA

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.

CERTA

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
BIBLIOTECA
FACULDADE DE DIREITO

ULYSSIPONE.

Ex Typographia MICHAELIS DESLANDES.
Sumptibus ANTONII LEITE PEREIRA.
M. DC. LXXXV.
*Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.*

Dr. F. Vas

FACULDADE DE DIREITO
BIBLIOTECA
12852

EMMANUELIS
ALVARES PEGAS
I. C. LUSITANI,

IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM PA-
troni, & Mitræ Archiepiscopalis, tam Bracharensis, quam Ulyssiponen-
sis, Portuensis, Lamecensis, Algarbiensisq; Procuratoris, ac etiam
Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris, necnon Capellæ Re-
giæ, Ecclesiarumq; Patronatus Regii Fiscalis,

# TRACTATUS

DE

# EXCLUSIONE, INCLUSIONE

Successione, & Erectione Majoratus,

In tres Partes divisus.

# PARS PRIMA

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT.




ULYSSIPONE.

Ex Typographia MICHAELIS DESLANDES.

Sumptibus ANTONII LEITE PEREIRA.

M. DC. LXXXV.

Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

# NOBILISSIMIS GRAVAMINUM SENATORIBUS,

## ac Egregiis Magistris, Doctissimis Viris Jurisconsultorum Ævi nostri Corypheis, Sapientissimis, Prudentissimisque, Portugalliæ Splendori, Senatus Supplicationis miraculo.

MAGNIS vexantur laboribus, continuisque cruciantur vigiliis scribentes omnes circa electionem ejus, cui opera sua dicare, & sub cujus nomine, patrocinio, & tutelâ communium omnium censuræ, laudi, vel detractioni ipsa exponere debeant. Ego autem (Amplissimi Patres, Doctissimique Senatores) absque illis jamdiu meum pulsabat animum debiti hujus obsequii, quamvis exigui, syncera redditio, & forsan ingratus censebar ab his, qui vestra erga me beneficia recolebant, dum alia opera, jurisque commentaria Ordinationis Regni, quæ prius publicæ luci dedi, vestris pedibus advoluta, & vestrum ambientia patrocinium non spectabant, & cum post tentatum primo de meis scriptis testimonium additionem feciſſem ad Forenses Quæstiones, & in illa de materia maioratus tractaſſem, & multis Senatus sententiis exornaſſem, hunc Tractatum de Excluſione, Incluſione, Succeſſione, & Maioratus Erectione ex illis deductum, vestro nomine munitum libare audeo, & quod à vestræ eximiæ sapientiæ sententiis, & deliberationibus doctiſſimis hauſi, ad Vos nunc crediticio jure reddo, & gratuito, ac ferventi spiritu restituo, debitè offero, reverenterque conſecro. Quis enim appoſitius legum incertos fines ad sanam intelligentiam perduxit, quam Vestrum interpretationes? Quis decretorum ambiguos senſus clarius exploravit, quam Veſtrum deliberationes? Quis teſtatorum innumerabilem turbam confirmiori tenore copulavit, quam Veſtrum deciſiones? Quis immenſum opinionum chaos exactiori trutina, & ordine ad tutam praxim conſtruxit, quam Veſtrum ſententiæ? Vos ampliſſimi Gravaminum Senatores, Appellationum Expeditores, inclyta ſacrorum Canonum man-



data

*data firmis rationibus corroboratis: Vos ſapientiſſimi Patres civilium legum præcepta validis fundamentis firmaſtis: Vos eruditiſſimi Juriſprudentiæ Coryphæi Teſtatorum voluntates novis reſolutionibus delucidatis. Vos Doctiſſimi utroque jure Ordinationes Regni opportunis caſibus omnibus literis commendatis; ſi confuſa cauſarum negotia tractantur, Salamones videmini: ſi ambigua litium diſcrimina vertuntur, juſtis ſententiis Seleuci imitamini; ſi maturæ Conſiliorum Principis diſcuſſiones aguntur, veſtrarum ſententiarum filo velut Ariana ocurritis: ſi graviſſimæ ſententiæ ſunt fulminandæ, æqua lance omnia libraſtis, ut merito noſtris temporibus canere poſſimus: Reverſam Terris Aſtream, quas quondam dedignata reliquit, & ſuper petram veſtram Cælum erexiſſe dignum habitaculum juſtitiæ, tot ſæculis ab hominibus profugæ. Veſtris ſententiis ampliſſima hujus Regni machina regitur. Veſtra ſapientia reliquorum Tribunalium rectiſſimis motibus volvuntur. Veſtra doctrina Regalis Curia in ſuis ſententiis regulatur, & peritiores Juriſprudenti e Obſervatores Magiſtros noſtros Vos veneramur. Nosque tamquam lex certa veſtra dictamina firmant. Juxta illud Martial. lib. 4. epigram. 49.*

Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.

*Hinc itaq́ crediticio jure accipite hunc Tractatum debitum, & reſtitutum, & hilari fronte ſuſcipite, & corrigite, & æqui, boniq́ conſulite, nec quantum, ed quali profectum ſit, voluntate perpendite, ut ſcriptum reliquit Senec. epiſtol. 81. & ut inquit Virgil lib 8. Æneid.*

Accipe, daque fidem, ſunt Nobis fortia bello
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus.

*Faxit nunc Deus, Optimus, Maximus, ut publico bono, & privatæ hujus Tractatus ſaluti feliciſſimam Senatus hujus juſtitiam, & Illuſtriſſimi Juſtitiæ Rectoris, Senatorumque Perſonas in æternum conſervet incolumes, ut deſiderat Diſcipulus Veſter:*

*Emmānuel Alvares Pegas.*

# INDEX

## QUÆSTIONUM, QUÆ IN HOC TRACTATU continentur, disputantur, & in toto opere resolvuntur.


QUID, & quo tuplex sit maioratus, & de ejus definitione, divisione, institutione, & in qua forma, & dispositione fieri possit. Cap. 1.

Maioratus qua causa, & quo fine instituantur, & de illorum utilitate, eorumque conservatione, & memoria institutoris, ac augmento familiæ, & an ex illius vocatione maneant fœminæ exclusæ, & tantummodo inclusi masculi ex masculis, per quos conservari debeat memoria, familiaque institutoris, & quid veniat appellatione familiæ, & de proœmii effectu Cap. 2.

Maioratum quis possit instituere, & qua forma, & in qua dispositione, & quis dicatur institutor, ad hoc ut consanguineus censeatur inclusus, vel exclusus. Cap. 3.

Maioratus quibus in bonis institui possit, & quæ bona institutio facta de omnibus bonis comprehendat. Cap 4.

De tractatu, & promissione faciendi maioratum, & quando promissio faciendi maioratum habeatur pro dispositione, & maioratus dicatur constitutus, & erectus ex bonis relictis, tam quoad personas, quam quoad res vinculatas, seu vinculandas, & detur inclusio, vel exclusio petentis illius erectionem, vel successionem? Cap. 5.

Quibus probationibus, scripturis, aut conjecturis, verbisque probetur, maioratum institutum fuisse, tam ex tacita, quam expressa volũtate institutoris, ad hoc ut vinculum ostendatur, admittaturve exclusio successoris pertendentis maioratum, ejusque successionem ad se pertinere. Cap. 6.

De reivindicatione competente successori maioratus, & dedefensione. ibidẽ. § 1. & 2.

De inclusione successoris maioratus ex illius irrevocabilitate, & de exclusione ex revocabilitate primogenituræ, & quando maioratus dicatur constitutus, aut erectus revocabiliter, vel irrevocabiliter, ad hoc ut habeat locum inclusio, vel exclusio successoris pertendentis maioratum, & successionem primogenituræ Cap 7.

De inclusione, & exclusione successoris maioratus, & quid sit inclusio, aut exclusio, & quando inclusio unius sit exclusio alterius, & quid sit successio? Cap. 8.

De consanguinitate requisita ad maioratus successionem, & quomodo probari debeat, & quibus requisitis, & ex quibus probationibus, conjecturis, instrumentis, & testibus de illa constare possit, ad hoc ut aliquis sit inclusus, vel exclusos ab illius successione; & quando, & quomodo probari debeat consanguinitatis gradus cum Institutore, legitimoque de jure ultimo possessore, tam in vocatione, & inclusione pura, quam conditionali; & an attendatur qualitas proximitatis existentis tempore mortis ultimi possessoris, vel superveniens sufficiat, ad inclusionem, vel exclusionem, ita ut si ex postfacto nascatur, vel veniat alius proximior jam existens

existens tempore mortis possessoris, vel delatæ successionis, excludendus sit, & an possit maioratum avocare ab illo possessore de novo incluso, vel non? Agitur etiam de præscriptione unius lineæ contra alteram. Cap. 9.

De qualitatibus requisitis ad maioratus inclusionem, exclusionem, vel etiam successionem & de vocatione, linea repræsentatione, gradu, sexu & ætate, ex quibus declaranda venit successio in maioratu irregulari, vel regulari, ut detur inclusio, vel exclusio successoris maioratus? Cap 10.

De variis exclusionibus, & diversis maioratuum speciebus regularibus, & irregularibus, & successorum inclusione, & exclusione, & quando, & quomodo dicatur regularis, & in illo succedatur? Et qua forma factus dicatur, & erectus, & quis præferendus sit in eorum successione? Cap. 11.

De maioratu irregulari simplicis, & nudæ, aut puræ masculinitatis, & qui dicantur inclusi, vel exclusi in competentia successionis maioratus? Cap. 12.

De maioratu irregulari qualificatæ masculinitatis, & ad quos pertinere possit ejus successio, & qui dicantur inclusi, vel exclusi? Cap. 13.

De maioratu irregulari agnationis artificiosæ, & limitatæ ad certos gradus, & quis sit, & de ejus successione, & ad quos pertinere possit, & qui dicantur inclusi, vel exclusi ad illum obtinendum? Cap. 14.

De maioratu irregulari agnationis veræ, & rigorosæ, & quis in dicto maioratu succedat, & includatur, vel excludatur? Cap 15.

De masculorum ex fœminis exclusione, vel inclusione, & quando succedere debeant, vel non, aut censeantur exclusi, vel inclusi in maioratus successione? Cap 16.

De fœminarum exclusione, & quando succedere debeant, vel non, aut censeantur inclusæ, vel exclusæ à maioratus, primogenijque successione? Cap. 17.

De Monasteriorũ, Monialiũ, aut Monachorum exclusione, aut inclusione, & quando Monasterium, Monachus, aut Monialis succedere possint, vel non in maioratu, & ex quibus clausulis censeantur inclusi, vel exclusi? Cap. 18.

De Clericorum inclusione, vel exclusione à successione maioratus, non solum propter Clericatum, sed etiam ratione incapacitatis contrahendi matrimonium, & habendi filios, descendentesque legitimos, & an possint ab institutore excludi, & includi, & ex hac exclusione censeantur etiam exclusi impotentes, & mulieres generationis incapaces propter ætatem, aut incapacitatem, & quid si superveniat qualitas Clericatus post successionem? Cap. 19.

De exclusione filiorum naturalium, spuriorumque, & legitimatorum, & quando dicti naturales, spurii, aut legitimati, eorumque filii legitimi possint succedere, vel non in maioratu, & censeantur exclusi, vel inclusi à dicta successione illegitimi? Cap. 20.

Utrum exclusus specialiter, aut generaliter in generali vocatione censeatur inclusus, & quid in illegitimis, eorumque descendentibus legitimis, quando vocata spuria filia Clerici, fuit omissus filius spurius legitimatus, & inclusi fuerunt descendentes ab illa legitimi; an ex hac omissione, & vocatione legitimorum ad memoriæ conservationem censeantur descendentes filij omissi, & exclusi, inclusi in generali vocatione consanguinei proximioris, extincta linea primæ vocatæ, & an succedat neptis filij spurij omissi, an vero descendens à fratre institutoris legitimus? Cap. 21.

Utrum pater instituens maioratum in filio illegitimo eo pacto, ut si filius intra pupillarem ætatem decesserit, succedere debeat alius, sit substitutio, & vocatio pupillaris, vel fideicommissaria, ut mortuo filio includatur substitutus, & vocatus, vel ejus filius, & excludatur consanguineus proximior ultimi possessoris, cui judicata erat successio, & generaliter ad successionem, ut consanguineus proximior

voca-

vocatus, & quando dicantur incluſi, vel excluſi conſanguinei? Cap. 22.

De excluſione, aut incluſione illorum, qui non contrahunt matrimonium cum certa perſona, quando inſtitutor juſſit, ſucceſſorem maioratus debere contrahere, vel non nuptias cum conſanguinea, aut alia perſona nobili, vel ignobili ſub pœna privationis, & an ſit valida hæc excluſio, & ſucceſſor, qui contravenit, excludendus veniat à ſucceſſione maioratus, & quid in præcepto conſilii, aut conſenſus alterius? Cap. 23.

De excluſione illorum, qui contrahunt nuptias cum perſonis diſparis cultus, vel quæ deſcendunt ex Judæis, Mauris, vel Hæreticis, vel aliis impuri ſanguinis, vel ignobilibus, aut ſunt pœnitentiati in ſancto Officio; an ex hac pœnitentia crucis inverſæ in pectore veniant excludendi, tam à ſucceſſione maioratus, quam ab hæreditate, & quid in illo, qui in theatrum publicum fuit, & abjuravit de levi? Cap. 24.

Utrum excluſio maioratus cenſeatur facta inimico fundatoris ob injuriam, vel gravem offenſam poſt fundationem ei, vel ejus familiæ factam, vivente ipſo, vel eo mortuo, & de excluſione facta ratione odii, & quos comprehendat, & an odium, ſive inimicitia cenſeatur tantum perſonalis contra offenſorem, vel realis contra ejus filios, & deſcendentes, ad hoc ut maioratus tranſeat ad alium alterius gratæ lineæ, & quid in eo, qui occidit ultimum poſſeſſorem, an ex hoc delicto maneat excluſus, & quando incluſus? Cap. 25.

De excluſione illius, qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis divinæ, aut humanæ, à maioratu propter clauſulam inſtitutoris, qua cavetur, *que tres horas antes, que cometa o delicto, o ha por excluido ao poſſuidor delle, & paſſe logo ao ſeguinte em grao*, an ſit valida, & quis ſuccedere debeat, & quid conceſſa reſtitutione propter pacem, an recuperet poſſeſſor bona amiſſa propter delictum virtute dictæ inſtitutoris clauſulæ? Cap. 26.

De excluſione Procuratoris Regis poſſeſſoris maioratus, ex eo quia ſucceſſor eſt abſens, & virtute repreſaliæ capta fuit poſſeſſio, an, & quando ceſſet per mortem ſucceſſoris abſentis, ac pacis factæ, & tradi debeat incluſo, & vocato conſanguineo, & quibus fructibus; & an compenſentur cum melioramentis, & quæ melioramenta reſtituenda ſint? Cap. 27.

De excluſione banniti à ſucceſſione maioratus delata poſt bannimentum, & an ſi fuerit reſtitutus, recuperet ſucceſſionem amiſſam, & an ſuccedat filius poſſeſſoris banniti natus poſt bannimentum, & an cenſeatur incluſus, vel excluſus bannitus, aut deſcendens ab illo? Cap. 28.

De excluſione furioſi à natura, vel ex accidenti, dementis, ſeu mentecapti, muti, & ſurdi, cæcique à maioratus ſucceſſione, & quando poſſit ſuccedere, vel non, & quid in commendis, bonis Coronæ, juriſdictionibus, & dignitatibus? Cap. 29.

De excluſione giboſi, manci, aut anci, aut capti pedibus, leproſi, aut habentis talem infirmitatem, ex qua Regem non poſſit comitare, aut ſervire, & quando poſſit, vel non ſuccedere, vel iſti tales, & ſimiles dicantur incluſi, vel excluſi? Cap. 30.

De excluſione tranſverſalium, quando ſunt vocati deſcendentes, & in eorum defectum cauſa pia invitatur ad ſucceſſionem, & fuit ſubſtituta, vel quando inſtituta, & excluſi fuerunt tranſverſales, & quando cenſeantur incluſi, vel excluſi? Cap. 31.

Utrum ſubſtitutio pupillaris reſtricta ad certam ætatem poſt eam ætatem poſſit converti in fideicõmiſſariam, & vocatis filiis, & deſcendentibus, & illis deficientibus ſubſtituta cauſa pia, an cenſeantur excluſi tranſverſales, & admiſſa cauſa pia in maioratus ſucceſſione? Cap. 32.

Utrum

Utrum per incluſionem, & vocationem ſucceſſorum adminiſtratoris vocati, & ſuæ lineæ, & in eorum defectum incluſus,& vocatus ſit locus pius ex hac vocatione, & iucluſione, mortuo adminiſtratore abſque liberis,aut deſcendentibus,cenſeantur excluſi tranſverſales ultimi poſſeſſoris , & tantummodo incluſa cauſa pia? Cap. 33.

De excluſione ſucceſſionis maioratus ob non reſidentiam in lóco ab inſtitutore requiſito, & aſſignato, & an ex defectu adventus ad illum veniat includendus, vel à ſucceſſione excludendus ? Cap. 34.

De excluſione ſucceſſoris maioratus, & incluſione conſanguinei, aut filii ex diſſipationis maioratus cauſa, & quis ſuccedat, & quomodo excludi, vel includi debeat futurus, aut immediatus maioratus ſucceſſor,& quando privandus veniat poſſeſſor, & excludendus ex juris diſpoſitione, vel ex contraventione præcepti inſtitutoris, & ad quem fructus in hoc caſu pertineant ? Cap. 35.

De excluſione, vel incluſione ſucceſſoris maioratus,quando inſtitutor relinquit bonorum uſumfructum alicui, & poſt ejus mortem alium vocavit vinculo maioratus, & iſte vivo priori diem ultimum claudat extremum,an caducet diſpoſitio,& includatur incluſus hæres , aut ſucceſſor , vel tranſmitatur ad hæredes, vel ſucceſſores , & gravatus remaneat cum bonis ſublato gravamine maioratus , vel apud uſumfructuarium debeant bona cum vinculo maioratus remanere, & iſte dicatur incluſus in ſucceſſione , vel ab ea judicetur excluſus? Cap, 36.

Utrum , & quando excludatur conſanguineus ultimi poſſeſſoris à petitione maioratus propter alienationem factam à poſſeſſore , ſi alius conſanguineus proximior exiſtit, & an excludatur agens ex præcedentia tertii, & quando in ſucceſſione maioratus poſſit actor, vel non excludi, vel includi ex juris tertii exceptione? Cap. 37.

De excluſione, aut incluſione illius , qui eſt literates , quando maioratus inſtitutio habet conditionem, ut præferatur is , qui fuerit literatus, aut in publicis ſcholis verſetur in diſcendo aliquam ex ſcientiis uſque ad gradum , & an ſufficiat quod profeſſus ſit ſcientiam poeticam, aut aliam ſimilem,& talis incluſio,vel excluſio comprehendat omnes caſus ſucceſſionis, & filios, aut ſucceſſores legitimos, vel illegitimos tantum ? Cap. 38.

De excluſione illius, qui non adimplet onera realia impoſita ab inſtitutore ad miſſas celebrandas, & ad alia onera adimplenda,quando in caſu contraventionis eſt excluſus, & alius proximior incluſus, & quis in hoc caſu includatur, vel excludatur à ſucceſſione ? Cap. 39.

An, & quando ex præſumpta, & dubia voluntate inſtitutoris cenſeantur incluſi , & non incluſi magis dilecti , & amici illius, & eorum deſcendentes, & alii ignoti cenſeantur excluſi,& ex quibus probetur voluntas Inſtitutoris ad incluſionem admittendam ? Cap. 40.

Utrum in maioratu inſtituto à nobili cenſeantur incluſi , vel excluſi deſcendentes à genere plebeorum , & filii poſſeſſorum , qui nuptias contraxerunt cum plebeis, aut mechanicis, ita ut non poſſint in ſucceſſione maioratus includi,ſed potius excludi debeant ? Cap. 41.

An, & quando ſucceſſor,aut maioratus poſſeſſor ex concubina filium ſuſcepit naturalem,& poſtea uxorem duxerit, & ex ea legitimus natus eſt filius,mortua autem ſua legitima uxore, deinde ſecundas nuptias cum concubina contraxit , ex quibus naturalis prior ejus filius legitimus redditur per diſpoſitionem *textus in cap. tanta qui filii ſint legitimi*, & mortuo patre contendunt ad ſucceſſionem maioratus filius legitimatus tamquã maior,& filius legitimus,licet minor tamquam primus in legitimatione , quis in hoc caſu dicatur incluſus, vel excluſus ; & quid in maiora-

maioratu, in quo expressa adest clausula, vocans ad successionem filios legitimos natos, seu procreatos de legitimo matrimonio, an includatur, vel excludatur legitimatus per subsequens matrimonium ; & quid in legitimato à Papa in radice ? Cap. 42.

Filius natus antequam pater assequutus fuisset Principatum, dignitatem, vel maioratum, an includi, vel excludi debeat, & præferri, vel non filio genito post adeptum maioratum, dignitatem, aut Principatum, & quando dicantur, vel non in linea recta maioratus, & quid in filiis arrogatis adoptivis, & spiritualibus susceptis in sacro fonte, & quando includantur, vel excludantur? Cap. 43.

De exclusione, vel inclusione successionis maioratus resultante ex odio, inimicitia, offensa, infidelitate, vel ingratitudine commissa adversus institutorem, vel possessorem, & quando locum habeat, vel non; & quando ex ingratitudine possit, vel non revocare maioratum institutor ? Cap. 44.

De exclusione successoris, aut possessoris bonorum maioratus Capellæ, & Coronæ, & admissione denuntiatoris illorum tanquam vacantium, & quando detur inclusio, vel exclusio vacationis, aut successionis, & ad quem pertineat successio, vel administratio, & quando, & in quibus casibus vacent, vel non, maioratus ad Coronam, vel pertineant ad institutoris consanguineos legitimos, aut illegitimos ad Caronæ exclusionem, & illorum inclusionem? Cap. 45.

De inclusione, & exclusione ex institutione, in qua contrariis inclusionibus, aut vocationibus, exclusionibusque aliquis invenitur inclusus, vel exclusus, petendo bona, ut libera, & ut maioratus, aut fideicommissum, & si primo agat ad successionem bonorum tanquam liberorũ, an postea excludatur petendo ex ea eadem institutione tanquam bona maioratus, seu fideicommissi, vel è contra? Cap. 46.

De inclusione, vel exclusione à successione maioratus, quando illius institutor ad ejus successionem vocavit cum dictione, Et, copulativa, duos, vel plures, an omnes simul, eodemque tempore includi, vel succedere valeant, vel unus tantum ordine successivo, & per suum ordinem, ac si per disjunctivam, fuerint vocati ? Et si unus tantum includendus sit, quis eorum? Et an hæ inclusiones, aut vocationes sint reales, seu lineales, an personales, ita ut deficiente primo relictis filiis, seu descendentibus, succedat alius nominatim tanquam substitutus subsequenter inclusus, aut vocatus, vel descendens ex primo incluso, & vocato? Cap. 47.

De inclusione, aut exclusione ex suspensione successionis, & an possit esse in pendenti, & in suspenso successio maioratus, & utrum includi, aut excludi debeat natus tempore vacantis, vel qui sit melioris lineæ, & qualitatis natus post delatam successionem, vel lite pendente, ad hoc ut possit habere regressum ad maioratus successionem, & eam avocare à possessore ? Cap. 48.

Exclusio, an sit odiosa, vel favorabilis, & an in dubio censeatur realis, vel personalis, sive restricta ad certas tantũ illas determinatas personas, quas institutor expresse nominavit, & quando privatio, aut exclusio patris noceat filio, & non obstante illius existentia succedat transversalis ? Cap. 49.

De inclusione, & exclusione quando in uno superioris lineæ ex dispositione hominis incompatibilis alia successibilis, & alia expresse per institutorem à successione maioratus exclusa, atque reprobata : & in alio, ex successoribus inferioris lineæ concurrant lineæ purè successibiles, quis eorum includatur, vel excludatur; & quando aliquis, habens quatuor, pluresve fratres, instituat maioratum, ad cujus successionem vocat imprimis fratrem primogenitum, atque expresse excludit in perpetuum secundogenitum fratrem, & omnem ejusdem fratris posteritatem; & forte eveniat, quod aliquis ex descendentibus fratris primogeniti contrahat matrimonium cum alio ex descendentibus excluſi fratris geniti secundo; ex quo

matrimonio procreatus sit filius, qui ex una parte habeat lineam succeſſibilem, atque vocatam, & ex alia parte lineam odioſam, atque excluſam, & ſuper ſucceſſione maioratus contendat cum alio deſcendente ex tertiogenito fratre inſtitutoris, qui ex omni latere habeat lineam ſucceſſivam, quis in hoc caſu includatur, vel excludatur à ſucceſſione? Cap. 50.

De incluſione, aut excluſione ſucceſſoris maioratus reſpectu incompatibilitatis, & quando detur incompatibilitas maioratuum, tam in diſpoſitione hominis, quam legis, ad hoc ut aliquis dicatur incluſus, vel excluſus? Et quando ex conditione ferendi inſignia armorum familiæ, nomen, ſeu cognomen, vel alterius gravaminis præceptum? Cap. 51.

Quando detur incluſio, vel excluſio unius, ſi duo, vel tres infantes uno impetu, & partu naſcantur, & quis eorum includi, & præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel maioratus, quando ambo ſub ſecundina involuti, aut ex ventre exſecto in lucem editi fuere, vel ſi ignorari contingat, uter eorum primo natus fuerit? Cap. 52.

De excluſione in materia privationis à ſucceſſione maioratus per contraventionem, & quando excluſio, & incluſio habeat locum, vel non in variis caſibus, & an per contraventionem patris excludi, aut privari debeat ejus filius, ac deſcendēs, & quando ſententia, aut excluſio ob contraventionem cenſeatur realis, vel perſonalis, & quis ſuccedat contravenienti, & quæ ad hanc excluſionem requirantur? Cap. 53.

An cenſeantur incluſi, vel excluſi à ſucceſſione maioratus hæretici, qui crimen læſæ Majeſtatis Divinæ commiſerunt, & quid de eorum filiis, & deſcendentibus; & in Monaſterio, qui ſucceſſit in maioratu; & Monachus, per quem ad Monaſterium devenerit ſucceſſio, commiſit crimen hæreſis, an durante vita Monachi à poſſeſſione maioratus excludatur, vel retinere poſſit ſucceſſionem, vel ſtatim includatur, vel transferatur ad ſequentem in gradu? Cap. 44.

De incluſione, & excluſione in diſpoſitione, in qua vocatur ſequens in gradu, & quis talis dicatur, ad hoc ut dicatur incluſus, vel excluſus à ſucceſſione maioratus? Cap. 55.

Si aliquis in inſtitutione ſui maioratus, in favorem familiæ relicti, includat in ſucceſſione ſecundogenitum ex tribus, pluribusve filiis alicujus, omittens primogenitum, tertiogenitum, & cæteros fratres; poſteaque eveniat, quod ſecundogenitus decedat abſque deſcendentibus, ſuperſtite primogenito, & tertio, vel quarto, vel quintogenito, vel eorum prole: qui dicantur incluſi, vel excluſi, & an ſucceſſio maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, ſeu anteriorem primogeniti, quæ fuit omiſſa; vel ultra procedere debeat ad lineam ſequentem filii tertio, vel quartogeniti ſuo ordine, & quis dicatur in hoc caſu incluſus, vel excluſus, & quid ſi in linea ſequenti filii tertio, vel quarto, vel quintogeniti non exet niſi fœmina ſecundogenita, & primogenitus, inter quos ſit controverſia? Cap. 56.

De incluſione, & excluſione in maioratu condito ſub conditione, quod ſi poſſeſſor obtineat aliud primogenium ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, excludatur, & in maioratus ſucceſſione includatur alius ſucceſſor, qui redditus ſufficientes ſint, ad hoc ut incluſus excludatur, & dicantur congruæ ſuſtentationes ad hoc, ut habeat locum incluſio alterius, & cui incumbat onus probandi, & quomodo arbitrari debeant redditus ad hanc incluſionem, vel excluſionem ſucceſſoris maioratus? Cap. 57.

De incluſione, & excluſione aſcendentis, vel deſcendentis, aut tranſverſalis, quando pater, aut aſcendens vult ſuccedere in maioratu poſt obitum filii, aut deſcendentis,

dentis, & an revertatur aſcendendo, & an retrotrahatur ad ſuperiorem lineam aſcendentium, mortuo deſcendente abſque liberis; & quando detur incluſio, vel excluſio, ſi contingat caſus, in quo pater ſuſceperit duos filios ex ejus uxore conſanguinea, quæ maioratum poſſidebat, & poſt mortem uxoris, ſuperſtite patre, maior filius ſuccedat, qui poſtmodum ſine liberis decedat, an frater ultimi poſſeſſoris excludat patrē, vel pater includatur; & quid in maioratu, in quo inſtitutio vocat fœminam cum conditione nubendi in familiam aliquam, an privata alia fœmina contravenienti, devolvatur ſucceſſio ad filium obedientis fœminæ, an poſt mortem includatur linea poſtergata, vel pater maſculus vocatus, ut talis ex capite conſanguinitatis filii ultimi poſſeſſoris excludat fœminam matrimonii contrahendi capacem procedentem ex linea excluſa, & quis in hoc caſu includatur, vel excludatur? Cap. 58.

An infamis infamia juris, aut facti, excludatur à maioratus ſucceſſione: & an Hiſtrio, vel Comicus, vulgo Repreſentantes de Comedias, includatur in vocatione conſanguineorum, & an tales ſint infames infamia juris, vel facti: & quando in iſtis habeat locum incluſio, vel excluſio à maioratus ſucceſſione? Cap. 59.

Utrum ſecundogenitus includatur, aut præferatur in ſucceſſione maioratus, ſi concurrat cum primogenito hermaphrodito, & iſte cenſeatur excluſus, quando maſculus habet præferentiam, & incluſionem contra fœminam; & quid ſi competentia ſit inter hermaphroditum, & tranſverſales maſculos, ad ſuccedendū in maioratu agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quo fœmina penitus ſit excluſa? Cap. 60.

Quando detur incluſio, vel excluſio in maioratu tali conditione inſtituto, ut in eo ſuccedatur alternatim; unus ſcilicet fruatur per tempus, vel vitam ex linea paterna; & alter per aliud tempus, & vitam ex linea: vel unus ex parte viri, & alius ex parte uxoris inſtitutoris; & an tranſacto inutiliter ex cauſa litigii, vel alia quacunque, tempore uni aſſignato abſque actuali poſſeſſione cum effectu habendi ſibi redditus, & uſumfructum, Judex debeat ei aliud tempus aſſignare, vel ſubrogare, ad utendum, & fruendum? Cap. 61.

Quando detur incluſio, vel excluſio filii, quando genitus fuerit à duobus viris, & quando includatur in ſucceſſione maiorarus primi, vel ſecundi mariti ultimi poſſeſſoris, quando uxor poſt mortem primi, intra paucos dies ſecundo nubat, & intra ſeptimum, nonum, & decimum, ſive undecimum menſem natus ſit filius; an natus ſuccedere debeat, vel conſanguineus primi, vel ſecundi mariti; & non ſolum quando poſt mortem primi, ſed etiam eo vivente, ſi diſſolvatur matrimonium, quia contractum nulliter per vim, vel metum, vel in gradu prohibito, vel ſi primus vir contraxerat, alia uxore vivente, aut ſi marito abſente mulier cum alio contraxerat, & ei reverſo fuerit reddita uxor? Cap. 62.

De clauſulis incompatibilibus, contrariis, contradictoriis, ſeu perplexis clauſulis, ſeu capitulis, vocationibus, & conditionibus in maioratibus appoſitis, & cui ſtandum ſit, vel nulli earum, ad hoc ut detur in maioratus ſucceſſione incluſio, vel excluſio ſucceſſoris; & quid quando continent perplexitatem, aut contrarietatem? Cap. 63.

Si in maioratus inſtitutione excluſio, incluſio, aut vocatio fuerit facta per amphibologiam, vel ambiguam orationem, taliter quod ſi ad quemlibet duorum ſimul, & eodem tempore ſucceſſorum referri poſſit, quis eorum ſuccedere debeat, ex eo quod reſpectu utriuſque non poſſit admitti ſucceſſio, quis includendus, vel excludendus veniat? Cap. 64.

De incluſione, aut excluſione ſucceſſoris maioratus ex conditione ferendi inſignia armorum, familiæ nomen, ſeu cognomen, vel alterius gravaminis præceptum, &

quando dicatur incluſus, vel excluſus contraveniens, vel ejus deſcendens? Cap. 65.

Utrum in linea collaterali includatur, qui fuerit ex linea tranſverſali fratris minoris utrinque conjuncti, vel ille ex linea tranſverſali fratris maioris conſanguinei tantum in ſucceſſione maioratus inſtituti per eorum fratrem excludatur, & quando includantur, vel excludantur utrinque conjuncti, vel uterini, & quando duplicitas ſanguinis ad maioratus ſucceſſionem attendatur, vel non? Et de incluſione, vel excluſione lineæ æqualis, vel inæqualis in ſucceſſione tranſverſalium, & an filius, vel alius deſcendens ex fratre maiore prædefuncto ante maioratus inſtitutionem excludere debeat, ejus patruo nato poſt ejuſdem maioratus fundationem? Cap. 66.

De incluſione, & excluſione inter prærogativam lineæ, & gradus, ſexum, & ætatem, & an poſt defectas aliquas lineas, vel genera perſonarum incluſo proximiore, veniat ille, qui ſit talis, attenta ſola ratione, ſeu computatione graduum, non curata prærogativa lineæ, vel potius iſta prærogativa attendi debeat, & repræſentatio, & de concurſu plurium perſonarum inæqualis gradus, ſed ejuſdem generis? Cap. 67.

De incluſione, & excluſione in maioratu, in quo agitur de lineali reciproco fideicommiſſo, aut maioratu, qui regulariter non cenſetur inductus, niſi ab initio unus ſit inſtitutus, à quo plures lineæ ſunt conſtitutæ, & quando pater plures filios inſtituens conſtituat unam lineam; vel ſi plures lineæ in una oratione ſint vocatæ, & quid ſi pluribus inſtitutis, factum ſit reciprocum, ſi unus moriatur abſque liberis, an decedente alio ſine liberis locum habeat maioratus, aut fideicommiſſum reciprocum; & de lineali mutuo fideicommiſſo, aut maioratu, & de linea in conditione poſita, an illi de linea cenſeantur incluſi, & an per vulgarem tantum, vel fideicommiſſariam, & etiam reciprocam, & de tribus requiſitis linealis reciprocæ; & quis in his incluſionibus cenſeatur incluſus, vel pupillariter excluſus à maioratus ſucceſſione? Cap. 68.

De incluſione, & extenſione fideicommiſſi maioratus ad caſum omiſſum ad materiam *text. in L. placet ff. de liber. & poſth.* an ſcilicet inſtitutio, vel reſpective ſubſtitutio facta de poſthumo, ſeu ventre prægnante uxoris conveniat filiis poſtmodum ex eadem, vel diverſa uxore procreatis, etiam quando primogenitura fuit ordinata occaſione primi matrimonii in donatione illius contemplatione facta, & an filii ſecundi vocati cenſeantur, & poſſint in eadem ſcriptura, aut ex intervallo, & quid in extraneorum incluſione? Cap. 69.

De incluſione fideicomiſſi, aut maioratus ad filios primi ſubſtituti, vel gravati in excluſionem ulterioris ſubſtituti, & incluſi ex diſpoſitione *text. in L. cum Avus ff. condit. & demonſtr. & L. cum accutiſſimi Cod. fideicom.* etiam in inſtitutione tranſverſalis, atque de ſuppletione per legem facienda caſus per teſtatorem ommiſſi, per eum tamen veriſimiliter voliti? Cap. 70.

De incluſione, aut excluſione illius, qui renuntiavit maioratum in favorem alterius, & iſte è vita decedat prius, & præmoriatur, an poſſit renuntians reaſſumere maioratum, & in eum reintegretur ſucceſſio? Cap. 71.

De tranſactione facta ſuper bonis maioratus, & quando valeat, vel non, & quando obſtet ſucceſſori, & quo jure dicatur facta, & quando ex illa detur incluſio, vel excluſio, & etiam ex diviſione, & jure accreſcendi? Cap. 72.

De incluſione, & excluſione ex caducatione ſecundæ ſubſtitutionis ob caducitatem primæ, & quando corrupto antecedenti gradu ſubſtitutionis, caducentur ſequentes, vel potius intret vulgaris in fideicõmiſſo, aut maioratu, ad hoc ut detur incluſio, vel excluſio ſucceſſoris maioratus? Cap. 73.

De

De inclusione, & exclusione, quando numerus pluralis resolvatur in singularitates, & quæ conditio in persona plurium adjecta sufficiat, ut in singulis verificetur, & habeat locum inclusio, vel exclusio, & etiam ubi conditio mortis plurium respicit duos gradus, & existentiam personæ prædilectæ, quæ vel jure transmissionis, vel jure implicitæ vocationis præferri debeat ulteriori statuto? Cap. 74.

De inclusione, & exclusione ex conditione affirmativa, si filios habuerit aut si sine filiis decesserit, & an substitutio facta in casu deficientiæ locum habeat in casu non existentiæ, vel potius intret caducatio, & facta duplici conditione mortis, absque filiis, & ab intestato, an requirantur ad inclusionem utriusque conditionis concursus, & quando in hoc casu detur inclusio, vel exclusio? Cap. 75.

De exclusione, & inclusione ex conditione negativa, si vocatus, aut institutus filios non habuerit? Cap. 76.

De exclusione, aut inclusione in maioratu facto in descendentibus Titii, vel alterius, an terminetur deficientibus descendentibus; & an transeat ad possessorem alterius maioratus, vel terminetur linea præmorientis finita, & quando in hoc casu detur inclusio, vel exclusio successoris maioratus, & an substitutus post defectam lineam alicujus admittatur, si linea non inceperit, & an includatur substitutus, quando certum est, eum, de cujus linea quæritur, non posse liberos procreare, vel contingat incapacem esse, & an inter ipsos de linea defectiva inducatur substitutio reciproca, & de differentia inter substitutionem factam in casu deficientiæ, & in casu mortis? Cap. 77.

De inclusione, & exclusione, quando in maioratu vocata est linea, an solum includantur descendentes, & illis deficientibus excludantur transversales, & qui comprehendantur in tali vocatione, & lineæ proximioris, contentivæ, aut effectivæ, masculinæ, & femininæ, paternæ, maternæ, electivæ, & quis dicatur inclusus, vel exclusus, & quid in vocatione familiæ? Cap. 78.

Maioratus, aut fideicommissum descensivum, si factum sit in infinitum in liberis, & descendentibus, vel aliorum hæredum institutorum, an censeatur reciprocum de linea ad lineam, vel discretive respectu cujuslibet lineæ, & quis dicatur inclusus, vel exclusus, & quando institutor substituit descendentes ipsos substitutos invicem pupillariter, & per fideicõmissum? Cap. 79.

De inclusione, & exclusione à successione maioratus institutus à conjugibus in eadem charta, an sit unus, vel duplex, & qui consanguinei includantur, vel excludantur? Cap. 80.

De inclusione, & exclusione possessoris, & successoris futuri, & quando vivente possessore judicium possit institui super successione futura post mortem ejus, & circa maioratus bona? Cap. 81.

De inclusione, & exclusione post mortem possessoris maioratus, aut successoris in causis motis super successione maioratus mortuo litigatore, an expiret mandatum procuratorium, & quis maneat dominus instantiæ, & an transeat contra successorem, & an ad hoc novus successor citari debeat, & quid post conclusum in causa? Cap 82.

De inclusione famuli, quando institutor illum vocat in defectum descendentium, & excludit transversalem, & quando dicatur inclusus, vel exclusus? Cap. 83.

De inclusione, & exclusione consanguinei divitis proximioris, quando institutor vocat, & includit pauperiorem, licet iste sit remotior, & è contra; & quis in his terminis dicatur inclusus, vel exclusus? Cap. 84.

Pater si instituat maioratum irrevocabilem in filium, & filios, & ejus descendentes, an possit ex intervallo declarare, quod intellexit de filiis masculis, & non de fœminis, ad hoc ut dicantur inclusæ, vel exclusæ? Cap. 85.

De inclusione, & exclusione nepotum, quando vocantur, & includuntur filii, & an sub nomine filiorum contineantur nepotes, & de conjecturis, quæ pro comprehensione nepotum solent considerari, & in quibus casibus procedant, ut detur inclusio, vel exclusio nepotum ? Cap. 86.

Semel exclusus quando perpetuo dicatur exclusus ; & semel inclusus, & admissus, quando perpetuo dicatur admissus, & inclusus, licet deficiat causa admissionis, vel exclusionis ? Cap. 87.

Patre, aut matre exclusis, tamquam à radice infecta derivatis, an, & quando censeantur quoque excluſi omnes illius descendentes, vel ex propria persona dicantur inclusi? Cap. 88.

De inclusione, & exclusione ex repetitione qualitarum, & an præsumantur repetitæ in aliis vocationibus, substitutionibus diversis, & distinctis ; & quando ex hac repetitione, vel non repetitione detur inclusio, vel exclusio? Cap. 89.

petitione, vel non repetitione ex vocatione filiorum conditionali, & quando filii positi in conditione intelligantur inclusi, & vocati, & quæ conjecturæ ad id sint habiles, & ad hoc ut censeatur maioratus repetitus in filiis in conditione positis, & ex conjecturis vocatis ? Cap. 90.

De inclusione, & exclusione, quando aliquis gravatus est restituere bona maioratus alteri substituto sub conditione sine, si talia bona consequatur, an si partem bonorũ acquirat, debeat talem partem restituere, & in illa includatur? Cap. 91.

De inclusione, aut exclusione consanguineorum pertendentium maioratum in æquali gradu ex judicio sortis, & an includatur ille, super quem cecidit sors, & quomodo, & quando ex sortibus decidenda sit maioratos controversia ? Cap. 92.

Utrum si vocatus ad successionem maioratus impugnet vinculi fundationem, post latam contra eum sententiam sit excludendus ab ejus successione, & includendus obediens proximior, & futurus successor admittendus ad possessionem rerum maioratus, non obstante contradictione primi vocati, qui contra maioratus institutionem opposuit? Cap. 93.

Maioratus si fuerit erectus ad alicujus, suorumque descendentium favorem, & primo loco vocatus sine illis decesserit, & sine consanguineo ex institutoris sanguine, an isti sint excludendi, & includendi veniant proximiores ex parte institutoris, ut in illis principium habeat nova successio, regulata per maioratus fundationem, vel an maioratus extinguatur ex defectu vocatorum ? Cap. 94.

Si institutor vocavit consanguineum scholasticum, qui versatus fuerit in universitate litterarum, & in prima, aut secunda classe ad minus, ad quam ingrediendam sit approbatus á Præfecto maiori gymnasii, & asserit habere bonam famam, an censeatur inclusus ex eo, quia sine illa versatus est in dicta classe, & excludat proximiorem consanguineum ultimi possessoris sine dicta qualitate ab institutore requisita ; vel in hoc casu succedere debeat dictus consanguineus, qui successurus erat, si defecisset dicta qualitas studendi, & ex illa non præcederet talis scholasticus ? Cap. 95.

Si institutor vocavit filium suum, & post ejus obitum Clericum presbyterum suæ descendentiæ, an excludantur filii primi vocati, aut nepotes, & includantur Clerici ; & concurrente Clerico primæ tonsuræ cum presbytero in sacris constituto, & uterque sit descendens institutoris, iste licet remotior sit includendus, & ille proximior excludendus ? Cap. 96.

De administratore bonorum maioratus, cujus possessor, aut successor est absens, & quis ex consanguineis inclusus, vel exclusus dicatur ad administrationem petendam, & ad quem pertineat administratio, & quod tempus requiratur ad hoc ut à Rege concedatur, & an duo maioratus incompatibiles administrator simul obti-

nere

nere possit, unum jure proprio, alterum jure administrationis? Cap. 97.

Utrum si instituens maioratum in masculis suis, aut extraneis, mandet fœminas filias dotare, aut quod in Religionem ingrediantur, censeantur excluſæ à maioratus successione, & inclusi masculi transversales, & remotiores ultimi possessoris fratris fœminarum, qui sine filiis decessit, vel tales fœminæ succedant, vel includantur? Cap. 98.

Utrum committens falsitatem in actis pendentibus circa successionem maioratus, lacerando ea, & occultando instrumenta ad probationem producta, excludendus veniat à judicio, & ab actione intentata, & à successione maioratus petita, vel tantummodo quousque restituat folia extracta, & an filius successor juris sui possit audiri, non obstante sententia lata, & ei obstet rei judicatæ exceptio, & includendus, vel admittendus sit, vel excludi debeat, & quid in illo, cujus pater mutavit folium institutionis, & illius vocationes in præjudicium consanguineorum instituteris, & an ex tali mutatione excludendus sit filius mutantis, & vocati primo loco, & includendus sit transversalis consanguinei institutoris, & non ultimi possessoris? Cap 99.

Utrum instituens maioratum per viam dotis contemplatione mariti, & uxoris, vocatis transversalibus consanguineis, si uxor dotata decesserit sine filiis, sive ultimum diem claudat extremum absque descendentibus, sit includendus maritus, durante ejus vita, vel sit excludendus, & statim per mortem uxoris admittatur transversalis vocatus, & inclusus in dicta maioratus erectione? Cap 100.

De inclusione mulieris, aut viduæ honestæ, & exclusione inhonestæ, & quæ dicatur, & quomodo probetur, ad hoc ut censeatur inclusa, vel excluſa à maioratus successione, in qua invenitur ex hoc capite exclusio, & quid si aliquando inhoneste vixit, aut commisit stuprum tempore viduitatis, excludenda veniat, licet proximior sit, & an si ad meliorem frugem se receperit, includatur, & honesta licet remotior excludatur? Cap 101.

Maioratus erecti si fuerint facti simpliciter in duobus fratribus, & post mortem aliquorum si fuerit vocatus substitutus, si decesserint sine filiis, an intelligatur vocatus filius, vel includatur substitutus statim ad portionem cujuslibet morientis, & an facti duo maioratus in duobus institutis, & vocatis de eorum filiis, intelligi debeat erectio distributivè, ita ut filii censeantur solum vocati, & inclusi, & substituti in portione, & maioratu suorum parentum, respective autem in portionibus, & maioratu aliorum fratrum, & quis dicatur inclusus, vel excluſus in simili maioratu? Cap. 102.

In maioratus institutione si inveniatur gravamen, conditio an extendatur de persona ad personam, de casu ad casum, & posita in una linea, an censeatur repetita in alia, ad hoc ut ex hac extensione, & repetitione detur inclusio, vel exclusio successionis maioratus? Cap. 103.

In maioratus successione, & vocatione, quando fictio admittatur ad hoc ut detur inclusio unius, & exclusio alterius? Cap. 104.

Maioratus possessor, an excludatur à census redemptione, & an possit absque deposito illam admittere, & si sua pecunia redimat, an talis census perrineat post ejus mortem ad successorem, & iste includatur in successione talis census, vel veniat excludendus ab hætede ultimi possessoris, & quid qnando maioratus successor ex sua industria auxit maioratum, vel emit ad vinculum simpliciter, an iste, aut ille includatur, & quis ex illis excludatur, & an possit intentare actionem successor contra hæredes anteceſſoris maioratus constituentis census in maioratu Regia facultate, ad hoc ut redimat census constitutos cum facultate Regia in maioratu? Cap. 105.

Prin-

Princeps an, & quando possit maioratus vocationes alterare in præjudicium vocatorum, & ex hac mutatione detur inclusio unius, & exclusio alterius pertendentis maioratus successionem? Cap. 106.

Maioratus successio, an competat consanguineo unius gradus, vel ex una parte propinquior ultimi possessoris, & sit inclusus in successione, & excludendus veniat remotior, qui duplici consanguinitatis nexu est conjunctus, & an concurrentibus consanguineis ultimi possessoris, unus ex parte patris, alter ex parte matris, ad maioratus successionem quis includendus, vel excludendus sit? Cap. 107.

Maioratus, an extinguatur ex vocatorum defectu, ita ut bona maneant in ultimo possessore libera, & de illis possit disponere, non obstante testatoris, & institutoris dispositione, qua cavetur, quod petit, & rogat ultimo possessori, ut nominet, & relinquat dicta bona tali Monasterio, vel loco pio, an possit non obstante petitione secundum suum arbitrium disponere, & quando in hoc casu detur inclusio, vel exclusio successoris, & ad quem pertineant talia bona, & maioratus quis sit successor? Cap. 108.

Maioratus successor, qui duxerit uxorem ex sanguine hæretico, an possit à Rege privari, & excludi, licet ab institutore non sit exclusus? Cap. 109.

Si Episcopus, aut Clericus erigat, & instituat maioratum de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, vel Episcopatus, an ad ejus validitatem requiratur facultas Regis, vel Summi Pontificis, ita ut quod si sine illa constituatur, & erigatur, sit vocatus ab eis excludendus, vel sine illa includendus sit; & quid si tantummodo inveniatur facultas concessa ad testandum; & an talia bona vinculata maneant sæcularia, vel Ecclesiastica? Cap. 110.

De maioratu facto à plebeo, aut ignobili, & an possit illum erigere absque Regia facultate, & an sit excludendus à successione vocatus etiam plebeus, vel ignobilis, aut veniat includendus? Cap. 111.

Si institutor maioratus per viam contractus etiam revocabilis, vel irrevocabilis incidat in hæresim, aut in crimen læsæ Maiestatis Divinæ, aut humanæ, aut confiscentur bona, ex quibus fuit erectus maioratus, & succedat, aut includatur Fiscus, vel excludatur vocatus in tali erectione? Cap. 112.

Utrum si maioratus sit erectus, & institutus à patre in personam Petri filii sui, & habeat duos filios ejusdem nominis, quis sit includendus, aut excludendus à tali successione, & an valeat talis erectio? Cap. 113.

De exclusione illius, qui non habet certam ætatem requisitam ab institutore, ita ut absque illa non possit capere possessionem maioratus, & donec non sit talis ætas perfecta, cui competat inclusio, & an Rex soleat dispensare, ut ante dictam ætatem ingrediatur possessionem maioratus, vel illius administrationem? Cap. 114.

De præceptis institutorum maioratus, & an sint conditiones, vel modus, & quomodo, & quando successor ex defectu adimplementi, vel ex illorum purificatione, & obedientia sit includendus, vel excludendus à maioratus successione? Cap. 115.

De variis quæstionibus circa materiam maioratus inclusionis, exclusionis, successionis, & erectionis primogenituræ? Cap. 116.

De interpretatione clausularum institutionum maioratus, & quomodo interpretari debeant, ad hoc ut intelligatur, & colligatur voluntas testatoris circa inclusionem, vel exclusionem successoris maioratus? Cap. 117.

De ordine processus in causis maioratus usque ad sententiam, & de ejus executione, ac liquidatione, & quomodo facienda sit, ad hoc ut quis includatur, vel excludatur

datur à ſucceſſione, & à poſſeſſione bonorum judicatorum? Cap. 118.

Si pendente cauſa ſucceſſionis maioratus controvertatur incidenter quæſtio nativitatis, aut legitimitatis, aut ſubreptionis gratiæ conceſſæ ad matrimonii diſpenſationem, aut alterius rei; an hæc quæſtio incidens faciat ſuperſedere litem principalem circa ſucceſſionem, donec decidatur, & cui competat cognitio talis quæſtionis? Cap. 119.

De remediis poſſeſſoris circa maioratus poſſeſſionem, & quis ex contendentibus cenſeatur incluſus, vel excluſus à bonorum maioratus poſſeſſione, aut detentatione, & an in hoc judicio admittatur tertius oppoſitor, & aſſiſtens, ut cognoſcatur de proprietate, & ſucceſſione, & ſine illo poſſit cognoſci de petitorio, quando notoriè, & in continenti conſtat de defectu proprietatis, & quid in judicio Tenutæ Regni Caſtellæ, & in noſtro Portugalliæ obſervetur, & an cummulari poſſint, & concurrere ſimul petitorium, & poſſeſſorium in eodem judicio, & proceſſu? Cap. 120.

De maioratu electivo, & primogenitura nominationis, & quando ſit nominationis, & facultatis nominandi, agendum erit, & jam actum eſt in peculiari tractatu circa nominationes maioratus, ut cito omnibus patebit; & omnium qnæſtionum, de quibus in hoc Indice, totius operis reſolutio.

# EMMANUELIS ALVAREZ PEGAS TRACTATUS DE EXCLUSIONE, INCLUSIONE, Successione, & Erectione Maioratus ad Præfationem.

## PRÆFATIO.

### *SUMMARIUM.*

1 *Causa scribendi tractatum de inclusione, exclusione, successione, & maioratus erectione refertur.*

Ibid. *De causarum maioratus difficultate, & gravitate.*

1

Supereſt tamen, ut de aliis bonis deſpiciamus, nempe de prædio nuncupato *a herdade da Caſa Branca*, & alio nuncupato *a herdade do Ervidal* de Capella, non quam Stephanus in Ream nominationis titulo tranſtulit, non eſt, quod agamus, quippe quæ nullo iure ad Actores pertinere oſtenditur. Et quidem circa hæc prædia illud imprimis noto, quod Stephanus, non ſolum nomine, & titulo arrharum, ſed & præcipue titulo dotis, & donationis, eam in ſponſam tranſtulit, ſub ea tamen conditione, non aliter ad effectum perveniret, niſi matrimonio interveniente, ut patet fol. 28. verſ. & ſæpe alibi. 24

Quid ergo in his terminis de jure ſtatutum ſit, videamus, ſecundum quod illud eſt præcipue certum, ut donatio ab ſponſo in ſponſam collata, cujus effectus in futuri matrimonii tempus conferatur, irrita ſit omnino, & infirma, ut probat text. apertus *in L. 4 Cod. de donat. ante nuptias*, & deducitur *ex text. in L. 1. Cod eodem.* Ubi communiter notant omnes, *Valaſc. conſult. 4. ex num. 5. Menoch. lib. 3. præſumpt. 12. num. 2. Sanches matrim. lib. 6. diſp. 1. num. 6. & 7. & diſp. 7.* 25

*num. 2. vers. Idem dicendum, Joan. Angel. Bossi, de dote cap. 8. num. 21. Quezada Pilo contr. cap. 25.*

26 Limitatur tamen hæc juris conclusio, secundum notabilem, & celebrem doctrinam *Bart. in L. si divortio 4. ff. de verbor. obligat.* ut scilicet quoties vir ignobilis, & dives, uxorem ducat nobilem, possit eam dotare, non solum ante, sed & post matrimonium, sustinetur non hoc casu donatio, non obstante Legis prohibitione, in compensationem nobilitatis uxoris, quæ si viro ignobili copulare non est dedignata, & licet Bartolus in suo casu viri ignobilis ducentis nobilem uxorem loqui videatur, idem tamen dicendum quoties puella viro seni mitere non renuit, quasi quod etiam ætatis habenda sit ratio ad compensationem, tenent cõmuniter omnes fere parvis demptis, *Gam. 2. var. cap. 4 num. 23 vers. dubium tamen, Petr. Barb. in L. quæ dotis 34. num. 56. ff. soluto matrim. August Barb in cap. donatio 8. num. 5. de donat inter, Berlich. practicab part. 2. concluss. 15. num. 18.* pluribusque laudatis *Sanch. de matrim. lib 6. disp. 7. num 3.* latissime *Joan. Angel Bossi. de dote cap. 8. à num. 32. Mar. Cutell. de donat. tom. 1. discurs. 2. p. 13. num. 44. & 45.*

27 Et licet noster *Benedict. Ægid. in L. ex hoc jure p. 1. cap. 11 num. 84. & 85.* eamdem admittat sententiam in casu viri ignobilis ducentis nobilem uxorem, eo quod nobilitas justa est cpmpensationis materia, quoniam maritus uxoris nobilitate aliquantulum condecoratur, maxime autem filiis, siquos ex matrimonio procreet, rejiciat tamẽ in casu senis ducentis puellam juvenem, eo quod nullo hoc casu detur compensationis materia, quæ libidinis causam secum non involvat; attamen sufficit nobis cõmunem sententiam esse in contrarium, à qua in judicando recedere non licet, eo maxime, quia vere quidem hoc etiam casu datur sufficiens compensationis materia, nam ultra factam rationem, quam adducit *Anton. Fab. in Codic. comun de legat tit. 21. lib. 6. desinit. 3.* justum non ei videtur, ut sicut qui non habet in bonis, luit in corpore, ita & similiter, ut qui non habet in corpore, luat in bonis, multa quidem sunt, quibus misere se exponit minor puella, quæ grandævo se adjungit viro probabiliter inflebili, & luctuoso viduitatis statui subjicitur, & antequam ad eum perveniant, non nisi in laboribus, & ærumnis vitam degere constituit.

28 Cum ergo acta nobis satis demonstrent Ream in ætatis flore positam annoso viro desponsatam fuisse, nil quidem mirum, ut saltem in his prædiis *de Casa Branca, & Ervidal* donationem sustineamus, & in hoc sententiam Judicis, atque Auditoris revocemus, quam in cæteris laudandam existimo, eo tamen addito, ut respectu bonorum maioratus fructus restituat ab indebita occupatione, id est, à morte mariti, quos nec justo titulo, nec bona fide possedit, cum ex ipso dotis, seu donationis instrumento cognoscere debuisset, sibi non fuisse donata. Ulyssipone 10. Septembris 1679. Lopes Oliveira.

Quatenus ad maioratum nuncupatum de 29
Nisa, & illius bona esse vinculata, bene ex his actis probatur, & tamquam institutioni subjecta pertinere dictum maioratum ad Actorem Dominum Joannem de Lima, & ita in hac parte convenio cum sapientissimo Domino pro ejus elegantia fundamenti.

Quo autem ad secundam partem mihi 30
dubium non videtur attenta scriptura fol. 28. modo, & forma cum qua à dicto Reæ marito Stephano fuit celebrata ad matrimonium contrahendum cum dicta Rea, quod dictus Stephanus totum illud, quod ex bonis suis tunc temporis possidebat, & donare potuerat, totum donare ipsi Reæ cum specie donationis futuri voluisse agnoscitur, quæ verba exuberantia dotis apposita in dicta scriptura bene insinuare videntur, ut ex tota demonstratur.

Et licet in dicta dotis scriptura videatur 31
oppositum illud verbum Arras, mihi videtur, quod mens ipsius Stephani, animus, & voluntas (ut ex dicta scriptura apparet) solum cognoscitur fuisse in dictam uxorem Ream tranferre omnia bona, tam mobilia, quam immobilia, quæ matrimonii tempore possidet, & donare potuisset, ut fol. 29. vers. & bona acquisita constante matrimonio.

Quando enim aliud apparet ex mente cõ- 32
cedentis, receditur à proprietate, ut *per Leg. si tibi, ubi Doctores ff. de rebus credit. L. non dubium Cod. de Legib.* ubi *Barth. num. 10. Bald. in L. juris gent. §. pactor. ff. de pact. L. semper in stipulationib. verbo Decius ff. de regul. juris, Alex. cons. 116. col. 2. lib. 2.*

Quamobrem bene præmeditata, & per- 33
pensa scriptura dotali fol. 28. invenietur, quod tota firma mens, & voluntas dicti Stephani erat donare Reæ puellæ, quantum in se habere poterat ad matrimonium cum illa contrahendum, & ita si illum verbum Arras oppositum in dicta scriptura dotali uxori aliquando nocere potuisse, ipse opinaretur, certum equidem tale verbum apponi ab notario non toleraret, nec pater ipsius Reæ.

Contractus namque non possunt operari 34
ultra

ultra intentionem agentium, *L. legata inutiliter ff. legatis* 1. cum multis juribus. & Doctoribus citatis *à Barb. in Axiom. juris num.* 178. ubi videri poſſunt.

35 Quamvis ergo donatio inter virum, & uxorem ſit à Lege prohibita, & hæc probibitio ſit, & in donatione ante nuptias cum ipe matrimonii futuri, ut tenent in terminis fortioribus aliqui *Doctores, & Pereir. deciſ.* 39. *num.* 1. *verſ. Nec dubitari poteſt.* Ubi ait, ſæpius valere debent infra ab eo ibi relata, & eleganter ſuper hoc puncto ſupra Dominus dictum habeat.

36 Attamen quando eſt facta donatio, ut mulier nobilis cum viro ignobili, vel puella, & juvenis cum viro jam ſene ætate longæva affecto matrimonium contrahat, ut in caſu præſenti probatur per prædictã ſcripturam, & inquiſitionem Reæ fol. 76. & ſequentibus.

37 Et opinio communis, quod fuſtinetur donatio in omnibus bonis à viro ſene donatis ipſi uxori puellæ, ut jam eruditiſſimo calamo vir ſupra ſapientiſſimus pro vera concluſione affirmavit, & ultra Doctores ab eo allegatos tenet & *Gom. in L. Taur.* 50. *num.* 66. Ubi narrat caſus, in quibus donatio inter virum & uxorem ſit valida, & unus ex illis caſibus eſt, quando maritus ſenex, vel ignobilis donat uxori ſuæ propter nobilitatem, vel juventutem, quia potius dicitur donatio remunerata, quam ſimplex donatio, ut in verſo, ex quo infert.

38 Quibus ita meditatis, & ſimili materia perpenſa cum Doctoribus de illa tractantibus cum viro ſupra colendiſſimo convenio, non ſolum in bonis ab eo nominatis, ſed in omnibus aliis liberis, quæ Stephanum Reæ maritum tempore matrimonii ſe poſſidere apparerent, & etiam acquiſita conſtante matrimonio, ut dictus Stephanus donare videtur fol. 29. Ulyſſipone 13. Novembris 1679. Fonſeca de Azevedo.

In omnibus convenio cum primo Domino. Mouſinho.

39 Ego etiam cum primo doctiſſimo, amantiſſimoque domino in omnibus convenio; quoad bona illa nuncupata da Niſa indubitanter teneo, quod ſunt maioratui obnoxia, ut pleniſſime probatum extat, quia omnia, quibus maioratus ſine ſcriptura probatur, apparent ex actis, & conveniunt, ut prædicta bona vinculo maioratus ſint ſubjecta, ut erudite ratiocinatus fuit primus dominus, & eleganter probant ultra Doctores ab eo perpenſos in terminis *Mier. de maiorat. p.* 4. *q.* 20. *&* 2. *p. q.* 5. *à num.* 102. *Fuſar. de ſubſt. q.* 504. *&* 618. *Gam. deciſ.* 215. *num.* 1. *& deciſ.* 344. *num.* 1. *Valaſc. conſ.* 82. *num.* 6. Et res indubia videtur inſpecta ſententia fol. 101. verſ. in noſtro Senatu confirmata fol. 102. verſ. quia cum eſſet lata inter legitimos contradictores ſuper bonorum qualitate, facit jus quoad omnes, ut notavit dilectiſſimus dominus.

Quoad bona libera, ejus ſententiam etiam 40
libenter amplector, cum donatio illa, quæ denominatur de Camera Cerrada penitus prohibita ſit, *Ord. lib.* 4. *tit.* 47. *in princ.* In aliis bonis nempe in duobus prædiis nuncupatis *da Caſa branca, e do Ervidal*, ejuſdem ſunt ſententiæ chariſſimi domini, quoniam limitatio illa juris concluſionis, ut ſcilicet, quoties vir ignobilis, & dives uxorem ducat nobilem, poſſit eam dotare, non ſolum ante, ſed & poſt matrimonium, & ſuſtineatur in hoc caſu donatio, non obſtante prohibitione legis, habet etiam locum ſecundum communem ſententiam, à qua in judicando recedere non licet, quando puella viro ſeni mittere non renuit remunerationem juventutis, ut præter relatos à doctiſſimo Domino in ejus aurea deliberatione, tenent *Pereir. deciſ.* 39. *num.* 1. *Portug. de donationib. Reg. tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 6. *num.* 16. qui multos referunt. Sic confirmato, & revocato judicato. Ulyſſipone 10. Jannarij 1680. Quiſel.

Et merito, nam licet ſcriptura non inve- 41
niatur, nec teſtameutum ſine illa poteſt probari, licet alioquin ſcriptura interveniente facilius probetur, ut conſtat ex Doctoribus citatis in doctiſſima deliberatione num. 18. Atque ita probatur ex conſuetudine ſuccedendi in his bonis jure maioratus, & ex temporis tranſcurſu, ut multis citatis *diximus forenſ. cap.* 4. *num.* 221. *& ibi Additio, & me citato hoc loco dictum eſt in aurea deliberatione n.* 19. *& me etiam citato cum mihi traditAdditio ad Reynoſ. obſ.* 22. *n.* 20.

Dixi etiam, *per ſententiam*, & addidi hæc 42
verba, quia ex illis abſque inſtitutione probatur inſtitutum eſſe maioratum in ſua origine: ut judicatum fuit in cauſa Emmanuelis Guedes, apud Not. Villalobos. Et etiam oſtenſum eſt me citato in dicta deliberatione num. 21. Et ultra eos in terminis ita tenent *Mier. de maiorat.* 4 *p. q.* 20. *num.* 365. *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap* 8. *num.* 4. *Caſtill. tom.* 6. *contr. cap.* 149. *num* 1. *in fin. Guter. lib.* 3. *practic. q.* 62. *num.* 15. Et tunc etiam habet vim diſpoſitionis maioratus regularis ad alios caſus, ut in ſpecie tradit *Cardoſ. poſt tract. de jure accreſcendi reſponſ.* 3. *pro Amitta num.* 5. Dummodo ſententia tranſeat in rem jidicatam, etſi lata in judicio competenti plenario, & non ſummario, nec incidenter

tractato, ut judicatum in causa sequente.

No feito de petiçaõ de Revista do Doutor Antonio Dias de Aguiar, Vigario Géral de Portalegre, contra o Provedor, e Irmãos da Misericordia da dita Cidade, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c. Vistos estes autos, provisaõ do dito Senhor, porque mãda rever esta causa pelos Juizes, que nomea o seu Regedor. Aggravado he o aggravante pelos Dezembargadores dos aggravos, em naõ haverem por boa a instituiçaõ feita por Thomé Carvalho dos encargos, que nella poz, em razaõ da primeira asserta doaçaõ de Brites Porcalha, provendo em seu aggravo, vistos os autos, dos quaes consta vincular Thomé Carvalho no anno de 1582. a sua herdade do Teixeinho com encargo de dez Missas, e vinte alqueires à Misericordia de Portalegre cõ obrigaçaõ dos successores annexarẽ a meia quarta, & supposto que a dita herdade fosse de Brites Porcalha, a tinha doado a seu sobrinho Christovaõ Martins, pay do dito Thomé Carvalho sem vinculo: Revogando o testamento donde se presume tirou Dona Branca a verba, que mandou tombar na provedoria o anno de 1600. por naõ ser verosimel, que no mesmo tempo houvesse feito outra doaçaõ, nem a sentença dada passou em cousa julgada, assim por ser em juizo incompetente, como por se naõ tratar senaõ incidentemente do vinculo, e haverse Dona Branca na defensa da causa com dolo, occultando os documentos, nos quaes termos conforme a Direito a sentença dada contra o possuidor naõ prejudica aos successores. O que tudo visto, e como Antonio Martins de Carvalho annexou a sua quarta, repetindo os mesmos encargos da instituiçaõ de seu irmaõ, o que podia fazer, e como Dona Branca naõ vinculou a sua meia quarta, a que era obrigada. Condenaõ aos RR. no pedido no libello do A. e lhes deixaõ seu direito reservado para as bemfeitorias, que se liquidarẽ na execuçaõ. E paguem os RR os autos, em que outrosim os condẽnaõ. Lisboa 22. de Mayo de 1663. Roxas. Portugal. Rego. Cardoso. Da Cruz Freire. Mousinho Torneo.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Post tantorum Patrum ruminata judicia, & unanimi suffragiorum assensu emissum decretum, sententiam nostram exponere jussi sumus, & si injunctum munus objicere fas esset, ingenii tenuitas, & dicendi ratio onus recusare, opusque deserere hortabantur, quis enim cretenses tramites, obscurasque ambages aureo orbatus filo evadere poterit? Ille qui unico intuitu omnia intuetur, cæptis aspiret nostris, & cum sit Sol sine ortu, & occasu, intellectus tenebras illuminet, & euntem dirigat servum suum, ne aliâs dum alienarum lucubrationum censores sumus, labores nostros duriori censuræ reddamus obnoxios.

In duobus, ni fallor, posita est præsens inspectio, quorum in sententia decisum extat, alterum vero omissum est à sapientissimis Patribus in appendicis deliberationibus. Prior quæstio est, an maioratus, de quo agitur, appareat institutus à Beatrice per donationem irrevocabilem, nec ne? Posterior vero, an successor Antonius Martins de Carvalho, qui maioratui quartam bonorum partem addidit, posset sequẽtes gravare onere vinculandi quartam suam ad maioratus augmentum, & si conditionem adimplere omisissent, tenerentur fructus refunpere successori.

Quoad primam quæstionem nulli parcendo labori, hunc processum non semel evolvi, & nullam reperio maioratus institutionem à prædicta Beatrice factam per donationem, aut contractum irrevocabilem Non me latet qnod secundum commune jurisperitorum placitum maioratus institutio non requirit pro forma, nec exigit ad substantiam scripturam, licet ad faciliorem probationem cum scriptura fieri soleat, sicut fideicommissa, quibus maioratus assimilantur, sine scriptura relinqui possunt. *L. & in epistola Cod. de fideicommiss. Molin. de primog lib. 2. cap. 1. num. 1. & 5.* exceptis quibusdam casibus, de quibus ibi *Reynos. obs. 12. num 1. Gam. decis. 215. Gom. L 41. Taur. num. 2.* Id circoque potest probari per testes deponentes de modo, & forma succedendi in prædictis bonis, verificato saltem in duabus personis, & duobus actibus spatio triginta annorum, aut quadraginta, *Reynos. observ. 21. Molin. dict. lib. 2. cap. 6. num. 26. Pelaez de maiorat. 4. p. q. 20. num 63. & 64. Gam. dict. decis. 115. & decis. 344. num. 1.* Quo præhabito percurrendo inquisitionem Reorum à fol. 55. unicum tantum testem inveni fol. 106. qui de prædicta institutione deponit. de modo autem succedendi ex prædicta institutione nullibi apparet.

Certitudo autem fol. 25. qua sapientissimus Pater, qui primo loco deliberavit tanquam adamantino nititur fundamento (meo judicio) ad nihil prodest ex multis defectibus, primo, quia cum donationem, aut contractum irrevocabilem refert, sed dispositionem per ultimam voluntatem revocabilem ex sui natura, & usque admortem deambu-

ambulatorium, quam poſtea eademmet teſtatrix revocavit per donationem inter vivos, & irrevocabilem fol. 39. factam ad favorem Chriſtophori Martins; præterea in dicta certitudine fol. 25. nec verbum adeſt, ex quo probetur prædium, de quo agitur, vocatum do Teixinho, vinculatum fuiſſe maioratui, ſeu Capellæ, bona autem libera præſumuntur, donec vinculo, ſeu onere affecta appareant ſecundum juris normas notiſſimas. Inſuper exemplum ex libro metationum vulgo *Tombo*, extractum abſque originali, nullam meretur fidem, & omni prorſus pegalitate caret, *L. 2. ff. de fid. inſtr. L. fin. ff. quemadmod. teſtament. aperiantur*, & ut fidem faciat, requiruntur plura, quæ in præſenti deſiderantur, de quibus *Pereir. à Caſtr. deciſ. 26. num. 8. Maſcard concl. 711. Larrea 2. tom. deciſ. 54. num. 14. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 44.* in ſpecie maioratus probandi.

Quod ſi dicatur originalem inſtitutionem amiſſam fuiſſe, & ita teſtibus probari poſſe, vel per alias legitimas probationes, hoc ſubterfugium Reos non favet, *ex text. in L. teſtium Cod. de teſtib. L. emancipatione Cod. fid. inſtr. Borrel. ſum. deciſ. totius orb. tom. 2. tit. 18. à num. 307. Afflict. deciſ. 274.* Nam tenebantur probare amiſſionem, & omiſſum fuiſſe originale per teſtes deponentes de tenore originalis ſecundum præſcriptam à lege formam, *Ord. lib. 3. tit. 60. §. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 66. Maſcard. concl. 909. Molin. de juſt. diſput. 488. verſ. ſufficiunt, Gratian. tom. 2. forenſ. cap. 262. n. 21. Borrel. ſupra proxime, in quibus Reæ defecerunt.*

Minus obſtat ſententia fol. 30. qua moti fuerunt ſapientiſſimi Patres ad exceptionem rei judicatæ inducendam, exiſtimantes per illam fuiſſe ſopitam quæſtionem, modo inter hos litigantes agitatam, & ligatas eſſe judicum manus, in quo mihi contraria mens eſt ex ſequentibus. Primò, quia prædicta ſententia nullitate laborabat ex actorum inſpectione comprehenſa, nam ſententia cujus fundamentũ ex actis non verificatur, inſanabili laborat nullitate, *ex text. in cap. cum à nobis de teſtib. & in cap. poſt ceſſionem de probat. eſtque doctrina Bart. Anteſignani noſtri, quem refert Maſcard. concl. 35 num. 5.* cujus verba liceat tranſcribere ibi: *Eſſe ſententiam ipſo jure nullã, ſi Judex dicat aliquod actum, & probatum, & conſtare in proceſſu, ſi id in proceſſu factum, & probatum non appareat.* Idem tenet *Bald. & Alexand. veritatis pater, quos refert idem Maſcard.* Plane in ſententia inveniuntur hæc verba fundamentalia. Ibi: *Moſtraſe pela verba do teſtamento de Beatris Porcalha deixára ſua herdade do Teixinho a Chriſtovaõ Martins de Carvalho, e a ſua mulher, e por morte delles a ſeu filho mais velho, vinculada em morgado.* Hoc fundamentum ex his actis non verificatur, nec ex certitudine dicto fol. 25. ut agnovit eruditiſſimus pater indefeſſus veritatis indagator, accerimuſque defenſor in doctiſſima deliberatione fol. 23. verſ. Ergo ſententia parum nocere poteſt Actori.

Deinde in prædicta ſententia non concurrunt illæ tres identitates, quæ copulative requiruntur ad hoc, ut ponat rei judicatæ exceptionem (eſt quod Proviſor illam proferre poſſet, de qua valde dubitari poteſt, cum haberet juriſdictionem limitatam, & reſtrictam ad onera pia adimplenda, & non poterat extra illam vagare, ut oſtenditur in hac petitione, quod omitto) una enim ex identitatibus illa eſt, ut ſit idem petendi modus, ut ex *L. cum quæritur ff. de except. rei judic. cum duab. ſeqq. Gratian. forenſ. tom. 3. cap. 445. num. 11. Picard. ad §. item ſi in judicio inſt. exception. num. 7. Giurb. deciſ. 20. Surd. conſ. 418. num. 13.* Quæſtio autem agitata in dicta ſententia mota fuit circa adimplementum onerum, quæ à teſtatrice pro anima relicta fuerunt, modò verò agitur de reſtitutione fructuum ex ipſo maioratu collectorum ob conditionem non adimpletam; unus autem ex his modis quantuu ab alio diſtet, nemo eſt qui non videat. Ulterius non agebatur de eadem re, nec de bonis ad maioratum ſpectantibus, ſed tantum de oneribus Miſſarum ſolvendis, quod era intentum Proviſoris, ergo non poteſt induci exceprio rei judicatæ, & quoad primam quæſtionem.

In ſecunda parum immorabor, non enim multa poſtulat inſpectio. Duplicem habemus diſpoſitionem teſtamentariam, unam fol. 5. alteram fol. 9. verſ. & in utraque continetur vinculum bonorum, & onus impoſitum ſucceſſoribus, ſecundum enim, quod tenebantur quartam bonorum, ſeu medietatem quartæ addere huic maioratui, ut in dies augeretur, & creſceret, alias tenerentur fructus perceptos ſequentibus ſucceſſoribus refundere, quæ quidem conditio non improbatur á jure, imo eſt adimplenda, *Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. num. 8. 2. p q 4. illat. 8. à num. 1. Valaſc. conſ. 153. num. 21.* propter rationem de qua J. C. *in L. ſcimus §. cum autem Cod. de inofficioſ. teſt Gom. var. 2. tom. cap. 11. num. 24. Molin. lib. 2 cap. 1. num. 29.* Et hæc quæ ad primum inſtitutorem de plano procedunt, quoad ſecundum vero poſſeſſorem Antonium Martins de Carvalho, qui maioratui quartam addidit reſpectu additamenti

menti sibi locum vendicantur, licet enim succesor in nihilo augere, minuere, aut declarare valeat primi instituentis dispositionem, *ex text. in L. cum filius famil. ff. de testament. milit. Molin. lib. 1. cap. 8. num. 21. Castill. lib. 3. contr. cap. 10. à num. 21. aliás 1. Gam. decis. 261. num. 5.* Intelligitur hoc, & limitatur, nisi de suo patrimonio aliquid addiderit maioratui, nam respective ad hanc partem additam potest quæcumque onera ad libitum voluntatis ponere, *Gam. & additio decis. 26. num. 2. Molin. dict. cap. 8. num. 36.* quemadmodum potest pater in legitima filii debita jure naturali, ut per *Valasc. supra proxime num. 21. Molin. dict. lib. 2. cop. 11. num. 8.* Ex quibus sententiam in appendice prolatam novo examine indigere arbitror. Ulyssipone 27. Novembris 1662. D. Basto.

Non mihi deest Thesei filus, quo se orbatum per modestiam clamat sapientissimus Dominus, ut ab intricato hujus processus labyrinto feliciter evadam, cum ille mihi sit pro Theseo, doctaque ejus deliberatio pro aureo filo, cui innixus ego cæcas has ambages, obscurosque tramites intrepidus potui permeare. Necesse est tamen, ne errore labar, & ejus vestigiis inhæream: quapropter sententiam, licet à sapientissimis Patribus communi consensu prolatam, iterum trutinandam, ac novi iterum examinis libra appendendam fore indubius existimo. Nutant enim Doctissimorum Patrum fundamenta ex iis, quæ doctè quidem in supplici revisionis libello proponuntur, doctius tamen, ac politiori calamo in aurea informatione exornantur. Nam ex testimonio fol. 25. in quo sibi maxime placet eruditissimus, ac mihi semper venerandus collega deliberans fol. 230. non apparet prædium (*de Teixinho*) fuisse à Beatrice vinculatum, ut legēti patebit, prout feliciter adnotavit acutus, & integerrimus Senator fol. 231. neque verosimile est, quod si jam anno 1535. ab ea vinculatum foret, eademmet illud consobrino suo iterum donasset anno 1548. per instrumentum donationis fol. 39. sententia vero Provisoris, quæ est secundum sententiæ fundamentum, & totus Achilles, propter quem secundus Dominus deliberationem primi amplexus est, ut ipse fatetur a fol. 36. lata non fuit super validitate maioratus à Beatrice, & aliis instituti, sed tamen super adimplendo, vel non adimplendo missarum onere ab eis relicto, quo casu supplicanti non nocet, neque adversus eum in rem judicatam transivit, tum quia lata fuit à Provisore, qui super validitate maioratus cognoscere non poterat, ut disponit *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 52.* & antea disposuerat *Extravag. 1. tit. 15. §. 2.* testatur *Valasc. cons. 27. num. 3.* & agnovit ipsemet Provisor in decreto fol. 24. notato litera A. ac proinde jurisdictionis suæ ad certas causas limitatæ circunscriptos fines egredi non poterat ex regul. *text. in L. solemnis § latruncator ff. de jud. noster Gam. decis. 209.* Neque ejus jurisdictio sic limitata est prorogabilis *L. 1. ff. de judic. cap. P. & G. de offic. deleg.* ideoque prædicta nullitas, quocunque tempore allegari potest, *Gloss. recept. in clement. unica de sequestr. Cov. practicar. q. 23. num. 4.* & ita judicatum testatur *Valasc. ubi supr. num. 6.* Tum quia licet sententia adversus possessorem maioratus lata sequentibus successoribus noceat, ex infinitis pene *Castill. lib. 6 controvers. cap. 157.* Hæc tamen assertio limitatur, quamvis sententia non fuit super negotio principali prolata, sed tantum super incidenti (prout in præsenti serie super onere missarum) nam tunc successori non præjudicat ex pluribus, *Gilmon. in addit. ad Molin lib. 4. cap. 8. vers. limitatur 4.* Ut enim sententia rei judicatæ exceptione pariat, necesse est, quod de eo puncto fuerit principaliter tractatum, exactè discussum, & quod actum sit principaliter propter se, non autem incidenter propter aliud, eleganter *Surd. cons. 189. num. 42. Menoch. cons. 904. num. 69.* Imo etsi sententia à Judice competenti lata foret, & super negotio principali principaliter prolata, adhuc supplicanti nocere non poterat; nam Blanca, contra quam obtenta fuit, defensiones suas, quas offerre poterat in judicio, non obtulit (ut sigilatim refertur in revisionis libello fol. 5.) vel per malitiam, vel saltem ex negligentia. Certi autem juris est, quod sententia lata adversus possessorem maioratus, qui subdole, vel negligenter se gessit, successori non præjudicat, *L. ex contractu ibi nisi culpa tutoris ff. re jud. L. à sententia, L. si per lusorio ff. appellat. L. si servus plurium §. 1. & §. siquis ante ibi, vel minus plene ff. legat. 1. optimus text. in L. si sponsus §. si uxor o 2. ibi: Si modo eum animum ff. donat. inter, Pinel. in L. 1. p. 3. Cod. bon. mater. num 49. vers. ex quibus, Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. à num. 7. cum sequentib. Thesaur. forens. lib. 4. q. 23. Cald. forens. lib. 1. q. 23. num. 84. Mieres de maiorat. 4. p. q. 14. num. 34.* Qui expresse *num. 105.* loquitur in eo, qui non produxit scripturas necessarias, quas facile producere potuisset, ut potuit Blanca in præsenti serie. Ex quibus cum doctissimorum Patrum fundamenta infirma, vel saltem nutantia reddantur, eorum sententiam novo examini subjiciendam fore autumarem. Ulyssip. 2. Decembris 1662. D. Bacellar. Di-

43 Dicitur etiam in definitione, *legitime fa-*
*cta*, non ſolum quia requiritur expreſſus conſenſus, & poteſtas diſponendi de bonis vinculatis, ut poteſt ſuſtineri maioratus, ut multis citatis exornat idem *Vela d. diſſert. 49. num 29 uſque ad 32.*

Sed etiam quia requiritur, quod legitime
44 fiat inſtitutio requiſitis ſolemnitatibus à lege ſtatutis, quia ſi defecerint, inſtitutio eſt nulla, & ex illa bona non dicuntur eſſe maioratus, ut judicatum fuit in cauſa ſequenti.

45 No feito de appellaçaõ civel, em que ſaõ partes AA. appellados Jorge Gonſalves, e ſua mulher, e R. appellante Anna Mendes, viuva de Manoel Alvarez Ramos, Eſcrivaõ Manoel Pinheiro da Coſta, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz de Fóra de Niza em condẽnar a R. reſtitua aos AA. a meya tapada, de que ſe trata, que ſeu pay, e ſogro lhe havia vendido, com fundamento de ſer demorgado, que em ſeu teſtamento inſtituira o Padre Frey Manoel Dias, para cuja ſucceſſaõ chamara em primeiro lugar o A. Revogando ſua ſenteuça, viſtos os autos, e como o dito teſtamento ſendo feito ſem teſtemunhas algũas, ficou ſendo nenhum, e não tẽdo lugar a dita inſtituiçaõ de morgado julgaõ naõ terem os AA. acçaõ para pedir a dita meya tapada. E abſolvem a dita R. do pedido. E paguem os AA. as cuſtas dos autos de ambas as inſtancias, em que os condẽnaõ. Lisboa 18. de Novembro de 1679. Sylva e Souſa. Freire. Carneiro.*

46 Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Latiſſima, & difuſa Judicis ſententia, ſine
47 aliquo juris fundamento perlata extra debitum, abſque dubio revocari debetur, nam adhuc ſuppoſitiva, quod, teſtamentum fol. 78. fuiſſet inter liberos conditum; & etiam ad principia, quin teſtibus probaretur manu ipſius teſtatoris ſcriptum fuiſſe, valere non poterat, prout in teſtamento inter liberos reſolvit, & refert multoties judicatum *Valaſc. conſ. 67. num. 14. Boſſius tom. 2. variar. tit. 10. §. 1. num. 1. ad medium*, qui infinitos refert, & in tit. ad principia, *idem Valaſc. ubi ſupr.* eleganter *Boſſius ubi ſupra tit. 12. §. 1. n. 6. & 7.* ubi iterum etiam loquitur de teſtamento inter liberos, nec notarii recognitio ſufficit, cum duo ſaltem teſtes requirantur in unoquoque teſtamento, *Boſſ. ubi proxime, qui alios refert n. 46. cum ſeqq.* Igitur ſententiam Judicis revocandam cenſeo. Ulyſſipone 19. Octobris 1679. Carneiro.

48 Ultra ea, quæ à ſapientiſſimo Domino perdocte adducta ſunt ad revocationem ſentẽtiæ, quibus libenter adhæreo, inaudita, & nunquam viſa datur malitia. Ex parte Actorum, & maxime à parentibus eorum, qui poteſt exhauſtare hæreditatem, quam abinteſtato adierant, nulla facta mentione teſtamẽti, de quo agitur, complementum, & illius approbationem à Judice petierunt, elapſis tot annis poſt mortem teſtatoris, qua de cauſa contra illos datur manifeſta ratio, quod patet, Actoribus hoc dolum machinavit, tam ad liberationem relictorum, quibus oppreſſus erat, nec pro eis ſtat allegatio, quod teſtamentum eſſet in ſcriptis, & ſignatum per teſtatorem, nam in his maior datur ſuſpicio falſitatis non adhibitis teſtibus, qui deponant illud ſcribere vidiſſe, ut eleganter conſidcrat *Gom. in L. 3. Tauri num. 53. & 60. ad medium.*

Nec inde ex actis cernitur dictus Pater Emmanuel Dias, alia teſtamenta antea feciſſe, quæ poſuit in manibus notariorum cum ſolemnitatibus neceſſariis, ex hoc infertur, & datur vehementiſſima præſumptio, quod teſtamentum, de quo agitur, valere noluiſſet, & in his terminis datur defectus voluntatis, & deficiente voluntate, quæ eſt regina ad validitatem teſtamenti, recte dicendum eſt talem diſpoſitionẽ nullam exiſtere. Revocetur igitur judicatum. Ulyſſipone 12. Novembris 1679. Freire.

Teſtamentum fol. 4. quia neque ad pias 49
cauſas, neque inter filios dici poteſt, fruſtra eſt diſputatio, an ſine teſtibus valeat, & neceſſario ſine quo extra illos caſus dicendum eſt nullum teſtamentum; nullamque ſententiam cum præcedentibus Dominis dicerem, qui in ipſo fundantur. Ulyſſipone 17. Novembris 1679. Sylva e Souſa.

Niſi ſit facta capella ad animæ utilitatem, 50
quia tunc valet *Fragoſ. de reg 3. p. lib 9. diſp. 18. §. 2. num. 10.* Vel etiam ſi nullitas ſit præſcripta, & non oppoſita intra ſpatium triginta annorum, quia tunc poſt illos, & in inſtitutione antiqua non admittitur nullitatis allegatio ad hoc, ut vinculum deſtruatur, ut vidi judicatum.

Dixi in definitione, *Primogenitis, vel ſelectis familiæ*, ut comprehenderem frequentem maioratum erga primogenitos inſtitutum, quem in noſtro Regno Luſitano, & in Hiſpania receptiſſimum eſſe agnoſcunt *Vela, & ab eo citati d. diſſert. 49. num. 33. & n. 35.* ubi quod illo deficiente ſuccedunt tranſverſales propinquiores, & omnes primogeniti deſcendentes ſucceſſivo ordine, magis quaſi ex nova ſingulorum vocatione, perpetuæ maioratus naturæ imbibita, quam ex jure

à primo vocato transmisso succedere, docet *Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 17. & lib. 3. cap. 6. num. 29 cum aliis multis quos refert idem Vela*, & ultra eos dicunt *citati infra cap. 9.* Et etiam quod si primogenitus, nullo ex se relicto filio decedat, tunc secundo genitus transversalis familiæ admittitur, & tenent citati ab eodem *Vela n. 36. & 38.* quod illis deficientibus cæteros cognatos familiæ in perpetuum succedere debent, dummodo sint ex familia, de cujus significatione agit *n. 40. & 41.*

51 Dixi etiam, *successionem bonorum ejus*, ut bona in eo relicta in familia indivisa, & integra, sive inalienabilia conserventur, ut eleganter exornat *idem Vela differt. 49. num. 42. & 43. Roxas de incompatibilit. p. 1. cap. 2. num 93.*

52 Addidi etiam verba, *ad descendentes, vel transversales, non verò ad descendentes*, quia successio maioratus transit ad descendentes, & transversales, ut diximus, non vero ascendit ad ascendentes, ut judicatum fuit in nostro Senatu apud *Gabriel. Pereir. de Castr. decis. 5. & 48.* & tenent alii citati *à Roxas de incompatibilit. maiorât. 1. p. cap. 6. num. 191.* & hæc mihi verior videtur opinio ex rationibus, de quibus idem *Roxas num. 175. usque ad 190.* Et licet *n. 200.* contrariam sententiam sequutus fuerit, attamen ex limitationibus de quibus *num. 219. usque ad 222.* justificatur nostra sententia secũdum Regni stylum, & pro ea vidi judicatum, & refert decisum *Phæb. 2 p dec. 126 num. 49. Luca d. art 8. num. 74. & seqq.* Et ita observanda est, nisi testator contrarium disponat, quia tunc secundum suam voluntatem judicandus est maioratus *ex Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* & ideo addidi in definitione *secundum suam voluntatem.* De qua re etiam *Luca de linea legali art. 7. num. 76. 79. & 84. & art. 8. num. 74. & seqq. & art 10 num 2.*

55 Posui etiam in definitione verba, *per nominationis viam*, quia cum possit fieri maioratus nominationis, secundum voluntatem testatoris nominandus est, & tunc datur linea electionis, seu electiva, de qua late agit *Roxas de incompatibilit. maiorat. 1. p. cap. 6. §. 25 num. 356. & seqq. & infra late dicemus alio tom. 2. & peculiari tractatu de maioratu electivo, & nominationis.*

54 Sic probata definitione maioratus, sequitur agere de divisione, & illius institutione, & in hoc Regno instituitur aut per contractum, aut per testamentum, *ut diximus forens. cap. 4. num. 125. & seqq. & tenent. citati supra num. 11.* Et dispositio dividitur aut in maioratum, aut in capellam, de quibus, & de illorum differentia agit *Ord. nostra lib. 1. tit. 62. §. 53.* ubi diximus. *Fragos. 3. p de reg. lib. 9. disp. 18. §. 2. num. 10.* & tunc ex verbo, facio *Capellam*, non inducitur maioratus institutio, sicut per verbum, *facio maioratum*, ut infra dicemus, & signanter judicatum fuit in causa, de qua *Ego ipse in Commentar. ad Ord. tom. 7. ad §. 4. gloss. 6. num 83. & seqq.* De qua re agunt etiam DD. quos refert, & sequitur *me citato d. cap. 4.* novissime *Netto in commentar. ad jus Civile in præfatione ad ultimas voluntates num. 52.* ubi etiam tradit, quando dicatur factus revocabiliter, vel irrevocabiliter, *& lib. 1. tit. 22. num. 3.* tractat, an si pater impetret facultatem à Rege. ut in suo testamento maioratum instituat, possit eum condere in codicillis.

Dividitur etiam maioratus in temporalem, aut perpetuum, in purum, aut conditionalem, ut supra diximus; & dividitur etiam in regularem, vel irregularem. Maioratus regularis est, quando dispositio institutoris in nihilo se opponit regulis datis ad succedendum. Explicat, & exemplificat *Vela differt. 49. num. 45.* ubi multos refert, & ultra eos *Roxas de incompatibilit. lib. 1 cap. 6. num. 21. Luca de linea legali art. 10. num. 3. & art. 21. num. 56.* ubi qnod in dubio censendus est regularis, & dicemus infra *tom. 2.* 55

Maioratus irregularis est ille, in cujus fundatione institutor se deviat à regulis, jure consuetudinario introductis ad successionem maioratus, ut tenet *idem Vela num. 45. dict. differt. 49. Roxas d. cap. 6 num. 22. & dicemus infra tom. 2.* Et ideo est irregularis ille maioratus, in quo invenitur aliqua persona excluſa, *ut dicemus infra tom. 2.* & etiam est irregularis maioratus nominationis, de quo diximus supra, & late *dicemus infra tom. 2.* Et hinc maioratus erit regularis, & proprius ob lineam substantiæ, & irregularis, & improprius ob lineam qualitatis, quia linea substantiæ dicitur naturalis, & linea qualitatis appellatur civilis, ut tradit cum Jurib. & DD. *Luca de linea legali art. 10. num 3. Roza consult. 69. n. 69.* 56

Deinde maioratus, alius dicitur proprius circa dominium, alius improprius circa jus honorificũ in administrando, & retinẽdo claves, vel scripturas, ut tenet *Luca de linea legali art. 8. num. 4. & num. 26. & 27.* inquit, quod maioratus improprius differt à proprio, quia improprius est saltuarius, de seniore in seniorem, & in maioratu proprio attenditur linea, ut ibi refert, & differentias recenset inter unum, & alterum: & maioratus appellatione comprehenduntur omnia vincula, seu maioratus, etiam instituti absque

Regia

Regia facultate, anniverſaria, perpetua, & patronatus jure maioratus inſtitutus, vel cum clauſulis inducentibus maioratum, ut multis citatis tenet *Roxas de incompatibilit. p.8.cap.3.n.33.& 34.*

58 Maioratus deinde differunt inter ſe, quidam ſunt privati primi ordinis qualificati, quando ſunt Regia authoritate erecti, alii ſunt ſecundi ordinis ſimplicis, privata erecti authoritate, & in hac forma etiam dividuntur, & exemplificantur *à Luca theatr. verit. & juſt. lib.10. de fideicom. & primog. diſc.7. n.1.& 17.* ubi de illis agit, & quando dicantur maioratus ſimplices, & qualificati, *& Fragoſ. de reg. reip.p.3.lib.9.diſp.18.§.5.num. 8.& ſeqq.* ad multa: & ſi ſimpliciter eſt inſtitutus maioratus præcedente facultate Regia, an illa, an vero virtute legum regiarum confectus judicetur, *ex Galeot. lib.2. contr. 48.num.39. Maldonad.in add. ad Molin.de primog.lib.2.cap.2.num 13.& 14.pag.29.* & vide etiam *lib 3.cap.3.n.22.*

59 Denique maioratus dividitur in revocabilem, & irrevocabilem, *Roxas de incomp. maiorat.p.1.cap 2.num.78.& 2.p.cap.2.per tot.* Et quando dicatur revocabilis, vel irrevocabilis, & ex quibus talis efficiatur, vel non, diximus *Forenſ. cap. 4.n. 125. & ſeqq. & ibi Add. nov.* ubi omnia diximus, & infra etiam dicemus.

60 De nomine, & origine maioratus, quid, & quotuplex ſit maioratus, & quid importet illud verbum *maioratus*, unde dicatur, quare inventus, late agunt *Mier.de maior.p. 1. in præfat. Molin. de primog.lib. 1.cap. 1.2. & 3. Balthaſar. Thom. tract. var. tract. 9. de maior.tit.1.2.3.& 4.*

## CAP. II.

Maioratus qua cauſa, & quo fine inſtituantur, & de illorum utilitate, conſervatione, & memoria Inſtitutoris, ac familiæ augmento; & an ex illius vocatione maneant fœminæ excluſæ, & tantummodo maſculi incluſi ex maſculis, per quos conſervari debet memoria, familiaque Inſtitutoris, & quid appellatione generationis, lineæ, nominis, & familiæ veniat, & de proœmii effectu.

### *SUMMARIUM.*

1 *Reipublicæ intereſt maioratus inſtitui.*
2 *In maioratuum conſervationem, & familiæ inſtitutoris bonum publicum conſiſtit.*
3 *Prima cauſa, primusque finis, ex quibus Inſtitutores faciunt de bonis ſuis maioratus, eſt familiæ, & memoriæ conſervatio, & quare.*
4 *Et ut conſuleretur Regi, & utilitati publicæ, & quare: & n.5.*
6 *Cauſæ ad maioratum faciendum ſolent exprimi in proœmio, & an proœmia faciant diſpoſitiones, & producant effectum, & explicent diſpoſitionem, vel eam reſtringant, aut amplient: & n.7. & 8.*
9 *Ratio proœmii cenſetur, an cenſeatur repetita in diſpoſitione ſequenti.*
10 *Ubi maioratus proœmium eſt generale, licet poſtea ſubjiciantur verba ſpecialia, quæ comprehendat.*
11 *Utilitas, memoria, familia an conſervetur per fœminas, vel potius maneant excluſæ, & incluſi maſculi ex fœminis.*
12 *Per fœminas non conſervatur familia, & ex hac conſervatione excludi debent.*
Ibid. *Maſculi debent fœminis anteponi, propter maiorum eorum dignitatem, ex qua conſervatur memoria, perpetuaturque familia.*
Ibid. *Verbum genus, memoria, aut familia comprehendit utrumque ſexum, quia eſt verbum commune.*
13 *Attamen quando agitur de conſervanda memoria, & familia inſtitutoris, non durat, nec conſervatur, ſed potius finitur per fœminam.*
14 *Contrarium eſt verius, & per fœminam proximiorem conſervatur memoria, & familia, & excluditur maſculus diverſæ lineæ, & admittuntur fœminæ in maioratu regulari.*
15 *Contraria procedunt maioratu irregulari, in quo per fœminas memoria, & familia non conſervatur.*
16 *Quid veniat appellatione familiæ.*
17 *Pro ſucceſſione fœminarum conſervatur regularitas ſucceſſionis, & pro ea conſervanda capienda eſt interpretatio*
Ibid. *Pro fœmina in dubio judicandum eſt.*
18 *Quando vocantur hæredes ſucceſſores filii, aut deſcendentes ad memoriæ, & familiæ conſervationem, admittuntur fœminæ, & nn. ſeqq. ubi etiam quid veniat appellatione generationis, lineæ, nominis, & deſcendentium,*

*tium, ad hoc ut maioratus conservetur, & non extinguatur, ut potius in illo aliquis includatur, vel excludatur.*

1 REipublicæ interest maioratus instituí, & eorum institutiones ob bonum publicum introductas fuisse, probat *Molin. de primog. lib. 1. cap. 18. num. 1. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 24. num. 140. Castill. contr. tom. 6. cap. 145. n. 38. & cap. 147. num. 17. Roxas de incompat. p. 8. cap. 1. n 9.*

2 Et in eorum conservationem, & familiæ institutoris bonum publicum consistit, & existit, permanet, atque conservatur, ut multis observat idem *Molin. dict. cap. 18. cum Larr. Valenz. Rovit. Capan. Matel. Maldonad. in add. ad Molin. lib. 1. cap. 11. num. 3. & ultra eos Pereir. de jur. Ind. tom. 2. lib 2. cap. 16. num. 17. Valenz. cons. 156. num. 93. & cons. 185. n. 31. Castill tom 5. cap. 145. & 147. per tot. Idem Molin. lib. 1. cap. 12. num fin. vers. duodecimo, & lib. 4. cap 6. num. 20. Mier. de maiorat in init. p. 1. n. 41. Salgad. in labyrint. cred. p. 1. cap. 24. num 43.*

3 Ideoque prima causa, primusque finis, ex quibus institutores faciunt de bonis suis maioratus, est hæc, utilitas, & memoriæ, familiæque conservatio, ne eorum memoria obumbretur, familiaque pereat, immo permaneat, & per se reluceat ex gratuito beneficio ob bonum publicum ab eis relicto, ut cum multis tenet *Roxas de incompat. p. 8. cap. 1. n. 8. & 9.*

4 Tum etiam, ut inde consuleretur Regi, & dictæ utilitati publicæ, quia conservando institutorum memoriam augentur nobiles, & divites, qui magis incitantur ad imitandas institutorum virtutes, bonumque nomen sibi comparandum, atque heroica facta patranda, ut multis prosequitur *Roxas dict. cap 1. num. 10. & 11. & n. 12.* ubi de nominis, & armorum portatione.

5 Altera est ratio, quæ deducitur ex verbis nostræ *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 5. & L. Castell. L. 7. tit. 7. lib. 5.* Videlicet, quod nobilitas de domo sua conservetur, quod familia successoris in maioratus sit nobiles comitantes Regi; & qui serviant, & ei adsistunt, ii ut plurimum sunt fratres, & cognati pauperes, qui ex redditu, & substantia ipsius maioratus aluntur, famuli etiam, & ex eo in sua nobilitate sustinẽtur tanquam ex ejus possessoris familia, *L. fin. Cod. verb. sign.* & sunt verba nostræ *Ord. & L. Castell.* prout refert *Roxas dict. cap. 1. n. 13. & 14.*

6 Quas causas solent exprimere institutores in proœmio institutionis, & alias similes, & fundamenta, ex quibus maioratus erectiones, aut institutiones faciunt, & inclusiones, vocationes, aut exclusiones declarant, & ex dicto proœmio, & præfatione elicitur conjectura voluntatis ad perpetuitatem, inclusionem, vel exclusionem successoris, & ex ibi dictis declaratur dubietas clausularum, & deducitur institutoris voluntas.

7 Nam licet proœmia, & præfationes non faciant dispositionem, maxime si conclusio, & dispositio eas derogat, aut proœmia à dispositione restringuntur, aut est proœmium contra dispositionem, aut ad illam refertur, ut explicando *L. fin. Cod. de hæred. instit. diximus in Allegatione impressa pro D. Agostinho de Alencastre sobre a successaõ da casa de Aveiro num. 771. & seqq. ex Castill lib. 4. cap. 47. num. 26 & 33. Gratian. Cyriac. Mascard. & alii Gratian. forens. cap 575. num. 31. & 32 & est text. in L. Titia §. idem respondit o 1. ff. verbor. obligat.* ibi: *Plerumque ea, quæ in præfationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur, si tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur.*

8 Attamen proœmium importat causam finalem, & dispositio à ratione proœmii regulatur, & proœmia, præfationesque præstant lumen dispositioni, & per eas tollitur incertitudo, & dubium resolvitur, & in illis tamquam in speculo inspicitur mens disponentis, & in interpretandis, restringendis, vel ampliandis, multum valet ratio, quæ ex proœmio elicitur, *L. fin. ff. hæred. instit. L. item quia §. ult ff. de pact. L. Titia 134. §. 1. ff. verbor. L. 1 ff. origin. jur. Bald. in L si quis ff. si cert. petat. & ibi Zazius, Molin de primog. lib. 1. cap. 5 num 1. & seqq. Mier. de maior. 2. p. in init. num. 385 & seqq. & q. 6. n. 95 Garcia de nobilit. in divis. oper. num. 3. & seqq Raudens. var. cap. 37.* & in concessione Regia idem tenent *Leon tom 3. dec. 32. n. 29. 30. & 31. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 2. Thesaur. lib. 1. forens. q. 1. num. 1. Burg. de Paz cons. 25. n. 19. & 20. Mier. 2. p. q. 6. num. 194. in ultima additione, Valez cons. 119. num 58. & 68. Castill. lib. 4. contr. cap. 47. n. 25.*

9 Et ratio proœmii censetur repetita in dispositione sequenti, & si in proœmio expresserit institutor aliquam conditionem, sub qua volebat testari, & postea simpliciter scripserit hæredes, non judicatur institutio pura, sed conditionalis propter declarationem in exordio factam, *d L Titia § 1. Bart. ibidem*, & verba supradicta tradit *Imola in L. quoties §. tantundem num. 16. & 17 ff. hæredib. instit. Surd cons. 258. num. 10. & 11. Cyriac. contr. 448. num. 20. Mascard. de stat. interpret. concl. 2. num. 184. Andreol. contr. 39. n. 8. & 9.*

Et

10 Et ubi maioratus proœmium eſt generale, licet poſtea ſubjiciantur verba ſpecialia, tamen virtute generalis proœmii, reſultat etiam generalis interpretatio, & diſpoſitio, *L. regula in fine ff. jur. & fact. ign. Molin. d. cap. 5. n. 2. & 3. Altograd. conſ. 86 num. 28. tom. 1. Valenz. conſ. 119. num. 69. & ſeqq. Caſtill. d. cap. 47 num. 6. & 27. & lib. 2. cap. 22. num. 99. Gut. pract. lib. 3. q. 17. n. 90. & 91.*

11 Quibus ſic ſuppoſitis, & conſiderata cauſa inſtituendi maioratum, aut proœmii, & aperto fine maioratum inſtituendi, ſecundum quem Inſtitutores maioratum inſtituunt, & vincula erigunt, reſtat inquirendum, an hæc utilitas, memoria, familiaque conſervetur per fœminas, vel ex his cauſis maneant excluſæ, & ſolum incluſi maſculi ex fœminis, per quos conſervari debet memoria, & familia iuſtitutoris.

In qua quæſtione videbatur dicendum,
12 quod per fœminas non conſervatur, ſed ex hac cauſa manent excluſæ à maioratus ſucceſſione, & ſolum maſculi incluſi: quia maſculi debent fœminis anteponi propter maiorem eorum dignitatem, ex qua conſervatur memoria, perpetuaturque familia, *Valenz. conſ. 113. Souſa in L. fœmina p. 1. num. 21. Doctiſſ. Feloaga inchirid. jur. cap. 21. num. 21.* Et ita non conſervatur, nec familia, nec memoria per fœminam, nam licet verbum genus, memoria, aut familia comprehendat utrumque ſexum, quia eſt verbum commune, *ex L. pronunciatio §. commune jure, & §. mulier ff. verbor. ſign.* ut notant *Molin. lib. 3. cap. 4. num. 8. Souſa ſupra n. 14. Fuſar. q. 385. num. 15 & 16. Vela diſſert. 49. num. 48. Molin. de ritu nupt. lib. 3 q. 24. n. 182. Maldonad. in add. lib. 1 cap. 4. num. 26. Valenz. conſ. 97. n. 121. Feloag. inchirid. jur. cap. 21. n. 22.*

13 Attamen quando J. C. agit de conſervanda memoria, & familia inſtitutoris, inquit, quod non durat, nec conſervatur, ſed potius finitur per fœminam, ut patet ex verbis ibi, & etiam *ex text. in L. 1. §. quanvis ff. ventr. inſpic. ubi gloſſ. verbo familiarum* exponit, id eſt agnationem, quod etiam comprobatur ex ſimili *in §. Item vetuſtas in princip. Inſt. de hæred. quæ ab inteſtat. deferunt. junctis quæ Molin. lib. 3. cap. 5. n. 1. & 2.* & eleganter omnibus citatis fundat *Capan. de fideicõmiſſ. Maſculino.* Ubi his non citatis contra fœminam in noſtris terminis, & pro ilius excluſione, & maſculorum admiſſione defendit per totum librum.

14 Sed his non obſtantibus contrarium mihi videtur, & fœminam proximiorem conſervare memoriam, & familiam, & excludere maſculum diverſæ lineæ, & admittendam, includendamque eſſe in ſucceſſione maioratus regularis, ut tenent *citati n. 7. in med. Covas lib. 1. variar. cap. 5. circa fin. & lib. 3. cap. 5. num. 5. verſic. Tertio. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 6. & 7. Larr. dec. 33 num 32. Pereir. de jure Indiar. lib. 2 cap. 17. num. 13. Caſtill. tom. 6. contr. cap. 131. n. 26. ad medium, & cap 136 num. 76. Valenz. conſ. 97 num. 88 Menoch. conſ. 120. num. 9. & conſ. 926. num. 49. Paſch. de virib. patriæ poteſtatis p. 4 cap. 9. num. 39. Fontanel. dec. 32. n. 3. & 22. Molin. de juſtitia diſp. 625. num. 3. Phæb. dec. 44 num. 10. Alvarad. de conjecturata mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 9. Molino d. q 24. num. 184. & 185. Ramon. conſ. 100. num 381. 402. 403. Vela diſſert 49. num. 48. & 49. Sueles tom. 3. conſ. 5. num. 36. Fuſar. q. 385. num. 14. & conſ 175 num. 12. Chopin de morib. Pariſienſ. Civitatis lib. 2. tit 5. num. 12. Leon. tom. 3. dec. 1. num. 115. Souſ. in L. fœminæ d. n. 14. & 20 & infra dicemus tom. 2.*

Neque obſtant in contrarium adducta, quia loquuntur in maioratu irregulari 15
agnationis, non vero in regulari, ut explicat *Luca de linea legali art. 12. num. 6. & 57. & art. 22. n. 7.*

Quid veniat appellatione *familiæ*, late reſolvit *Barboſ. de appell. verb. appell. 94. Phæb. dec. 126. Luca de linea leg. art. 12. num. 57. & art. 13. num. 15. & 23. & reſponſ. 13. & 14. & n. 11. & infra dicemus.* Et vide eleganter *Altograd. tom. 2. conſ. 46.* ubi an familiæ vocatio intelligatur de effectiva, vel de cõtentiva, & quæ utraque ſit, an de proximiore, vel remotiore, & quid in gradu, & quomodo conputentur gradus ad proximitatem conſiderandam: *& conſ. 47. & 95. & in dec. poſt fin. conſil.* eleganter *Capyc. Galeota tom. 2. contr. 17.* ubi etiam, an vocatis agnatis, & cognatis certæ familiæ cujuſcunque gradus, & omnibus, qui dependent ex linea paterna, & materna additis verbis *de tal terra*, utrum comprehendantur aliæ perſonæ, quæ tamen ſi origine deſcendant ex dictis lineis, tamen alibi orti ſunt, & inibi domicilium habitationis late conſtituendo acquiſiverunt, & qui ad conſequendam ſepulturam veniat nomine familæ. Vide *Murga Moral. tract. 8. diſquiſ. 1. dub. 6 num. 2. & ſeqq.* De qua re *Joſeph Altograd. controv. 38.* 16

Quæ conſideratio melius elicitur ex proœ- 17
mio inſtitutoris, ut diximus ſupra, & quia per hanc reſolutionem conſervatur regularitas ſucceſſionis, ad cujus conſervationem ſemper interpretatio, & reſolutio debet amplecti. *Andreol. conſ. 60 num. 29. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. n. 67. Valenz. conſ. 97. n. 70.* Et pro fœmina in diſpoſitione generali reſultante ex proœmio ſumenda eſt, ut in

donatione Principis, tradit *Mier. 2. p. q. 6. n. 52.* & vide *Valenz. conf. 97. n. 88. Ramon. conf. 100. num. 381. 402. & 403. Vela differt. 49. num. 48. & 49. Fusar. q. 385. num. 14. & conf. 175. n. 12. & infra dicemus tom. 2.*

72 Comprobatur hoc amplius, quia vocati videntur filii naturales, & spurii, qui non dicuntur de familia, ex *text. in Auth. ex compressi Cod. de injust. rupt. text. Auth. de trien. & semissi §. si autem col. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 45. & 46. Tiraq. de primogen. cap 15. num. 2. Garc. de nobilit. gloss. 20. num. 17. Ascan. de patr. potest. cap. 5. num. 23. Peregr. de fideicommiss art. 22. num. 83.* Et insuccessibiles sunt tam ab intestato, quam ex testamento ex *text. in Leg si quis Cod. incestuos. nupt. Cald. recept. cons 35 num. 17. Cov. de sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 3. Surd. de aliment. tit 5. q. 7. num. 36. Fachin. lib. 5. controvers. cap 98. Menoch. lib. 4. præsumpt. 96. n. 27. per Ord. lib. 4. tit. 52. vers. Não havendo, & tit. 93.* Ergo cum institutores vocassent eos, qui non erant de eorum familia, & à fortiori debent dici vocati, qui sunt de ejus familia.

73 Neque officiunt allegationes pro contraria adductæ, quia loquuntur Doctores citati in descendentibus, etiam illis de familia, & linea, ut ex illis patet.

Comprobatur hoc evidentius ex verbis in-
74 stitutionis fol. 27. vers. ibi: *Que ande sempre em geraçaõ, e descendencia por linha direita.* Ubi cum institutores loquuti fuissent per verbum generationem, & voluissent eligi de descendentia, statim compilaverunt verba illa: *E descendencia por linha direita*: quia cum in generatione omnes parentes contineantur, explicaverunt se hoc modo. Ergo cum in nostro casu non dixissent institutores, nisi loquendo tantum de generatione, videtur velle se comprehendere omnes parentes; siquidem, si voluissent aliter intelligere, etiam compilassent eandem dispositionem, ut antea factum erat.

75 Cum vero non fecissent, certum est velle differentiam constituere in uno, & alio casu, quod amplius procedit, quia in prima clausula fol. 27. vers. non fuerunt loquuti de filiis spuriis, neque de illegitimis, quia voluerunt hic tantummodo descendentiam, & familiam in alia vers. fol. 36. vers. cum vocassent illegitimas, & spurias, ideo tantummodo loquuti fuerunt per generationē tantum absque eo quod compilassent descendentiã, & familiam.

76 Deinde, ut videtur in institutione, semper institutores suam voluerunt conservare progeniem, & semper parentes vocati inveniuntur, & etiam illi, qui neque parentes, neque eorum nomen habent, ut sunt spurii, & intentio, ob quam fiunt maioratus, nulla alia est, nisi conservatio familiæ, ut videtur ex *Ord. in 4. lib. 100. §. 4.* Ergo cum Reus sit consanguineus institutoris, nullo jure audiri possunt, cum illis dici possit, de te non loquitur institutio, cum solummodo sint vocati deficiente sobole, & generatione, nec tamen cum conditio non sit purificata, neque dies legati, non est adhuc pura dispositio. Ideo meritissimi Conservatoris confirmetur sententia cum dictis à sapientissimo Domino. Ulyssipone prima die Martii 1670. Doctor Carvalho.

At contrarium in vocatione generationis 77
ad favorem Confrariæ Animarum deficientibus descendentibus vocatorum judicatum.

No feito de appellaçaõ do Juiz, e Officiaes da Confraria das Almas, e R. Archangela Monteira da Vide, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a seurença seguinte.

*Vistos estes autos libello dos AA. contrariedade da R. testamenteira. Mostra se por parte dos AA. que no testamento, com que faleceo Sebastiaõ de Moraes, vinculou todos seus bens com clausula, que se naõ podessem alhear, e para a succossaõ delles chamou em primeiro lugar a sua sobrinha Sabina do Espirito Santo, e em segundo a suas irmaãs, e que faltando as nomeadas, succedessem em seus bens Sebastiaõ Valerio, e seus descendentes, e em falta delles passariaõ os ditos bens, e morgado aos descendentes de Jeronymo Valente, e naõ os havendo destes dous ultimos chamados pelo testador, passariaõ seus bens à Confraria das Almas A. por cuja parte outrosim se allega, que por haverem faltado os expressamente chamados na instituiçaõ, e successaõ dos ditos bens, se lhe deve deferir a herança, e se julgar pertencerlhe os ditos bens pela disposiçaõ testamẽtaria, que se apresenta fol. 8. Por parte da R. se allega, que na dita instituiçaõ fora primeiro chamada Sabina do Espirito Santo, primeira administradora que havia de ser deste morgado, em que se chamava toda a sua geraçaõ até o fim do mundo, como saõ formaes palavras da dita instituiçaõ, e depois da sua morte as irmãs da dita primeira instituida, que por esta ser já ao tempo da instituiçaõ de mais de sessenta annos, de que tinha inteira certeza o instituidor, e nisto naõ cuidou de seus descendentes, e só respeitou à geraçaõ, que della ouvesse, e por os mais chamados expressamente falecerem sem descendentes, e ella R. se achar da geraçaõ da dita Sabina do Espirito Santo, por ser neta de Joaõ Bautista Viegas, irmaõ do pay da dita Sabina do Espirito Santo, fica sendo da sua geraçaõ, e se lhe devem deferir os ditos bens pela clausula*

*ſula incerta na dita inſtituiçaõ, que ſe deve entender na vocaçaõ geral da palavra (Geraçaõ.) E em quanto ella poder ſubſiſtir, naõ deve ter intrancia a dita Confraria A. O que tu lo viſto, inquiriçoens, e documentos juntos, e ſenaõ duvidar de facto por huma, e outra parte, e o mais que dos autos conſta, e como conforme a Direito ſe devem reſpeitar primeiro as vocaçoens expreſſas; do que as conjecturadas, e da palavra geração ſenão deve no caſo preſente fazer argumento para ſe faltar à diſpoſição do teſtador, que ſuppoſto na inſtituiçaõ, e ſucceſſaõ deſtes bens, chamaſſe a geraçaõ da dita Sabina do Eſpirito Santo ſe naõ entender mais, que na das ditas ſuas irmaãs logo chamadas em ſegundo lugar: e aſſim por eſta razaõ, como pela de naõ faltarem deſcendentes da dita Sabina do Eſpirito Santo, nem de ſuas irmaãs, como faltou quando chamou a Sebaſtiaõ Valerio, e a Jeronymo Valente foy viſto querer naõ ficaſſe fruſtratoria a vocaçaõ das Almas, de que ultimamente chamou em falta dos ſobreditos nomeados. O que nunca poderá ter effeito, ſe a palavra geraçaõ ſe naõ entendera nas ditas irmãas de Sabina do Eſpirito Santo ſómente, como tambem a palavra até o fim do mundo da inſtituiçaõ, e clauſula do morgado, que inſtituia para nunca os ditos bens ſerem alheados. E havendo expreſſa vocaçaõ de chamados, em quanto elles duraõ, ſenaõ póde retroceder a fórma, nem em Direito ſe permitir, que exiſtindo huma linha ſe faça ſalto a outra. Aſſim tambem naõ deve ter lugar a vocaçaõ da R. nem lhe podia dar direito algum a nomeaçaõ, que diz lhe fizera deſtes bens a dita ſua tia Sabina do Eſpirito Santo, por naõ ter direito para nomear os ditos bens vinculados, que neſſe caſo ſe deviaõ deferir jure ſanguinis na fórma de Direito cõmum. Julgo pertencerem os ditos bens à Confraria das Almas A. com o encargo das Miſſas impoſtas; e que a R. deſabra maõ delles com os frutos, e ſeus rendimentos do tempo da lide conteſtada, que ſe liquidarà na execuçaõ da ſentença. E pague outroſim as cuſtas dos autos, em que o condemno. Montemor 7. de*

78 *Janeiro de 1681. Joſeph da Guarda Fragoſo.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Almeyda. Quifel. Baſto Pereyra.

79 Et hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

80 Digniſſimum Judicem confirmandum eſſe exiſtimo, quippe teſtator voluit, quod deficientibus omnibus ab illo vocatis, & eorum legitimis deſcendentibus, ſuccederet Cõfraternitas ſubſtituta, ut expreſſe diſpoſuit fol. 8. & verſ. & cum ex actis plene pro-

quod omnes vocati ad ſucceſſionem ... ratus præſentis hypotheſis, & eorum ... cendentes deficiunt, judicandum puto, quod ſucceſſio Confraternitati ſubſtitutæ delata fuit ex diſpoſitione, & vocatione expreſſa teſtatoris, *L. penult. ubi gloſſ. voluntas ff. de legat. 1. L. cum ita, alias omnia 32. §. in fideicommiſſ. in fin. ff. de legat. 2. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3. Molin. de primog. lib. 1. c. 2. n. fin. Cyriac. lib. 2. contr. 269. num. 5. Caſtill. quotid. tom. 3. cap. 29. num. 17.* Quia per vocationem expreſſe factam in nominatis, & ſubſtitutis poſt obitum Sabinæ primo loco vocatæ excluſit cæteros omnes conſanguineos, ſiquidem deficientibus omnibus nominatis, & ſubſtitutis, vocavit Confraternitatem ſubſtitutam, *Cyriac. lib. 1. contr. 8. num. 44. & 48. Menoch. conſ. 232. n. 20.* Itaque vocatio generationis Sabinæ intelligi debet reſtricta ad cõſanguineos illius expreſſe vocatos, ſed ſubſtitutos à teſtatore ſecundum ejus diſpoſitionem expreſſam, non autem intelligenda, & generalis, & perpetua ad omnes Sabinæ conſanguineos contra diſpoſitionem expreſſam teſtatoris, ut cum multis *Souſa de Macedo deciſ. 16. à num. 1.* Igitur judicatum laudandum eſſe autumo. Ulyſſipone 11. Julii 1681. Quifel.

Cum ſapientiſſimo Domino convenio. Baſto Pereyra.

81 Quis præferatur in ſucceſſione maioratus, ſeu fideicommiſſi, coutrovertitur, an Sodalitas Actrix, an Rea? In facto dubium non eſt; de jure tamen non dubitant circa verba inſtitutoris fol. 8. & verſ. ad quem pertineat ſucceſſio, puto equidem ad Sodalitatem Actricem, quia iſta expreſſe vocatur, ut clare paret, Rea vero ſucceſſionem intendit acquirere & tacita, & præſumpta voluntate, quæ locum habere non poteſt contra expreſſam vocationem, *L. expreſſam 155. ff. de regul. jur. L. actus legitimi 77. verſ. nonnunquam ff. eodem tit. L. nonnunquam 52. ff de condit. & demonſtr. Menoch. conſ. 661. num. 4. Gratian. forenſ. tom. 4. cap 741. num 19. Joſeph Vela diſſert. 12. num. 15. tom. 1.* Deinde generalitas illa fol. 8. verſ. *Na geraçaõ de minha ſobrinha*, tollitur per ſpecialitatem conſauguineorum, qui nominati fuerunt, & ultra nominatos non admittitur ſucceſſio in alia perſona, quia teſtator non videtur aliter ſenſiſſe, quam importet propria verborum ſignificatio, & ejus verba ſunt naturaliter, & proprie accipienda, *L. non aliter 67. in princ. ff. de legat. 3. L. Labeo § ſidem Tubero ff. de ſuppel. legat. Menoch. conſ. 215. num. 10. & conſ. 232. num. 2. & conſ. 233. num. 6. & de*

*præsumpt. lib.3. præsumpt.134. num. 39. & 40. Surd. cons. 92. num. 2. Gratian. forens. tom. 5. cap. 876. num. 26. & 27.* Atque ita per specialem vocationem personarum sublata fuit generalitas consanguineorum : & quamvis Sabina ultima postletrix, & prima vocata filios habuerit, dubitarem de illorum successione, nam in fideicommisso relicto à transversali non subintelligitur conditio, si sine liberis decesserit, de qua agit *L. cum avus ff. de condit. & demonstr. L. cum acutissimi Cod. de fideicommiss. gloss. in L. ex post facto §. si quis rogatus o 1. ff. ad Trebel. Cancer. 1. p. var. cap 2. num. 87. Gom. var. 1. tom. cap 5. n. 35. Portug de donat. lib 1 prælud 2. §. 2. num. 154. Carvalh. in cap. Raynald 4 p. cap 3 num. 115.* Et cum hæc respectu filiorum esset, si forte illos habuisset, multo fortius est intelligendum respectu consanguineorum, in quibus intrantia ultra vocatos, ac nominatos non datur, nec admittitur, ex hisque prohabitis, & adductis à doctissimo primo Domino deliberante, atque subtilibus allegationibus fol. 65. sententiam Judicis statuere est in votis. Ulyssipone 29. Julii 1681. Almeyda.

De qua re vide sententiam sequentem, ubi explicatur, & optime resolvitur.

82 No feito de Francisco de Mello com Fráncisco Soares de Mello, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz de Fóra em absolver ao appellado dos bens do morgado, de que se trata, declarando pertencerlhe a successaõ delle, e naõ ao oppoente, revogando sua sentença, vistos os autos, e como por elles se mostra instituir Luiz Freire de Mello a Capella, que levantou de novo no anno de 1590 dotandoa com os bens de seu terço, que tomou na quinta de Nespereira, avinculandoos com as obrigaçoens na escritura declarados; ordenando, que os administradores, que por sua morte ficassẽ, lhas compririaõ, e cazando depois no anno de 1595. a sua filha Dona Antonia de Mello com Alvaro Cardoso Pacheco, lhe dotou a administraçaõ do dito vinculo em reserva do dominio, e usufruto em vida com os encargos no dote declarados, e que naõ os cumprindo, passaria ao parente mais chegado, que se chamaria Freire. Mostrase, que fazendo o mesmo instituidor testamẽto no anno de 1599. nelle tornou a nomear sua filha por administradora com mais encargos, e obrigaçoens, ordenando que andasse sempre na geraçaõ dos Freires, e Mellos, e que por a dita Dona Antonia morrer sem filhos, nem descendentes, succedeo no dito morgado seu irmaõ Christovaõ Freire de Mello, filho do mesmo instituidor, que tambem morreo sem filhos, estando nesse tempo vivo Francisco de Mello Soares, pay do oppoente, seu segundo primo, e parente em terceiro grão pelo mesmo sangue do instituidor, e tambem Estevaõ Soares de Mello, Reo originario, pay do appellado, seu primo em grão mais remoto, que se envestio na posse do dito morgado, sendo tambem vivo Simaõ da Costa Freire, outrosim seu parente que deu libello contra elle pelos ditos bens, e pendendo a dita causa se oppoz neste processo o appellãte para os excluir a ambos, fundado no direito acquirido por seu pay, no tempo q̃ por morte do ultimo possuidor se lhe deferia a successaõ. Mostrase darse sentença na causa principal, confirmada neste Senado, e na Supplicaçaõ, pela qual foy totalmente excluido Simaõ da Costa Freire, julgandose em seu respeito pertencer ao pay do appellãte o appellido, pelas provas de hũa, e outra parte dadas, e mais papeis juntos se mostra acharse vivo o pay do appellante, ao tempo do falecimento do ultimo possuidor, e viver depois alguns annos, e lhe pertencer a successaõ, por ser seu parente em terceiro grào, e mais chegado que o Reo originario, e concorrerem nelle as qualidades da instituiçaõ, e vocaçaõ, por ser o dito parentesco pela mesma via do instituidor da geraçaõ, e familia dos Freires, e Mellos, por se provar exactamente por testemunhas, e documentos legitimos, ser filho de Martim de Mello, primo direito do instituidor, neto de Fernaõ de Mello, irmaõ de Dona Anna de Mello sua mãy, filhos ambos de Pedro de Mello, chamado vulgarmente o do Pucaro, que foy filho de Martim de Mello, neto de Dona Teresa de Novaes, filha legitima de Ruy Freire de Andrada, e neta de Nuno Freire de Andrada, Mestre que foy da Ordem de Christo, cabeça, e tronco donde procede a verdadeira, e illustre familia dos Freires deste Reino, e ao mesmo instituidor como descendente delles, pela via materna competia o appellido de Freire, e do mesmo modo ao pay do oppoente, e a elle por descendentes tambem dos sobreditos, sem embargo de se naõ chamarem do mesmo appellido, e por bastar conforme a Direito o competirlhe, por ser do mesmo sangue, e geraçaõ, para poderem em qualquer tempo usar delle, e gozar de todas as prerogativas concedidas aos da dita familia, e ainda que por parte do R. originario se allegue, e mostre ser parente do instituidor por Freire, e Mello do sangue do instituidor, e que o Freire lhe compete, por seu pay, e avós, como tambem o instituidor tinha por seu pay Ruy Freire, irmaõ de Joaõ Freire, de quem o dito Reo descendia,*

cendia, filhos ambos de Luiz Machado, aos quaes Freires Machados teve o inſtituidor cõſideraçaõ na vocaçaõ, que fez, aſſim pelo parenteſco de ſeu pay ſer mais proximo, e o ter mais preſente na memoria, como porque na Capella, e ſepultura, e portas da quinta vinculada poz as Armas dos Freires, juntamente com as dos Machados no meſmo Eſcudo, e ſe provar por algũas teſtemunhas haver neſte Reino diverſas familias de Freires, e ſe inferir do ſobredito, chamar á dita ſucceſſaõ os Freires procedidos de ſeu pay, miſturados com Machados, appellidos da familia de ſeu avó paterno, e naõ os Freires antigos, que lhe competiaõ por via de ſua mãy, e ſeus avós maternos, e que faltando a qualidade deſtes Freires no pay do appellante, e concorrendo no do appellado juntamente com a de Mello, ſe lhe ficou deferindo a ſucceſſaõ ſem embargo de eſtar em mais remoto grão, como já ſe tinha julgado em ſeu favor. Moſtraſe com tudo por parte do appellante, que o teſtador na inſtituiçaõ naõ chamou Freires Machados, nem tal familia podia conſiderar, pela naõ haver, antes expreſſamente chamou Freires, e Mellos, ſem declarar Machados, que com facilidade podéra exprimir para tirar a duvida, que podia reſultar: maiormente, que tambem na Capella, e quinta vinculada poz as Armas de Mellos, e poſto que no meſmo Eſcudo puzeſſe as dos Freires, e Machados, as poz diſtintas, e ſeparadas, ſendo as inſignias dos Freires as meſmas dos verdadeiros, e legitimos Freires deſcendentes de verdadeiro tronco, e cabeça delles, de quem tambem devia proceder o Freire do pay do inſtituidor, ſe era verdadeiro Freire, por via de linha materna, por ſer pela linha paterna Machado, e naõ conſtar donde procedeſſe o Freire do dito ſeu pay, nem tiveſſe origem, como o Reo originario confeſſa no depoimento, declarando naõ ſaber os taes Freires donde procedeſſem, nos quaes termos ſe preſume de Direito, quando o contrario legitimamente ſe naõ prova ſer da meſma familia mayormẽte dizendo algumas teſtemunhas, que a mulher do dito Luiz Machado, ſe chamava Dona Maria Freire, poſto que o R. no depoimento lhe déſſe por mulher a Leonor Rodrigues, além do que ſe moſtra virem os bens vinculados por parte da mãy do inſtituidor, e procederem de Pedro de Mello, ſeu avó pela linha materna, que tambem o era do pay de Franciſco de Mello, e ſempre de Direito ſe conſiderar o parenteſco, e conjunçaõ a reſpeito da geraçaõ, donde os bens vinculados procedéraõ. e como no pay do appellante concorriaõ as qualidades da vocaçaõ para lhe cõpetir a dita ſucceſſaõ, por ſer parente mais chegado ao ultimo poſſuidor da geraçaõ dos Freires, e Mellos, e virem os bens vinculados pela linha materna, por onde o oppoente tẽ a conjunçaõ, e parenteſco, e naõ pela paterna, pela qual o appellado pertende a ſucceſſaõ, e na vocaçaõ ſimplezmente feita ſe comprehender o appellante, e ſeu pay, e naõ haver outra eſpecial, e expreſſa, pela qual o Reo originario foſſe chamado para as poder excluir, e a ſentença dada na cauſa principal contra Simaõ da Coſta Freire naõ poder prejudicar ao Direito de ſua oppoſiçaõ. Julgaõ, e declaraõ pertencer ao oppoente pelo Direito acquirido por ſeu pay a ſucceſſaõ do morgado, de que ſe trata. E condẽnaõ ao appellado largue, e abra maõ dos bens delle, e os reſtitua, e entregue ao appellante com os frutos da lide conteſtada, que ſe liquidaráõ na execuçaõ. E pague o appellado as cuſtas dos autos de ambas as inſtancias. Porto 10. de Junho de 1660. Souſa. Bacellar.

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Ludovicus Freyre de Mello inſtituit ex tertia parte bonorum ſuorum, quam elegit in Villa (vulgo *da Neſpereira*) quoddam vinculum (ut ille vocat) Capellam, ſed re vera maioratum, ut diſponit *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 53.* cujus adminiſtrationem titulo dotali donavit filiæ ſuæ D. Antoniæ de Mello, ut Alvarus Cardoſo haberet reſervato tantum in vita ſua dominio, & uſufructu. Et poſtea ultimo voluntatis ſuæ elogio eamdem in prædicti maioratus ſucceſſionem vocavit, & poſt illam ejus fratrem, eundemque inſtitutoris filium Chriſtophorum Freire de Mello, ut videre eſt ex inſtitutione Capellæ, & maioratus fol. 32. ex inſtrumento dotali fol. 31. & ex teſtamentariis tabulis fol. 39. 83

Prædefunctæ ſorori Chriſtophorus ſucceſſit, eoque è vitali luce ſublato contendunt de ejus ſucceſſione (relicta jam, & poſthabita actione Simonis da Coſta, contra quem lata fuit ſententia in utroque Senatu, confirmata fol. 454.) Ludovicus de Mello, domus, & Villæ de Mello Donatarius, & Franciſcus de Souſa de Mello, uterque nititur ſuo jure, ille ut filius, & hæres habilitatus Stephani Soares de Mello ejus patris, cum quo lis facta fuit, iſte vero ut filius Franciſci de Mello Soares, qui ultimo poſſeſſori trium ferè annorũ ſpatio ſuperſtes fuit, ut patet ex Rei depoſitione fol. 149. ex certitudine fol. 148. & ex teſtibus fol. 234. 237. & 240. Certum eſt autem quod maioratus ſucceſſores regulantur juxta quæ competunt eo tempore, quo ultimus poſſeſſor diem ſuum obiit, *Nigr. controverſ. 241. num. 11. Molin. de primogen.* 84

*primogen. lib. 3. cap. 9. num. 21.* & est de mente omnium.

85 Quo facti serie sic enarrata ad clariorem hujus seriei intelligentiam superponendum est primo, quod quando institutor prædictum maioratum instituit, ordinē succedendi non præscripsit, sed eum tempori mortis suæ reservavit, ut videre est ex institutione fol. 33. ibi: *E isto cumprirão os succeſſores da dita Capella, que ficarem por ſua morte nomeados.* Quæ quidem institutio facta fuit prima Februarii die anno Domini 1590. ut patet ex illius exemplari fol. 32.

86 Postea anno 1595. die Octobris 16. prædicti maioratus administrationem institutor filiæ suæ Antoniæ, ejusque futuro marito inter alia dotavit, retento sibi in vita sua dominio, & usufructu, addictis tantum certis oneribus, quæ si non implevissent, eis ab administratione privatis, eam, & filios statim vocavit, prius masculum, postea fœminam, in horum defectum hæredem sibi proximiorem, dummodo filius maior natu esset, & hoc cognomen (Freire) assumeret. Patet, ex instrumento dotali fol. 31. vers. *Se nomeará por Freire, e ſerá filho mais velho.*

87 Tandem anno 1599. ultimo voluntatis suæ elogio aliquibus circa suffragia immutatis, ad id institutor, ut in prædicti maioratus successione tantummodo admitterentur, qui forent ex familia, sive prosapia (*dos Freires, e Mellos*) patet ex testamento fol. 40. ibi: *A qual Capella andará ſempre na geraçaõ dos Freires, e Mellos.* Quibus sic suppositis, ut utriusque litigantis jus facilius innotescat, & nos veritatis scopum rectius collimemus, operæ pretium erit, tam ultimi possessoris, quam utriusque litigantis ascendentes enarrare, ut sanguinitatis gradus, quo quilibet eorum ultimum possessorem attingit, clarior pateſiat.

88 Erat igitur Christophorus Freyre de Mello ultimus possessor Ludovici Freyre de Mello filius, qui fuit hujus maioratus institutor, nepos Roderici Freyre de Andrade, ejusque uxoris D. Annæ de Mello. Qui quidem Rodericus patrem habuit Ludovicum Machado Donatarium oppidi de Sandomide Loriga, matrem Donam Mariam Freyre, ut ex variis monumentis receptum affirmat Chronicus Regius fol. 147. Isabelam Rodrigues, ut deduci videtur ex Epitaphio Joannis Freyre, alteriusque ejus filii, de quo fol. 86. & nihil amplius in his actis circa prosapiam, aut progeniem institutoris paternam invenitur.

89 Prædicta vero Anna institutoris mater erat filia Petri de Mello ex urceo cognominati (vulgo *o do Pucaro*) propter illud celebre, ac paternum Regis nostri Joannis Secundi responsum, quo ridentibus aliis ex casu urcei, quem prædictus Petrus à Rege portabat, eorum risus compressit dicens (cecidit illi urceus, numquam non lancea.) Eratque nepos Martini de Mello, abnepos Stephani Soares de Mello, ejusque uxoris Donæ Teresiæ Freyre de Andrada, quæ etiam de Novaes vocabatur, quæ erat filia Roderici Freyre de Andrada, qui fuit electus in Magistratum Militiæ Equestris Divi Jacobi, & nepos Hominis Fernandes Freyre de Andrada, qui Militiæ Christi ferè Magister fuit, totiusque prosapiæ (*dos Freyres*) qui vere in hoc Regno hoc cognomine potiuntur, stipitis, ut commune caput.

Transeamus ad Franciſci appellantis avos; Franciſcus de Mello Soares ejus pater, qui ultimo possessori supervixit, erat filius Martini de Mello Soares, nepos vero Ferdinandi de Mello Soares, qui erat frater Donæ Annæ de Mello matris institutoris, & abnepos Petri de Mello communis parentis, tam respectu illius, quam institutoris, cum quo cæteros proavos communes habet. Unde cum tot sint gradus de Jure Civili, quot sunt personæ dempto stipite, recte sequitur quod attento Jure Civili Franciſcus appellantis pater, & Christophorus ultimus possessor erat in sexto sanguinitatis gradu attento Jure Civili; in tertio vero secundū jus Canonicum, quia eo attento ex duabus personis unus fit, prius sequitur etiam eum à prædicta Teresia, & à prædicto Christophoro Militiæ Magistro descendere, prout descendit institutor, & ultimus possessor. 90

Restat, ut Rei originarii ascendentiam explicemus, erat igitur Stephanus Soares de Mello appellati pater, filius Emmanuelis de Oliveyra Freyre, & D. Antoniæ de Mello, nepos Melchioris de Oliveyra Freyre, & D. Elisabethæ Freyre, quæ patrem habuit Joannem Freyre, fratrem Roderici Freyre de Andrada, qui fuit institutoris pater, avusque ultimi possessoris, & nepos Ludovici Machado, qui respectu Rei, & ultimi possessoris erat communis parens, atque ita ex regula graduum suppositā Stephanus Reus originarius, & Christophorus ultimus possessor inveniuntur in quinto gradu attento jure Canonico. 91

Ex parte vero materna eodem gradu distant; nam prædicta D. Antonia de Mello Stephani mater erat filia Stephani Soares de Mello, qui in expeditione Africana decessit, nepos Franciſci de Mello, abnepos Stephani Soares de Mello, qui erat frater Petri de

Mello

Mello (vulgo *do Pucaro*) tertia neptis Martini de Mello, qui erat utriuſque communis parens. Et ſic Stephanus appellati pater, & Chriſtophorus ultimus poſſeſſor inveniuntur in hac parte in quinto gradu attento jure Canonico.

93 Quibus ſic præhabitis, primus utriuſque patroni laboret ſudor in eo, & utraque hujuſmodi ſucceſſio regulanda ſit per proviſiones factas in inſtrumẽto dotali fol. 30. & per proviſiones factas in teſtamento fol. 40. Et quamvis (meo judicio) quoad præſentis nodi ſolutionem parum interſit, an per unum, vel per alterum ſucceſſio reguletur, attamen pro rei veritate conſtanter dicendum eſt, ſucceſſionem in hoc maioratu debere regulari per teſtamentum ab inſtitutore conditum, non vero per inſtrumentum dotale; tum quia vocationes factæ in inſtrumento dotali non fuere factæ in vim diſpoſitionis perpetuæ, ſed tantum in vim pœnæ, ut videre eſt fol. 31. ibi: *E naõ cumprindo.* Tum quia inſtitutor in inſtitutione maioratus fol. 31. reſervavit nominationem, & vocationes ſucceſſorum in tempus mortis ſuæ, ut patet fol 40. ibi: *A qual Capella.* In quo caſu quamvis poſtea illius adminiſtrationem filiæ dotaſſet, ea tamen vocatio ſequenda eſt, quæ in teſtamento facta reperiatur, *Cancer. var. tom. 3. cap. 7. de pactis n.* 380 *Molin de primog. lib. 2 cap. 4. num. 23. ubi additio à num.* 22 *uſque ad n. 25. Fontan. de pactis nuptiarum, in additione tom 2. num 7. & final. Alter Mol. de juſtificatione tract. 2. diſput* 593. plene *Caſtill. lib 2. controv cap. 26. à num.* 63. Tum etiam quia hoc jam deciſum eſt, & in rem judicatam tranſivit, ut videre eſt ex ſententia Judicis fol. 453. quæ confirmata fuit in utroque Senatu fol. 457. & 458.

94 Quibus ſic præhabitis, accedamus jam ad præſentis controverſiæ diſceptationem, in qua mihi jus Franciſci appellantis arridet, & meliorem ab eo cauſam favori autumo. Enucleationem ſuppono vulgatiſſimam eſſe in jure noſtro, & pro conſtanti ab omnibus traditam, quatuor qualitatis in ſucceſſione maioratus inſpici, & attendi debere, prius lineam, poſtea gradum, tunc ſexum, & ultimo ætatem, quam ab inſtitutore certa ſuccedendi forma non præſcribitur, ita ut dum quiſquis ſit in meliori linea, non attendatur gradus, *Cap. 1. de natura ſucceſſ. feud.* in proximiorem gradum non attendatur ſexus, *L. cum ita §. in fideicom. ff. legat* 2. in potiori ſexu non attendatur ætas, *L. final. ff. fide inſtrumentorum, Giurb. de feudis §. 2. gloſſ. 10. à num. 15. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num.* 13. *Valaſc. de juſta acclam. p. 2. §. 1. num. 1. ex pluribus Caſtill. lib. 5. cap. 93. num. 3. &* 667 *num.* 23. Cum igitur in hac hypotheſi neque detur linea poſſeſſoris, quæ prius attenditur, *Cap. 1. de natura ſucceſſion. feudor.* ibi: *Ad ſolos, & ad omnes, qui ex ea linea ſunt.* Neque primogeniti qui ſecundum locum obtinent, *Cap penult. de verborum ſignificatione.* Neque tertia alia linea, quam conſiderant Doctores plerique in ſequentibus ſucceſſoribus proportionabiliter, de qua *Valaſc. punct. 1. p 2 § 1. à n. 13 & ſeqq. Mol de primog. lib. 3. cap. 6. à n. 3. Giurba de feudis gloſſ.* 10 § 2. *à num. 5. Fontanel 1 p. dec* 34 *num.* 12. *Reynoſ. obſ.* 23. *num.* 6 *Caſtill lib.* 3. *cap* 15. *num.* 82. *Mier. de maiorat. 2. p. quæſt. 6. num.* 70. *& quæſt 7 num.* 29. *Robles de repræſentatione lib. 2. cap.* 30. *n.* 18. Neceſſario ſequitur ne prærogativa gradus attendatur, hic enim cæteris qualitatibus præfertur, *L. cum ita §. in fideicom.* ibi: *Et quis ex his proximo gradu ſunt per leg.* 2. Quod idem diſpoſitum eſt in hoc Regno per *Ord. Regiam lib* 4. *tit.* 100. §. 1 *Valaſc. ubi ſupra §. 1. per totum & § 2. n. 1. Molin de primogen. ubi ſupra cap* 4. *num.* 13.

Quæ quidem gradus prærogativa conſi- 95
deratur reſpectu ultimi poſſeſſoris, dummodo, qui maioratum prætendit, ſit ex inſtitutoris ſanguine, quamvis hoc antea controverſum eſſet volentibus, pleriſque reſpectu inſtitutoris attenderetur, *Ord. ubi ſupra dicto §. 2. Flores ad Gam. dec 7. verſ quintus caſus, Caſtill. lib. 3. cap. 9. num.* 137. *Caldas de nominat. q. 24. num.* 9. *Molin. lib. 3. ubi ſupra, Alter Molin de juſtitia diſput.* 628.

Hæc omnia de jure procedunt, niſi inſti- 96
tutor aliud diſpoſuerit, nam ſi aliter diſponat, illud omnino ſequendum eſt, *L cum ita §. in fideicom. ff. legat. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 2. num 27. Cabed. 1. p. deciſ. 121. n. 2. gloſſator. ad Ord. lib. 4. tit* 100 § 3 In his terminis in quibus aliter non diſpoſuit inſtitutor, cenſetur velle ſe conformare juris communis diſpoſitioni, & ſuccedẽdi ordini ab eo præſcripto, *Fuſar. de fideicom. ſubſtitutionib. quæſt.* 441. *num. 2. Mantic. de conjecturis lib. 6. in 6.* Unde cum inſtitutor in præſenti ſerie nihil juri communi de novo addiderit, niſi ut maioratus ſucceſſor eſſet ex proſapia (*dos Freires, e Mellos*) in cæteris omnibus vere ſe juris regulis cõformare, & proximiorem conſanguineum, qui ex horum familia ſit, ad ſucceſſionem vocare, *Ord. dicto §. 2.* ut diximus *n.* 13. & ipſemet inſtitutor declaravit in inſtrumento dotali fol. 31. ibi: *Ao parente mais chegado.*

Ex quibus omnibus ita perpenſis, quæ de 79
jure vera ſunt, & in facto conſiſtunt, jam

apparet Franciſci prælatio hoc inevitabili ſyllogiſmo.

98 Hujus maioratus ſucceſſio ſecundum juris diſpoſitionem, & inſtitutoris voluntatem deferri debet conſanguineo proximiori R. ultimi poſſeſſoris. dummodo ſit ex familia,& proſapia *dos Freires*, *e Mellos*. Franciſcus appellans eſt proximior conſanguineus R. Chriſtophori ultimi poſſeſſoris, & inſimul eſt ex familia,& proſapia *dos Freires*,*e Mellos*. Ergo ille præferendus eſt Ludovico in hujus maioratus ſucceſſione.

99 Si veræ ſunt præmiſſæ,infallibilis eſt conſequentia. Maior probatur ex his, quæ à n. 12. uſque ad n.15. expendimus: Minor duas habet partes, de prima non dubitatur, nempe Franciſcum eſſe proximiorem in gradu, cum ex actis pateat, & ipſemet Reus originarius ſæpe ſæpius fateatur; imo non ſolum & proximior ultimo poſſeſſori, ſed etiam per eam partem, ex qua bona maioratui vinculata provenire: quæ conjunctio in maioratibus ſolum attenditur, *Mier. de maioratib. quæſt. 7. num.* 8. *p.2. Phæb. 1. p. dec. 44. num* 13. Bona enim maioratui vinculata provenire à Petro de Mello (*o do Pucaro*) ut videre eſt fol. 93. verſ. & fol. 243. verſ. & fatetur Reus fol.37 verſ.& fol.49. verſ.

100 Secunda minoris pars, in qua tota eſt controverſia, apertius patet, nam per familiam (*dos Mellos*) eſt Franciſcus ultimo poſſeſſori proximior, ut Reus fatetur, & pro familia (*dos Freires*) etiam hujus proſapiæ nobilitate fungitur, & in prædicta familia continetur, utpote deſcendens D. Tereſiæ Freyre de Andrada, quæ antea vocabatur D. Thereſia de Novaes, ut vidimus ſupra: à qua etiam tam inſtitutor, quam ultimus poſſeſſor deſcendebant, ut diximus: & inſuper ex teſtibus ab eo productis conſtat,illum eſſe ex utraque familia (*dos Freires*, *e Mellos.*)

101 Quod autem D. Tereſia de Novaes eſſet ex vera proſapia, & illuſtriſſima familia (*dos Freires*) inficiari non poteſt; erat enim filia Roderici Freyre de Andrada, qui fuit electus in Magiſtrum Militiæ Jacobinæ, & neptis Nonii Freyre, qui fuit in hoc Regno Chriſtiferæ Militiæ Magiſter; & eſt ſtips, & commune caput hujus illuſtriſſimæ familiæ (*dos Freires*) quod aperte convincitur ex teſtibus à Franciſco productis à certitudine Chronici Regii fol. 147. ab ſcriptura dotali facta à Rege Joanne prædictæ Tereſiæ anno Domini 1451. ut patet fol. 192. Et inſuper conſtat à teſte Gondiſalo Maldonado hujusce rei perito per ipſum Renm producto fol. 348. ibi: *E Dona Tereſa de Novaes era do verdadeiro ſolar dos Freires, por ſer filha de Ruy Freire, e neta do Meſtre de Chriſto Dom Nuno Freire de Andrada.* Et ex teſte fol. 351. ab ipſo Reo producto dicto fol. 351. ibi: *E tambem he Freire, e Mello, por parte de ſua mãy Dona Antonia de Mello por ſer deſcendente de Dona Tereſa de Novaes.*

Hoc inevitabile fundamentum prætendit Reus pluribus ſubterfugiis diluere; & primo ait Franciſcum non eſſe de familia (*dos Freires*) ideoque nunqnam ejus patrem, avos, aut proavos hoc cognomine (*Freires*) appellatos fuiſſe, neque prædictam Tereſiam eſſe ex hac familia; ſecundo varias eſſe in hoc Regno proſapias, ſive familias (*dos Freires*) tertio, quod quamvis appellans ſit de proſopia (*dos Freires*) attamen eum non eſſe de familia (*dos Freires*) ut ille vocat (*Machados*) quos tantum inſtitutor notaſſe cenſendus eſt, cæterosque excludere,& probare hoc nititur ex eo fundamento,quod inſtitutor in Capella, quam erexit à primo,curavit inſignia (vulgo *Armas dos Freires*, *e Machados*) & inſimul in domo principalis maioratus, ut patet ex actu viſionis judiciali fol. 88. & 89. ſecundo in eo, quia inſtitutor erat de proſapia (*dos Freires Machados*) ex parte paterna, ut cum his nullum ſanguinitatis jus haberet Franciſcus.

Sed aut falſo ſibi perſuaſit, aut nobis falſo perſuadere conatur, nam prima ejus allegatio, nempe Franciſcum non eſſe de familia (*dos Freires*) neque prædictam D. Tereſiam, corruit expreſſe ex his, quæ ſupra vidimus: neque obſtat quod nunquam Franciſci pater,aut proavi hoc cognomine(*Freire*) appellarentur; nam licet actu nunquam eo cognomine uti eſſent, eo tantum uti poterant, cum potentialiter eo fungerentur, & non de illorum proſapia eſſent, prout idemmet Reus, qui vocabatur tantum Stephanus Soares de Mello, verè erat de proſapia (*dos Freires*) quamvis eo cognomine non uteretur. 102

Fallitur etiam dum contendit, varias eſſe in hoc Regno proſapias *dos Freires*, nam verum, & unum illorum caput, & ſtips, qui verè, & genuine hoc cognomine funguntur, fuit maximus ille vir Nonius Chriſtiferæ Militiæ Magiſter, ut conſtat ex Nobilitariis hujus Regni,ex teſtibus à Franciſco productis, ex libris familiarum nobilium manuſcriptis, quos ſæpe percurri. Neque ex eo quod hæc proſapia per matrimonia mutua miſta ſit variis familiis, dici poteſt eſſe diverſas proſapias,& familias (*dos Freires*)ſed eamdem diverſis familiis immiſtam; prout aliàs illuſtriſſima familia (*dos* 103

*Maſ-*

*Maſcarenhas*, quamvis diverſis familiis immixta ſit, dici non poteſt, dari diverſas proſapias, *dos Maſcarenhas*, cum re vera una, & eadem ſit diverſis familiis immixta, quia ab uno Equitum Præfecto, Ferdinando Martim Maſcarenhas, omnes hujus familiæ magnates deſcendunt.

104 Neque aliud ſuadent aliqui teſtes à Reo producti, qui aſſeverant in hoc Regno diverſas eſſe familias, *dos Freires*; nam eligendi ſunt eo pacto, ut dicant, nempe familiam (*dos Freires*) diverſis cognationibus, & familiis immiſtam eſſe; at vero hoc non tollit, quod minus eadem ſit, prout in exemplo propoſitio; licet familia *dos Maſcarenhas*, in domo Sanctæ Crucis immixta ſit, *aos Lancaſtros*, in domo, *da Torre*, *aos Sylveiras*, in domo, *de Serem*, *aos Menezes*, dici non poteſt dari familiam, *de Maſcarenhas Lancaſtros*, *de Maſcarenhas Sylveiras*, *de Maſcarenhas Menezes*, ſed eamdem eſſe familiam, *dos Maſcarenhas*, diverſis familiis immixtam.

105 Ad hoc tantum, ut prædicti teſtes probarent dari diverſas proſapias, *de Freires*, debebant aſſignare diverſa illorum capita, vulgo (*Troncos*) ex quibus deſcendunt, quod neque aſſignant, neque aſſignare poterant ex ſupra dictis. Unde infertur aliquos appellari hoc cognomine, qui re vera eo non potiuntur, de his tantum non eſt quæſtio, cum licitum ſit unicuique cognomina pro libito aſſumere, & uſurpare; ſed illud pro certo, & quod ſi qui ſunt vere de proſapia, *dos Freires*, ex Nonio eorum unico ſtipite deſcendunt, à quo quidem deſcendit Franciſcus, & inſtitutor per D. Tereſiam ejus neptem, ut ſupra vidimus.

106 Ex quibus facilius corruit tertia Rei allegatio, nempe inſtitutorem vocaſſe familiam tantum, *dos Freires Machados*, cæterosque excluſiſſe, qui non eſſent de proſapia, *dos Freires Machados*. Nam primo falſum eſt dari in hoc Regno familiam, *de Freires Machados*, ut ille vocat. Dari familia *de Freires*, & dari familia *de Machados*, fateor, ſed dari familia *de Freires Machados*, nequaquam; ſunt enim diverſæ familiæ, aliæ *dos Freires*, aliæ *dos Machados*, itaque diverſis ſtemmatibus potiuntur, nempe familia, *dos Freires*, bino ſerpente, da familia *dos Machados*, quinque bipennibus, ut patet ex actu viſionis judicialis fol. 88. ac proinde in pronuntiatione debet unam, & alteram conjunctivam (&) interponi, non vero ſine tali particula pronuntiari, quaſi una tantum familia ſit.

107 Deinde falſum eſt, inſtitutorem vocaſſe tantum eos Freyres, qui eſſent immixti familiæ, *dos Machados*; ille enim vocavit tantùm familiam, & proſapiam *dos Freires*, nec mentionē fecit *dos Machados*, immo potius *dos Mellos*. Patet dicto fol. 88. ibi: *A qual Capella andarà ſempre na geraçaõ dos Freires, e Mellos.* Cum Franciſcus noſter ex utrâque proſapia ſit, & per unam earum ultimo poſſeſſori cognatus proximior, ille ad ſucceſſionem vocatus ſit.

Neque coujecturari poteſt, inſtitutorem 108
voluiſſe vocare tantum eos, *dos Freires*, qui inſimul eſſent de proſapia *dos Machados*, nam nunquam admittitur interpretatio voluntatis, non ea tantum, quæ ex verbi concipi poteſt, *L. Gallus § 1 ff. de liber. & poſthum. L. non alter in principio ff. leg 3. L ſi alii ff. uſufructu. L. in ambiguo ff. rebus dubiis. L Nepos Proculos ff. verborum ſignif.* Injuſtum enim, & incivile eſt eligere quod inſtitutor nequaquam expreſſit, *L unica § fin. autem Cod. caduc. toll. L unica § 1. itaque Cod. Rei uxor. actio.* Cum ille aliud velle non præſumatur, niſi quod ex ejus verbis liceat cõjecturari, *L. Labeo ff. ſuppel. leg.* Aliàs enim ſæpe ſæpius in divinanda ejus voluntate pernicioſe errabimus. At vero inſtitutor in præſenti ſerie verbum non expreſſit, ex quo colligere poſſimus eum voluiſſe vocare eos tantum Freyres, qui eſſent immixti familiæ, *dos Machados*; immo potius contrarium expreſſit, vocans eos tantum, *Freires*, qui eſſent de familia *dos Mellos*.

Aiunt inſtitutorem eſſe de familia *dos* 109
*Freires*, qui immixti erant familiæ *dos Machados*, ac proinde hos tantum vocaſſe cenſeri, quia ex communi DD. traditione unuſquiſque cenſetur propriam familiam alienæ anteponere. Sed hæc allegatio facie diluitur, nam jam diximus, unam tantum eſſe familiam, & proſapiam, *dos Freires*, in hoc Regno. Deinde ſi illos tantum noluiſſet vocare, qui eſſent ſimul de familia *dos Machados*, eorum mentionem feciſſet, prout volens, quod tales vocati iuſimul eſſent de proſapia *dos Mellos*, eorum mentionem feciſſet. Tandem dato citra veri præjudicium, quod duæ darentur familiæ, *dos Freires*, nempe Freyres Machados, & Freyres Andradas, inſtitutor ex utraque familia erat, nempe ex parte paterna erat de proſapia, de Freyres Machados, & ex parte materna, de Freyres Andradas, per ejus avum Petrum de Mello (*o do Pucaro*) qui erat nepos D. Tereſiæ, ut ſupra vidimus. Si ergo inſtitutor ex utraque familia erat, quorſum dici poteſt, unam invocaſſe, aliam excluſiſſe, ex ea ratione quod inſtitutor cenſetur propriam familiam alienæ anteponere.

Corruit

110 Corruit etiam aliud fundamentum ex insignibus gentiliis, quæ appósuit instítutor in capella, ac domo ædium principali; fállitur enim, dum ait ibi appósita esse stemmata de Freyres Machados, nam cum sint una ab alterius divisa, & in diversis locis (vulgo *Quarteis*) separata, & illa bino serpente, hæc quinque bipennibus figurata proponãtur, ut patet dicto fol. 88. recte sequitur aliam esse familiam *de Freyres*, aliam *de Machados*, ibique appósita esse insignia gentilitia *dos Freyres*, & insignia gentilitia dos Machados; non vero stemmata dos Freyres Machados, ut Reus somniavit, prout etiam ibi appósita erant stemmata dos Mellos, ut patet fol. 88. Sed ex his tribus familiis duas tantum vocavit instítutor, nempe *os Freyres*, *e os Mellos*, excúsa alia *dos Machados*.

111 Replicant, censendum esse instítutorem vocásse eos tantum, qui essent *Freires*, *e Machados*; hæc enim familia paterna erat, alia materna, & usitatum apud nobiles esse, pluris facere familiam paternam, quam maternam; sed falluntur: nam instítutor nostet pluris fecit familiam dos Mellos, quam familiam dos Machados, cum illo, non vero isto cognomine uteretur, & tantum familia dos Machados erat paterna, alia materna.

112 Deinde licet instítutor esset Freyre, & Machado ex parte paterna, quia ejus pater Rodericus Freyre de Andrada vocabatur, attamen familia dos Freyres non erat illi paterna per masculinitatem (quam nos varoniam vocamus) sed illi competebat per lineã fæmininam, & tam instítutor, quam ejus pater per masculinitatem erant, tam de prosapia dos Machados, qui erant Donatarii (*de Sandomide Loriga*) ut utrumque testatur Chronísta Regius dicto fol. 147 & familiam masculinam nobiles pluris facere solent, quam eam, quæ in illos per fæmininam derivatur, ac proinde jam cessat hujusmódi conjectura.

113 Immo adversus Reum ejus fundamentum retorquetur, nam pater instítutoris vocabatur Rodericus Freyre de Andrada, ut ex dicto fol. 147. patet, & ex hoc colligitur nullam dari familiam de Freyres Machados, sed eam tantum de Freyres Andradas, ex qua Franciscus est; si enim daretur familia de Freyres Machados, vocaretur ejus pater Rodericus Freyre Machado, & non Rodéricus Freyre de Andrada, erat igitur instítutoris pater, & Machado, & Freyre, sed qua Freyre non erat Machado, qua Machado non erat Freyre, prout ut pater, & avus Rei originarii vocabantur Freyres Oliveyras, & tamen hæc non est diversa familia de Freyres, ut illi fatentur, sed eos dictos & Oliveyras, & Freyres vocari. Ex quo patet ultra supradicta figmentum esse, diversas prosapias de Freyres somniare.

Rursus, & fortius adversus Reum hæc conjectura retorquetur, nam vel dantur diversæ familiæ de Freires, alia nempe de Freyres Machados, & alia de Freyres Andradas, vel una tantum; si sunt diversæ, quomodo censendus est instítutor, eos tantum vocare, qui essent Freyres Machados, & excludere eos, qui essent Freyres Andradas; si ejus pater, quem contendunt esse alterius familiæ de Freyres Machados, Freyre Andrada vocabatur? Si & eadem: quorsum censendus est instítutor, hos vocare, illos excludere, si ii, & illi iidem sunt? Vana est igitur, & fabulósa allegatio, quæ nullo veritatis fulcro, immo potius erroris fuco fundatur.

Tandem esto quod essent diversæ familiæ, ut supponitur, utraque instítutori competebat per lineam fæmininam, ut supra dictum est, & suppósita prædicta diversitate negari non potest, tum nobiliorem fore, & superioris ordinis familiam, & prosapiam dos Freyres Andradas, quam familiam de Freyres Machados. Illi enim ex Magistris Militiæ Jacobinæ, & Christiferæ descendunt, quorum origine nulla præclarior maiori splendore in Regno potitur, cum ex domo Bobadellæ (quæ est hujus familiæ Princeps) tot Comites, & Dinastæ hujus Regni descendant, qui eam magni faciunt, & ei repetitis matrimoniis iterum junguntur. Hos censendus est testamento excluísse? Hos quasi indignos cognatos à sua succéssione repellere? Hos, quorum nomine pater instítutoris gloriabatur, nequaquam admísisse? Immo si de facto darentur (retenta eadem suppósitione diversæ familiæ de Freyres, nempe alia de Freyres Machados, alia de Freyres Andradas, & liquido constaret alteram tantum vocatam fuisse ab instítutore, dicerem ego, & constanter tenerem, ab illo vocatam tantum fuisse familiam, & prosapiam de Freyres Andradas, aliam vero excluísam; nam familia de Freyres Andradas ad eum spectabat ab avo Petro de Mello (vulgo *o do Pucaro*) quam ex eodem avo illi competebat prosapia dos Mellos, quo ille avo maxime gloriabatur, & pluris eum faciebat, ut ipsemet Reus fatetur fol. 50. adeo ut in ejus memoriam, & tanti avi jactantiam cognomen de Mello assumpsit, ut fatetur Reus ibidem (excluso cognomine de Machados) quod illi per masculinitatem competebat. Si ergo instítutor hunc tantum avum jactabat;

& in

& in ejus memoriam voluit per Villam da Neſpereira, quam à prædicto avo acceperat, huic maioratui vinculari, & ea fuit ejus intentio, tanti avi nomen, reſiduum hujus maioratus vinculo perenni facere, ut fatetur idemmet Reus fol. 49. verſ. & fol. 37. verſ. neceſſario dicendum eſt, quod in vocatione, quam fecit proſapiæ de Freyres, & Mellos, illud Freyres prædilexiſſe, quod illi competebat eadem via, qua altera familia dos Mellos inſimul vocata ei competebat; nempe familiam de Freyres Andradas, ex qua erat prædictus inſtitutoris avus, quem ille tanti faciebat. Et continet, alios, ſiqui ſunt Freyres Machados, excluſiſſe, cum neque eo cognomine uſus ſit, neque illius in inſtitutione meminit.

116 Quod corroboratur alia conjectura, nam hujus maioratus bona ad inſtitutorem pervenere ex eo dicto avo Petro de Mello, ut fatetur Reus fol. 49. verſ. & deponunt teſtes fol. 93. verſ. & fol. 243. verſ. eos ergo ad maioratus ſucceſſionem vocare cenſendus eſt, qui eſſent ex proſapia illius, à quo bona provenere, *Phæb. 1. p. dec. 44 num 13.* cum ergo vocaſſet proſapiam dos Freyres, & Mellos, quæ ambæ erant familiæ dicti avi, à quo bona provenere, neceſſario fatendū eſt, quod quemadmodum vocavit ejus Mellos, excluſa familia paterna, ita etiam vocavit tantum ejus Freyres, excluſis paternis, caſu quo diverſæ darentur proſapiæ Freyres. Sed re vera eadem eſt, quæ ab inſtitutoribus competebat, & in qua tam Reus, quam Franciſcus continentur, quia tam inſtitutor, quam illi ex Nonio Freyre de Andrada Chriſtiferæ Militiæ Magiſtro deſcendunt.

117 Cum ergo Franciſcus noſter, tam de familia dos Freires, quam de familia dos Mellos, eſſe probatur, & ultimo poſſeſſori proximior ſit, & ex ea parte à qua bona maioratus provenirent, pro conſtanti aſſerendum duco, eum præferendum fore in hujus maioratus ſucceſſione, excluſo Reo poſſeſſore, qui debet illi bona maioratus reſtituere cum fructibus à tempore litis conteſtatæ Judice revocato. Portu die 13. Aprilis anno Domini 1660.

Bacellar.

118 Ad veram præſentis controverſiæ deciſionem inveſtigandam dubium primum, quod reſolvendum ſe offert, & in quo fortiter contendunt utriuſque partis Patroni, in eo verſatur, an ſucceſſio hujus Capellæ, ſeu potius maioratus, regulanda ſit per vocationē in inſtrumento dotali factam fol. 30. an vero per contentum in ultimo elogio ab inſtitutore condito fol. 40. relictis longis diſputationibus, exiſtimo attendendam eſſe vocationem in teſtamento expreſſam, tum quia diſpoſita in dote addictum fuiſſe magis in vim pænæ, quam in vim directæ diſpoſitionis, ut patet fol. 31. ibi: *E naõ comprindo*, & de jure voluntas, quæ non tranſit in diſpoſitionem, minime attenditur per ea quæ *Molin de primog. lib. 1. cap. 8. n. 6 Fuſar. conſ. 9. verſ. 7.* Cum etiam quia in prima ſcriptura dotationis factæ Capellæ de novo conſtitutæ ipſemet inſtitutor reſervavit nominationem ſucceſſorum, & adminiſtratorum in tempus ſuæ mortis fol. 40. ibi: *A qual Capella*, & ibi: *E iſto cumprirão os ſucceſſores, que ficarem por ſua morte.* Et quicumque: poſtea dictam adminiſtrationem dotaſſet filiæ ſuæ D. Antoniæ reſervato dominio, & uſufructu in vita, & in pænam vocatio reperitur facta, ea tamen quæ poſtea facta fuit in teſtamento, in quo iterum filium nominavit, ſequenda eſt *L. unum ex familia ff. delegat. 2. L. poſt mortem ff. de fideicom. Molin de primog. lib 2. cap. 4 n. 23 Cancer. variar. tom 3. cap. 7. de pactis n 33.* Et ſi permiſſum eſt ſucceſſori voluntatem dubiam inſtituentis declarare in eorum vita, quos ille voluit proficere ex doctrina *Molin. de maioratib. lib. 1 cap. 7 num 38.* Multo melius ipſe inſtitutor in ſuo ultimo teſtamento dictam declarationem, & vocationem facere valebat, & hoc tranſit ſine dubio attenta ſententia lata in cauſa principali confirmata in utroque Senatu, ubi fuit deciſum hujus maioratus ſucceſſionem eſſe regulandam per dictam teſtamentariam diſpoſitionem, ut à fol. 453 uſque ad 458. & quidquid ſit, ſive per unum, ſive per alterum ſucceſſio reguletur, ſemper judicio meo appellans præferendus venit. Moveor.

Quia certiſſimum eſt in jure inter quatuor 119
qualitates, per quas omnes maioratuum ſucceſſiones regulantur, ſecundum locum ſibi obtinere gradus proximitatem, & eſſe regulandam reſpectu ultimi poſſeſſoris, dum tamen ex ſanguine inſtitutoris proximior procedat, *Ord in 4. lib. tit. 100 §. 2.* ubi cum aliis notat *Barboſ. Gam. dec. 7. à num. 1.* & ibi late *Flores, Valaſc. de jur. emphyteuſ. quæſt. 80. num. 34. Molin. de primog lib. 3. cap 9. num. 11. P. Molin. de juſtitia, & de jure diſput 628.*

Quod adeo verum eſt, ut procedat etiam 120
ſi in diſpoſitione, & vocatione facta in teſtamento non reperiatur clauſula expreſſa proximiorem vocans, namque deſcendentibus de linea deficientibus, ſemper proximiores in gradu inſtitutoris vocati cenſentur, *Pelaes de maioratib. 1. p quæſt. 67. num. 34.* ibi: *Cenſentur vocati proximiores ad ſucceſſionem maioratus, licet pro dicta clauſula deficiat.*

117 Ex quibus verbis illud aperte instituentes voluisse constat, quod nempe bona omnia immobilia (sic enim verbum illud, herdades intelligo) à successoribus in maioratus augmentum adjiciantur; & licet hæc dispositio quatenus ad omnia quorumcumque successorum immobilia bona extẽditur, rigida quidem videatur, jure tamen improbata non reperitur, imo potius usitatissima consuetudine comprobatur, quotidie quippe similes clausulas offendimus in maioratum institutionibus, ad quorum inviolabilem observantiam teneri, qui eos acceptant, quamvis onus ignoraverint, imo licet onus ipsum maioratus valorem excedat, probatur ex iis, quæ *Surd. cons.* 150 *numer.* 20. *cum seqq. Mier. de maiorat p.* 2. *q* 4. *illat.* 8. *num* 65. *cum seqq. Castill. controv. lib.* 5. *cap.* 107. *num.* 65. 68. & 69.

118 Verum cum maioratus ipse ante annos 240. conditus sit, & per plures, atque diversos successores digressus, nunquam tamen illi clausulæ paritum fuisse ostenditur, atque ita tempus plusquam immemoriale transactum est, quin vel semel tantum instituentium præcepto satisfieret ab uno, aut altero successore, ex qno solo fundamento in sententiæ confirmationem, dicor alia quippe à disertissimis inferioris Aulæ Senatoribus scripta non difficilem mihi videntur habere solutionem; hoc tamen ita urget, ut intellectum necessario adstringat.

Tempns enim immemoriale est adeo potens, ut modum, atque formam à testatore in maioratus successione datam mutare valeat, & idcirco succedendi ordo etiam adversus expressam instituentis dispositionem ab una linea contra aliam facile præscribitur, *Cabed. dec.* 121. *p.* 1. *Pereir. dec.* 21. *numer.* 8. latissime *Castill. controv. lib.* 5. *cap* 93. § 9. *per tot.* Similiter ergo ex quo elapso jam tempore plusquam immemoriali nunquam tamen illi clausulæ paritum fuit, adversus eam ita jam præscriptum est, ut amplius observanda non sit.

Ex hoc igitur capite Actor meo quidem judicio obtinere non potest, quamvis ex alio forte sibi utiliori, quod ex advocatorum incuria omisit causa sua probabilior videri potest. Ulyssipone 21. Julii 1679. Lopes Oliveira.

No feito de appellaçaõ civel, em que saõ partes AA. Pantaleaõ Paes de Lacerda, e sua mulher, e RR. Antonio Peixoto, e sua mulher, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello dos AA que os RR. contrariaraõ, mais artigos recebidos, documẽtos, e mais papeis juntos, prova por huma, e outra parte dada. Mostrase pela dos AA. que Gaspar Vaz de Sousa, terceiro avo do A. fez em sua vida doaçaõ a sua filha Dona Maria de Castro de quatro propriedades, hũa chamada a herdade das Pivides, e outra a dos Crespos; e bem assim de hum Souto na cabeça do Mecaso, e de huma tapada de vinha, e oival ao moinho do Cubro. As quaes quatro propriedades tomára em sua quarta, e nellas instituio morgado, põdolhe todas as clausulas, que para fazer este se requerem, como se vè da escritura junta. Mostrase chamar para a dita successaõ a dita sua filha Dona Maria, e por sua morte seus filhos, e descendentes, e na falta delles a seu neto Gaspar Vaz de Sousa, filho de sua filha Dona Brites de Sousa, e por morte do dito segundo chamado a seu neto Jeronymo, filho da dita Dona Brites de Sousa, e que morrendo os sobreditos chamados sem filhos, fossem as ditas quatro propriedades à Santa Casa da Misericordia desta Cidade, o que tudo melhor consta da escritura asima. Mostrase, que o dito Gaspar Vaz de Sousa fez em sua vida partilhas entre suas filhas, e genros, e tirando a quarta, que importou cinco Contos, e quinhentos, e sessenta e cinco mil reis, destes tirou dous Contos, e duzentos mil reis; e nas quatro propriedades, de que asima tinha feito morgado, que quiz ficasse sempre firme, e só o revogou no tocante ao chamar a Misericordia, porque em seu lugar chamara só o parente mais chegado à sua linha, e no mais remanecente da quarta, fez outro morgado, em que nomeou para a successaõ delle a sua filha D. Brites de Sousa, e por sua morte, os que della descendessem, precedendo sempre o macho à femea; o que mais largamente consta da escritura de partilhas junta a estes autos. Mostrase, que o quarto avo do successor Jeronymo de Sousa, fez morgado em as casas do Chafariz de que o successor está de posse, e nelle lhe poz a clausula, que todos os successores delle seriaõ obrigados a annexar as suas quartas, e que como seu filho Gaspar Vaz de Sousa, foy o possuidor do dito morgado pertence a quarta de seus bẽs ao sobredito morgado. Mostrase, estar o successor de posse da herdade dos Crespos, e Pivides, e que alcançou sentença contra Joaõ Dias Tintureiro, porque se julgou o Souto da cabeça do Mecaso por de morgado, como se vè da certidaõ junta. Mostrase, que o A. he filho legitimo de Henrique Correa de Lacerda,*

*o qual*

o qual era filho legitimo de Pantaleaõ Paes de Lacerda, e de ſua mulher Dona Brianda de Souſa, a qual era filha legitima de Dona Brites de Souſa, e que da dita Dona Brites de Souſa, e da dita Dona Maria de Souſa dotada, filhas do inſtituidor, naõ ha hoje parente algum mais chegado que o ſucceſſor por linha direita, a quem pertence a ſucceſſaõ dos vinculados, e annexados ao morgado das caſas do Chafariz, nem ha deſcendẽte algum dos ditos dous chamados Gaſpar Vas de Souſa, e ſeu irmaõ Jeronymo filhos da dita Dona Brites de Souſa, e o parente mais chegado, que ſe acha por linha direita, he o ſucceſſor. Finalmente ſe moſtra, que os RR. eſtaõ de poſſe da fazenda da contenda. Por parte dos RR. ſe moſtra, que Jeronymo de Souſa quarto avo do ſucceſſor em o teſtamento com que faleceo entre as mais diſpoſiçoens que fez, foy deixar as caſas em que vivia ao Chafariz a ſeu filho Gaſpar Vaz de Souſa em morgado, para elle, e os que delle deſcendeſſem, com a clauſula, q̃ todos os ſucceſſores do dito morgado ſeriaõ obrigados annexar a ſua quarta, até chegar a cem moyos de renda, como ſe vê do teſtamento junto. Moſtraſe, que o dito Gaſpar de Souſa poſſuio em quanto viveo, o dito morgado, e o desfructou, pelo que quaſi contrahio com o defunto ſeu pay em aceitar ſua herança, ficou obrigado a annexar a ſua quarta, na fórma da diſpoſiçaõ do teſtamento. Moſtraſe, que naõ obſtante a dita obrigaçaõ, fez de quatro propriedades doaçaõ a ſua filha Dona Maria inſtituindoas em morgado, e tomandoas em ſua quarta, e que morrendo a dita Dona Maria ſem deſcendencia, paſſaſſe o dito morgado a ſeu neto Gaſpar, filho de ſua filha Dona Beatriz e que por ſua morte, ſe ficaſſe ſem filhos, foſſe a ſeu neto Jeronymo filho da meſma, e que naõ ficando deſcendencia de nenhum deſtes dous chamados foſſe a dita fazenda à Miſericordia deſta Cidade, como ſe vè da Certidaõ, que a eſtes autos anda junta. Moſtraſe, que o dito Gaſpar Vaz de Souſa fez partilhas em ſua vida entre ſuas filhas, e genros, e tirãdo a ſua quarta em as quatro propriedades aſſima, e outras mais fazendas, quiz que o morgado, q̃ tinha feito nas ditas quatro propriedades ſe conſervaſſe; e ſó o revogou em quanto ao chamar a Miſericordia, porque em ſeu lugar chamou o parente mais chegado de ſua linha, e no mais remanecente de ſua quarta fez outro morgado, em que nomeou ſua filha Dona Brites de Souſa, o que tudo melhor conſta da certidaõ da eſcritura de partilhas, que ſe ajunta. Moſtraſe, que fazendoſe partilhas por morte do dito Gaſpar Vaz de Souſa, nellas ſe adjudicou a quarta a ſeu neto Gaſpar Vaz de Souſa, na fórma da diſpoſiçaõ de ſeu avo: das quaes appellando Dona Brites de Souſa ſua mãy obteve ſentença no Juizo de mayor alçada a ſeu favor, porque ſe mandava ſe lhe entregaſſe a quarta, por ſer poſſuidora do morgado inſtituido por ſeu avo Jeronymo de Souſa, ao qual ſe devia annexar, o que melhor ſe deixa ver da certidaõ do Acordaõ, que ſe ajunta, como tambem ſe lhe reſtituirem os fructos da dita quarta da morte de ſeu pay Gaſpar de Souſa em diante. Moſtraſe em razaõ de alguns erros, e dividas, que depois de tirada a dita quarta ſe fizeraõ, como foy quatro moyos de trigo, que deu Simaõ Correa de Lacerda de bom concerto à ſanta Miſericordia de renda cada anno, e outras, que deſtes autos ſe moſtraõ, e melhor da eſcritura de tranſaçaõ, que nelles anda, ſe fizeraõ novas partilhas, para ſe ſaber, o que liquidamente cabia à quarta, que ſe havia annexar, e nella ſe pòr em cheyo a quarta, que ſe havia annexar de outras fazendas, e naõ com as da contenda, a qual ſe deu por livre em legitima. Moſtraſe, que fazendoſe partilhas entre Dona Brites de Souſa, e ſeus filhos, dos bens, que ficaraõ por morte de ſeu marido Simaõ Correa de Lacerda, foy dada a inventario por bens livres a fazenda de que ſe trata, e como tal foy dada a ſeu filho legitimo Gaſpar Vaz de Souſa, como ſe vè do treslado das meſmas partilhas, e da ſorte do dito Gaſpar Vaz de Souſa, e debaixo deſte titulo foy que a poſſuio ſempre por livre, e por ſua morte a ficou poſſuindo na meſma fórma ſua mulher Catherina Ferreira tia dos RR. a qual fazenda foy ſempre poſſuida à viſta de todos os poſſuidores ès do dito morgado, ſem nunca tratarem da reivindicaçaõ. Moſtraſe andar em demandas Gaſpar Vaz de Souſa com ſua mãy Dona Brites de Souſa, e com ſeu irmaõ Ruy Vaz de Lacerda, poſſuidor que foy tambem do dito morgado, e ſendo que foy hum dos mais ricos homens, que teve eſta terra, e poderoſo, e de mais ſe naõ fallava com o dito ſeu irmaõ, e nem de chapeo, e nunca lhe pedio a fazenda de que ſe trata, pelo que ſe deixa ver que ſe a fazenda fora de morgado, trataraõ os poſſuidores delle de a pedir. Moſtraſe, que por morte do dito Gaſpar Vaz de Souſa ficaraõ correndo os meſmos litigios com ſua mulher Catherina Ferreira, à qual tambem ſe naõ pedio a dita fazenda, ſendo que a dita Catherina Ferreira trouxe tanto atropellado o dito Ruy Vaz de Lacerda, que lhe veyo a dar de hum concerto ſeſſenta mil reis, como ſe vè da dita eſcritura de trãſaçaõ junta a eſtes autos. Moſtraſe, que o alcançar o A. ſentença contra Joaõ Dias, ſe naõ ſoube defender, nem moſtrar

papeis juridicos. Finalmente se mostra, que a fazenda da contenda veyo a poder dos RR. por titulo de herança, e que com esse titulo he que a possuem. O que tudo visto com o mais dos autos, disposiçaõ de Direito em tal caso, e como se mostra pelo testamento a fol. 49. com que faleceo Jeronymo de Sousa fazer morgado em as casas em que vivia ao Chafariz, com a clausula, que todos os successores delle seriaõ obrigados a annexar as suas quartas, até chegar a cem moyos de renda, e se mostrar, que seu filho Gaspar Vaz de Sousa, como successor que foy do dito morgado, estava obrigado a annexar a sua quarta; pois na aceitaçaõ, que fez do dito morgado, que tambem se sujeitou a todas as clausulas, que se contrahio com o dito defunto seu pay com que foy instituido, e constar, que o dito Gaspar Vaz de Sousa fez doaçaõ a sua filha D. Maria de quatro propriedades, nas quaes entrava a da contẽda, tomandoas em sua quarta, e instituindoas em morgado, para o qual chamou Braz Vaz, e que por morte destes sem descendencia fossem as suas fazendas á Misericordia desta Cidade, como se vê da certidaõ a fol. 6. e se mostrar da certidaõ a fol. 12. que fazendo o dito Gaspar Vaz de Sousa em sua vida partilhas entre suas filhas, e genros, tirou a sua quarta, na qual entravaõ as ditas quatro propriedades, que quiz ficassem em morgado, na fórma que tinha disposto, e só o revogou em quanto ao chamar a Misericordia; porque em seu lugar chamou ao parente mais chegado de sua linha, e no mais remanecente da sua quarta, instituio outro morgado para o qual chamou a sua filha Dona Brites de Sousa, os quaes morgados, conforme a Direito, naõ podia fazer, por estar obrigado a annexar a sua quarta ao morgado de seu pay, e constar, que fazendose partilhas por morte do dito Gaspar Vaz de Sousa, se adjudicou a quarta a seu neto Gaspar, na fórma da disposiçaõ de seu avô: das quaes appellando Dona Brites de Sousa, filha do dito Gaspar Vaz de Sousa, obteve sentença na mayor alçada, porque mandavase lhe entregasse a quarta com os rendimẽtos della da morte de seu pay em diante, visto lhe pertẽcer, por ser possuidora do primeiro morgado, a quẽ se devia annexar, como se vê da certidaõ do Acordaõ fol. 71. e se mostrar, que para se saber, o que liquidamente cabia á quarta, que se havia annexar, se fizeraõ novamẽte partilhas por authoridade de Justiça, porque dessa sorte, naõ se podiaõ emendar os erros dos antecedẽtes, o que conforme a Direito he permetido, e juntamente pelas muitas dividas, q depois se haviaõ contrahido, como foy a de quatro moyos de renda de trigo cada anno à Misericordia desta Cidade, os juros que se biaõ vencendo, e trezentos mil reis, que se pagaraõ á Sé desta Cidade, como consta da escritura do concerto a fol. 37. as quaes dividas se haviaõ de tirar da quarta, e consta, que nestas partilhas, que se fizeraõ, se tiraraõ outras fazendas, que naõ foy a da contenda, com que se poz em cheo a quarta, e a fazenda, de que se trata, foy dada por livre em legitima a D. Brites de Sousa, como se vê de sua sorte a fol. 74. vers. e se mostra, que fazendose partilha dos bens que ficaraõ por morte de Simaõ Correa de Lacerda entre sua mulher Dona Brites, e seus filhos, se deu a inventario a fazenda da contenda por livre, e como tal foy dada a seu filho Gaspar Vaz de Sousa, como se vê do trasllado do inventario a fol 115. e de sua entrega a fol. 134. e melhor de sua sorte a fol. 77. vers. e constar, que Catherina Ferreira, mulher do dito Gaspar Vaz de Sousa a deixou a sua irmã Guimar Ferreira, como se vê do seu testamento a fol. 169. e do acto da posse a fol. 176. vers. e se mostrar do testamento, com que faleceo a dita Guimar Ferreira a fol. 182. vers. deixar a sobredita fazẽda aos filhos dos RR. e da sentença, que os AA ajuntaõ, porque se julgou o souto da cabeça de Mecaso por de morgado, foy porque o R. naõ mostrou papeis juridicos, dos quaes constasse ser livre, e como por parte dos RR. se mostrem estes, e que nunca os possuidores de morgado, de que o A. está de posse, tratassem de pedir a fazenda da contenda, sendo á vista de todos elles possuida por livre, e constar, que Gaspar Vaz de Sousa andou sempre em demandas com sua mãy Dona Brites de Sousa, e seu irmaõ Ruy Vaz de Lacerda possuidores que foraõ do dito morgado, e nunca estas intentarem pedir a tal fazenda: e tanto, que durando ainda estes litigios com sua mulher Catherina Ferreira, a qual por ser aquieta, lhe deu de bom concerto Ruy Vaz de Lacerda sessenta mil reis, como se vê da escritura a fol. 241. e se mostrar, que os RR. gozaõ a sobredita fazenda com justo titulo, a julgo por livre, e os absolvo do pedido pelos Autores, aos quaes condẽno nas custas destes autos. Portalegre 27. de Fevereiro de 1678. *Manoel Vidigal de Moraes.*

A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Pereyra. Fonseca Lopes Oliveyra. Et fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Ex actis plene probatur, quod Actor est descendens Hieronymi de Sousa & possessor maioratus ab eo instituti, itaque habet actionem, ut ei restituantur omnia prædia ad dictum maioratum spectantia, nec Reus hoc inti-

inficiatur, nec prætens quæſtio in eo conſiſtit.

123 Sed quia omnes poſſeſſores maioratus à prædicto Hieronymo inſtituti tenebantur annectere huic maioratui ſuam quartam, quæ ita vocatur in Civitate de Portalegre, & ejus Provincia, & in omni Regno, aut tertia, ut pateſcit ex inſtitutione fol. 36. in princip. itaque ejus filius Gaſpar Vaz de Souſa tertius avus Actoris primus poſſeſſor hujus maioratus, tenebatur ei annectere ſuam quartam, ut judicavit Senatus in ſententia fol. 54. tota dubitatio hujus proceſſus in eo vertitur, nempe ſi prædium ab Actore petitum eſt, & à Reo poſſeſſum, ſpectat ad quartam Gaſparis.

124 In qua quæſtione judicandum puto, quod prædictum prædium ſpectabat ad quartam Gaſparis, & ita eſt connexum maioratui inſtitutoris Hieronymi, ut manifeſte probatur ex ſcriptura dotis à Gaſpare conſtitutæ ejus filiæ fol. 5 & melius ex inſtrumento partitionum, quas in ejus vita confecit inter ejus filias, & generos, ut conſtat ex ſcriptura fol. 8. & omnem dubitationem tollit ſententia Senatus dicto fol. 54. in qua judicatum fuit, quod prædictæ partitiones, in quibus prædium contentionis adjudicatum fuit Gaſparis quartæ, non poterant revocari, immo validæ erant, & quod omnia prædia præfactæ, quartæ adjudicata erant annexa maioratui inſtitutoris Hieronymi, & ita pertinebant ad poſſetricem prædicti maioratus. Quare ſtante ſententia Senatus ſupra relata, indubium eſt, quod prædium contentionis eſt vinculatum, & ſpectat ad Actorem, tanquam deſcendêtem inſtitutoris Hieronymi ejus quarti avi, & poſſeſſorem ejus maioratus.

125 Quin obeſſe poſſint partitiones poſtea factæ fol. 56. verſ. & ſeqq. in quibus prædictum prædium contentionis tanquam liberum adjudicatum fuit legitimæ, quia nullæ adjudicari debent, ut pote confectæ contra ſententiam tranſactam in rem judicatam, *Ord. lib. 3. tit. 75. in princip. & tit. 87. §. 1.* Quare non poterant fieri novæ partitiones contra ſententiam Senatus, & quando contigeret, quod apparerent aliqua debita Gaſparis, non ex hac ratione debebant fieri de novo partitiones, ſed ſolum unuſquiſque hæres teneretur pro ſua parte, & ad hoc maneret adſtrictus, ſicut ſucceſſor quartæ pro ſua parte, cum iſta deducenda ſit poſt ſolutum omne æs alienum de reliquis bonis, & ſemper habeatur conſideratio ad bona tempore mortis, *Valaſc. de partit. cap. 19 n. 3.* & cum quarta Gaſparis plus excederet valorem quatuor prædiorum, quæ ille in ea elegit, ex reliquis bonis ad eam ſpectantibus debebat ſolvi pars debitorum ad quartam ſpectans, non vero debebat adjudicari legitimæ filiæ prædium contentionis jam judicatū, & vinculatum maioratui per ſententiam Senatus, & nullatenus debebant de novo fieri partitiones.

126 Et quod magis eſt, ſine fundamento prætextu horum debitorum novæ partitiones fuerunt confectæ, quia talia debita Gaſparis non probantur, ſimiliter nullius momenti eſt alterum fundamentum Rei, ſcilicet, quod non poterat annecti quarta Gaſparis cum fructibus, quin denovo partitiones fierent; quia reſpondetur, quod in partitionibus à Gaſpare factis in eius vita, jam erat ſeparata ejus quarta, ut fructus ejus non pertinebant ad partitiones, quia erant ejus filiæ per ſententiam dict. fol. 54. & eorum erat debitor nepos Gaſparis ejus matri filiæ ejuſdem Gaſparis, & ita eliduntur omnia fundamenta à Reo perpenſa, quamobrem Reos condemnarem, ut dimittant, & reſtituant Actori prædium contentionis cum fructibus à tempore litis conſtitutæ, ſic revocato Judice, quin etiam obſtaret præſcriptio quadragenaria cum titulo, qua Rei pertendunt excludere Actorem, quia cõmunis opinio obſervata in Senatu, à qua in judicando recedendum non eſt, tenet, quod res maioratus præſcribi non poſſunt, niſi præſcriptione immemoriali, ut eleganter defendit, & tradit judicatum *Pereir. deciſ. 52. per tot.* ita judicarem. Ulyſſipone 22. Julii 1678. Quifel.

127 In eadem ſum ſententia, quod res maioratus in hoc caſu præſcribi nequit, niſi immemoriali tempore, ut cum *Pereir. deciſ. 52.* defendunt *Caſtill. lib 5. cap. 93. §. à n. 8.* 10. cum multis ſequentibus, *Addentes ad Molin de primog. ad lib. 2. cap. 6. n. 51 verſ. ſuperior.* Et prædium de quo agitur vinculo maioratus de quo agitur eſſe adſtrictum judicavit Senatus fol. 54. Ulyſſipone 17. Auguſti 1678. Vanveſlem.

128 Hujus negotii factum ita implicatum mihi viſum fuit, ut non ſemel tamen, ſed iterum atque iterum evoluto proceſſu, cunctisque ejus circunſtantiis ſedulo rimatis, animus certe mutaſſet, & hæſiſſet, tandem vero in ſententiæ confirmationem ſecurius venire decrevi. Actor nonnulla quidem actione prædium, de quo agitur, à Reo vendicare poteſt, niſi reali reivendicatione, quævis ei competat, neceſſario ejuſdem prædii dominium probare tenetur, quippe quod iſtius actionis præcipuum eſt requiſitum, *L. doce aucillam Cod. de reivendicat. L. in rem actio ff. eod cum vulgaribus.* In hoc tamen Actor, ni fallor, defecit.

129 Quamvis non Hieronymus, Actoris atavus, illud gravamen successoribus maioratus, quem instituit, indixisset fol. 36. ut unusquisque eorum quartam bonorum suorum partem ei annectere tenerentur, & inter ea, quæ Gaspar ejus Actoris abavus in quartam assumpsit, si prædium hoc complecti videatur, atque ideo maioratui acquisitum censeatur, proindeque in dominium Actoris, qui ejusdem maioratus est possessor, venisset, hæc mihi non satis adeo probantur, ut ei vendicationem competere judicem.

130 Primum quippe, quod mihi offertur instrumentum fol. 4. vers. & 5. nihil aliud habet, nisi quamdam donationem, quam sub maioratus vinculo Gaspar Actoris abavus in filiam Mariam contulit, quia sine liberis decedens nepotem Gasparem vocavit, eique si absque sobole diem clauderet extremum, Hieronymum alterum nepotem, ejusque descendentes substituit, tandemque Sanctæ Misericordiæ confraternitatem invitavit, prout in præfato donationis, seu dotis instrumento latius continetur.

131 Licet autem inter bona ibidem donata prædium, de quo agitur, sit expressum, quod & alias donator in quartam assumpsit fol. 6. nemo tamen ideo successoribus maioratus à Hieronymo, ejusdem donatoris patre instituti dominium acquisitum fuisse, securo pede firmare potest; donatio quippe illa neutiquam in eos, vel eorum aliquem collata fuit, neque tale quid in donatoris mentem venit, unde non improprie accommodari potest dicterium illud, quod actus agentium ultra eorum intentionem non operantur, *L. non omnes ff. si cert. pet. at. L. in agris ff de acquirend. rerum domin. cum vulgaribus congestis à Barbos. axiom* 12. *n.* 7.

132 Præterea, & fortius, quia donatio illa nequaquam dominium in eos transferre potest, nisi quibus donator vere, vel ficte tradidit, non enim nudis pactis, aut contractibus, sed naturali traditione, & rei apprehensione dominium, actioque reivendicationis acquiritur, *L. tradit Cod. de pact. L. si ager 50. ff. de reivend. §. venditæ inst. de rerum divis. Hotaman. illustr. quæst. cap.* 11. *Barb. in rubr. ff solut. matrim. p.* 4. *num.* 20. *Benedictus Pinel. lib.* 2. *selectar. cap.* 9. *numer.* 27 *Valent. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *ex numer.* 5. multisque aliis *August. Barb. in collect. ad text. in dict. L. traditionibus n.* 1. *&* 2. At vero donator Gaspar eis tamen tradere voluit, quibus donavit, minime, aut successoribus maioratus à parente instituti, de quibus non meminit, ergo evidens est iis dominium ex illa donatione non fuisse quæsitum, proindeque, neque Actori ejusdem maioratus moderno possessori.

Secundum, aut instrumentum fol. 8. vers. eosdem patitur defectus, immo & graviores, quippe nihil aliud continet, nisi quamdam bonorum divisionem, seu partitionem, qua præfatus Gaspar Actoris abavus res in quartam designavit, in qua tamen illud cõsiderandum est, quod res ipsas non annexit maioratui à parente instituto, prout tenebatur, immo potius novum maioratum novis conditionibus, atque substitutionibus condidit fol. 9. licet Beatricem filiam seniorem, ejusque descendentes vocasset in successionem, & tamen prius declaravit fol. 8. vers. ex quarta ipsa ante omnia deducenda esse bona illa, quæ per aliud instrumentum fol. 4. vers. filiæ suæ Mariæ, ejusque successoribus donaverat.

Ergo apertissime ex hoc secundo instrumento patescit, Gasparem neutiquam prædium, de quo agimus, in maioratus à parenti instituti, successores tranferre voluisse, quamvis id in quartam assumpsisset eo præcipue, quia in hoc secundo instrumento nulla traditio vera, vel ficta intervenit. Ex quo proinde dominium Actori, cæterisve maioratus possessoribus quæri non potuit, ut proxime ostendimus.

Tertium, aut instrumentum transactionis cum Misericordiæ cõfraternitate celebratæ fol. 26. nil ad rem nostram pertinet, ut ex ea dominium successoribus maioratus quæsitum sit.

Urget tamen efficacius Senatus sententia fol. 54. qua decretum fuit, Gasparem partitionis contractum inter filias à se celebratum revocare non potuisse; proindeque quartam, quam maioratui subjecerat, nepoti Gaspari relinquere non posse, eamque Beatrici ejusdem maioratus possessori restituendam esse, ex quo sane illud conficitur argumentum, quod cum prædium de quo agimus, quartæ sit designatum fol. 6. videtur dicendum maioratus successoribus acquisitum esse, unde non immerito Actor reivendicationem intendit.

Hoc tamen argumentum, quod apparenter urgere videtur, attamen si penitus introspiciatur, manifestam continet æquivocationem, agitur non ibi de infringenda dispositione quadam, qua Gaspar partitionem revocaverat, atque ita de dispositione post partitionẽ ipsam facta, quæ ut aperte patet, illa fuit, quam suo testamento exponit fol. 182. hanc igitur sententiam Senatus infirmavit, vel si quam forte aliam homo ille instabilissimi animi condidit, quæ partitiones

sequuta

ſequuta fuit, ut manifeſte ex ipſius ſententiæ verbis conſtat, ibi: *E conforme a iſſo o dito Gaſpar Vaz em ſua vida fez partilhas entre ſeus filhos por contrato entre vivos cõ reſerva do uſufructo, o qual conforme a Direito naõ podia revogar, nem deixar ao appellado a dita quarta, que tinha annexada ao dito morgado, &c.*

138 Eo igitur tendit ſententia, ut diſpoſitio, quæ partitiones ſubſequuta fuit, infringeretur, quartaque antiquiori maioratui annectaretur; at vero prædium, de quo agimus, in partitionibus huic maioratui neutiquam aſſignatum fuit, ut jam oſtendimus; immo potius priori illo inſtrumento, & donationis contractu, qui partitiones præceſſerat fol. 4. verſ. 5. & 6. alii diverſo maioratui aſſignatum erat. Nihil ergo intereſt, quod ſententia illa partitionis contractum ratum habuiſſet, in eo enim contractu prædium eidem maioratui, quem Actor nunc poſſidet aſſignatum minime fuit, immo potius alterius maioratus inſtitutio ratificata, & confirmata, atque probata fuit, qua prædium ei, aſſignatum fuerat traditione ſubſequuta in alios ſucceſſores diverſos, ut ex illo ſæpe memorato inſtrumento fol. 4. verſ. liquet.

139 Quamvis autem maioratum illum Gaſpar inſtituere non potuiſſet, quippe qui quartam totam parentis maioratui ex ejus præcepto annectere tenebatur, id tamen non concludit prædium in iſtiusmodi maioratus poſſeſſorem dominium tranſijiſſe eis nec reivendicationem competere, cum nullibi demõſtretur Gaſparem illũ eis dare, & tradere voluiſſe, neque id in ſententia fol. 54. judicatur, ſed tamen partitionis formatur contractus, poſteriorque Gaſparis inconſtantiſſimi infringitur diſpoſitio, declarando eum quartã annectere teneri, non tamen inde ſequitur, prædium hoc, quod non annexit, immo aliis diverſis perſonis dare voluit, maioratui ita acquiri, ut vendicatio Actori competat.

140 Præcipue vero, quia ſententia illa lata eſt anno 1613. partitionibusque ejus virtute factis eodem anno prædium hoc in legitimum tamquam liberum Beatrici aſſignatum eſt, non autem vinculo maioratus, tamquam ſi quartæ eſſet pertinens ſubjectum fol. 57. clare igitur patet illo in tempore, quo ſententiæ vis, & mens apertius noſcebatur, intelligi prædium hoc non fuiſſe in quartam imputatum, maioratuique aſſignatum, & forte quarta per alia bona repleta eſſet, de quo nobis modo ſatis non conſtat.

141 Unde tametſi omnes à me factæ conſiderationes deeſſent, hæc una pro ſententiæ confirmatione, Reique abſolutione ſufficeret, nullum enim mihi ſufficiens proponitur argumentum, quo tranſactis jam plusquam 60. annis ſententiam Senatus aliter nunc intelligam, quam tum cum lata fuit, intellexerunt illius temporis magiſtratus, & officiales, præcipue, quia Beatrix ipſa, quæ pro maioratu pugnavit, victrixque evaſit, prædium hoc tamquam liberum accepit, novisque partitionibus conſenſum adhibuit, immo & cum per conjugis mortem inventarium conficeret, prædium ipſum, tamquam liberum, inter ſe, & filios dividendum deſcripſit fol. 91. quod in ſortem legitimæ Gaſpari filio adjudicatum fuit, quid ergo hæc, & alia, quæ bonus Judex conſiderat fol. 186. verſ. & 187. ſibi volunt ſignificare, niſi prædium liberum, & allodialle, maioratumque aliis bonis integratum fuiſſe.

Ex quibus plane ſequitur minime obſtare 142
maioratus bona, non niſi immemoriali tempore præſcribi poſſe; hæc enim concluſio, quam veram profiteor, ita demum obſiſteret, ſi prædium maioratui annexum tenderetur; at vero in præſenti id nunquam ei vinculatum fuiſſe judico, immo potius ſentẽtia, multiplicatisque partitionibus, liberum fuit habitum, idque ex annorum 60. curſu, confirmavit, pro quo facit, quia quælibet ſolemnitas, & extrinſeca ex curſu temporis præſumitur, *text. in L. ſi filius Cod. de petit. hæred. jnnctisque late Reynoſ. obſervat. 71. per tot. Otero de paſcuis cap. 11. à num. 12. Joan. Angel. Boſſ. de alienat. bonor. eccleſ. à numer. 202. cum ſeqq. Capic. Galeot. lib. 2. controv. 38.* Quod maxime procedit ſtante obſervantia ſubſequuta: igitur & ſimiliter præſumimus maioratum aliis bonis integratum, cum per tot partitiones, totque annorum curricula prædium hoc tamquam liberum poſſeſſum fuiſſet.

Confirmetur igitur optime Judicis ſen- 143
tentia, non obſtante exemplo fol. 38. quo minime ſtare tenemur, ſed ſecundum noſtrum intellectum judicare. Ulyſſipone 12. Septembris 1678. Lopes Oliveyra.

Mihi etiam magis ad confimationem 144
appropinquare fas eſt; quia periculoſum eſt, nimisque obſcurum quærere poſt tanti temporis curriculum, tantorumque actuum torrentem. non ſolum denovo cõdere, verum etiam & omnia præterita mutare, vel contra deciſionem *text. in L. teſtamenta 18. Cod. de teſtament. Tiraquel. tract. de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. verſ. vigeſimo quinto, Caſſan. in cathalag. glor. mund. p. 1. conſiderat 44. verbo mos fideliſſimæ vetuſtatis debet retineri, quia antiquitati ſemper defertur ex cap. de quibus 20. diſtinct. L. ſi chorus §. 1. ff. legat tert.*

*Aristotelis* facit dogma qui *lib.2.Rethor.*
145 *cap.15.*ait,*quod antiquiora honorabiliora sũt; antiquissimũ est honorabilissimum, & pluribus prærogativis antiquitas pollet*, cõprobat *Cæpol.tract.de Imp.milit.delig.n.3.Tiraquel. de retract.lignag.§ 30.gloss.1.num.192.* Ideo servandum esse illud, quod ab antiquo fieri consuevit,tradit *text.in princip.vers ab antiquo de pace constant.ubi Bald.* consuetudines antiquas servandas esse asserit, ne quod contra esse inducendum, *L.1. Cod quæ sit longa consuetudo*, in tantum quo probatio in contrarium excluditur, quod est novissimum, *Cap. is qui fidem, juxta gloss. verbo contra præsumptionem de spons. L ultim. Cod. de arbitr.tutel* Atque impræsentiarum circa prædium, de quo est sermo illo in tempore, quando de partitionibus, sententiis, aliis sequentibus voluntatibus nervose actum fuit, semper liberum remansit, & ita adjudicatum variis in actionibus. Quomodo nunc virtute quartæ eum obnoxium judicare debemus; quanvis aliquæ conjecturæ ad id moveri possint, nam jus regulare non eliditur per dubias probationes,seu conjecturas, *Valenz.cons.97. n.73.* Eo maxime cum tunc contra id, quod petitur, actum fuit, & nunquam prædium ad vinculum invenitur realiter adstrictum, nec in illo habuit ingressum,quamvis ex sententia fol. 54. aliquo modo adintueatur, attamen ad alia tendit, & per argumentum ad subjectionem devenitur, quod eliditur per factum non unius, sed tantorum canonitatum jure hæreditario, jam jura non favent illis,qui sunt de præda soliciti, *Vul cons.* 183. *numer.* 33. Aliis objectionibus satisfit per sapientiss. D. colendis proximiorem, cujus placitum autumo.Ulyssipone 20.Decembris 1678. Fonseca.

146 Non levis equidem humeris meis provincia imponitur, dum inter gravissimorum partuum, quos æquali prosequor veneratione dissidentia suffragia, meam interponere sententiam cogor: discere mihi magis, quam dicere expediret; utrumque peragam,& cum à præstantissimis dominis omnia quæ ad præsentem quæstionem attinent, in medium prolata sint ex suaviss imis, quos ipsi collegerunt, floribus, fasciculum hunc componam; discendo eligam, & eligendo dicam.

147 Suppono primo: licere majoratus institutori successoribus injungere, ut bonorum suorum tertiam, vel partem aliquam ipsi majoratui adjiciant,*argumẽto text.in L. ab eo 9.Cod.de fideicommiss. L unum ex fam. §.1 ff. de leg.2. Molin de primogen. lib.2.cap.4.num. 15.vers sed quamvis, Peregr.de fideicommiss. art 33.n.33.Gratian. forens.cap.917 num.21. Phæb.decis.212. num.24.* Quod ex eo provenit, quod testator de rebus hæreditariis disponere, easque legare potest, *dict leg. unum ex fam. §. si rem, text. in §. non solum.* & ibi *Pichard. dict.num.66.inst.de legat.Gom.1.variar cap.12.numer.14.*& ibi *Aylon.* & ita hæres obtemperare tenetur adstrictus obligatione, ex quasi contractu resultante § *hæres*, & ibi *Pichard.n.5. inst.de oblig. quæ ex quasi contractu.*

Suppone secundo posse parentes, dum ad- 148
huc vivant, inter filios patrimonium dividere; modo ipsi emancipati sint (quod in præsentibus terminis accidit, duæ enim Gasparis filiæ, Maria, & Beatrix in matrimonium collocatæ erant, & ita patriæ potestatis nexibus exsolutæ *ex Ord lib. 1. tit. 87. §. 6.*) *Caldas à dict. §. sed hoc numer.18. inst. de inoffic.testam.*optime *Cancer.1.variar. cap.3. n. 15.Surd de aliment tit.9 q.2 num.13. Valasc. de partit cap.21. num 6. Cabed 1 p decis.127.* Ubi asserit, talem divisionem revocari non posse, & licet *Valasc.proxime*, posse patrem affirmet, attamen cum dictus Gaspar non revocasset, nihil *Valasc.* officit.

Suppono tertio testatorem res, quas vel- 149
lit, eligere posse, quæ in suam tertiam, vel pro Regionis more in suam quartam imputentur, *Valasc.de part.cap.19.num.25.& cap. 20.n.25.& consult.53.n.9.*

His ita de jure præhabitis, jam illud ex fa- 150
cto metiamur, primus institutor jussit successoribus quartam majoratui adjungere, Gaspar primus successor præcepto illi parere tenebatur: idem, dum adhuc viveret, bona inter nuptas filias divisit, & prædium, de quo contenditur, in quartam inter alia cooptavit; huc usque sane recte, sed dum ex bonis in quartam selectis, donationem fecit, & alium majoratum instituit, irritum quidem disposuit, idque sacri Senatus sententia fol. 54. evictum est, jussumque, ut quarta à Maria, & nepote Gasparis retraheretur, restitueturque Beatrici majoratum, cui quarta adjicienda erat possidenti, idque nova divisione instituta actum est.

At ex parte Actoris objicitur Senatus sen- 151
tentia divisionem à Gaspare factam ratam habitam,ideoque à judice repeti non potuisse. Hoc quidem verum agnosco, sed non perpetuo verum, possunt enim partes sententiæ renuntiare,*ex text formali in L si Judex ff. de minorib. Gabriel Pereir. decis. 62. n. 2.* Sic etiam siquis peremptoriam ex re judicata objiciat proxime,*Ord. in 3.tit.20.§.15.* & patiatur adversarium de injustitia sententiæ opponere.Judex licet inferior,qui de exceptione cognoscit, & de meritis objectæ

senten-

sententiæ cognoscet, *Gam. decis.* 357. *alias* 354. in causa Donæ Philippæ *n.* 1. *&* 2. ergo licet divisio à Gaspare inter filias facta Senatus sententia confirmata sit, dum judex ad aliam divisionem properavit, scientibus, & non repugnantibus iis, qui talem divisionem impugnare possent, utique sententiæ renuntiasse videntur.

152 Sed replicabitur, istã renuntiatio sequentibus in maioratu successoribus præjudicium inferre non posset, cum enim Gaspar prædium, de quo agimus, in quartam cooptasset, sententiaque justum sit, ut dicta quarta maioratui injungeretur, successoribus ex dicta sententia jus acquisitum est, *argumento text. in L. quod res Cod. de don quæ sub modo*, & hoc jus illis auferri non potest.

153 Augetur difficultas ex eo quod supra in 1. supposito vers. quod ex eo dictum superest. Quinto: Posse testatorem de hæredis rebus disponere, illasque legare, unde quarta successorem, non ipsorum sed institutoris judicio, maioratui unitæ censendæ sint, at rerum legatarum dominium à dicta hæreditate, statim recta via ab eo, qui legavit, ad eũ cui legata sunt, transit, *L. à Titio ff. de furtis.* Ergo quarta bonorum Gasparis, cum non ipsius, sed primi institutoris judicio, maioratui annexa sit, statim à morte Gasparis ipsi maioratui unita censenda est, illiusque dominium ad maioratus successores transiisse: hujus instantiæ vim ut declinemus, advertendum est, *regulam textus in L. à Titio limitari*, quando testator hæredis rem legat, *Gomes ubi supra*: ratio est, quia cum nemo plus juris in alium transferre possit, quam in se habet, *L. nemo plus juris ff. de reg jur. L. traditio* 20 § *quoties ff. de acquirend. rerum dom.* Ita cum dominium rerum hæredis penes testatorem 6. non sit, illud transmitere non potest, ex quo sequitur dictum prædium adhuc maioratui adjectum non esse, & ita successoribus nullum illatum præjudicium, nullum enim jus illis in tali prædio adhuc acquisitum est, sed tantum in tertia, ex quo sequitur realem actionem actori non competere, utpote qui dominium nactus non sit ex regio, *text. in L. in rem actio* 21. *ff. de oblig. & actionib.*

154 Sed quia testatoris voluntas pro lege est, possetne Judex divisionis bona, quæ testator in tertiam sepositi, alicui ex hæredibus adjudicare, ipsam vero tertiam ex alis bonis hæreditariis repleret: hanc quæstionem in terminis disputat *Gam. decis.* 48 & affirmative resolvit videndus omnino, & licet *Flores* ibidem cum aliis, quos laudat, decisionem illam dicat penitus falsam, adjicit statim, sustinendam ex cursu longissimi temporis, at vero ab ultima divisione ad præsens plus sexaginta annis intercedit.

Deinde *Flores* eis, quos sequitur, præsupponit, rem à testatore maioratui designatam: hoc sane casu infirmior mihi foret *Gamæ* authoritas ob jus sequentibus acquisitum, & in nostro casu Gaspar neutiquam quartam maioratui univit, cui unienda erat, sed alii designavit. 155

Tandem Beatrix, quæ sententiam reportavit, tertiam, sive quartam decisione à Judice facta accepit, sic & alii successores, quibus minor esset diligentia in iis, quæ sibi deberentur prosequendis, & nihilominus tacuerunt. Ergo hujus silentii nullam aliam causam præsumo, quam quartæ justa, & integra satisfactio, quod si factum non sit, ostendat Actor, & id patet, quod ad perfectam quartæ satisfactionem defecerit. 156

Hæc me cogunt sapientissimis Dominis tertio, & quarto loco deliberantibus accedere, Reumque absolvere, justeque judicatũ confirmare; nec me movet, quod in alia causa ab Actore misero alii homini mota, actor ipse obtinuerit, legibus enim, & non exemplis judicamus, & summus ille, omnipotensque Judex, qui cum acceperit tempus, mortuos juxta vivos ad calculum vocabit justitias judicaturus, sententiarum justitiam, vel in justitiam ipse discernet. Ulyssipone 5. Januarii 1679. Pereyra. 157

Quid autem dicendum sit in patre filii supposiiti eo sciente aut ignorante, & an possit in illo facere maioratum, aut erectionem, & cui, & quibus competat successio, maioratus sic factus, & erectus à patre subposito, & in filium subpesitum, & an sit valida, vel non erectio maioratus, late tractat *Caranc. de part suppositi. cap. 5. numer. 13. & seqq. & signanter numer.* 32. de qua re vide etiam *Portugal de donat. Reg. 2. tom. p. 3. cap. 33. num. 8. & seqq. Roxas de incomp. maior. p. 2. cap. 4. per tot. & dicemus infra.* 158

CAP.

## CAP. IV.

## Maioratus quibus in rebus institui possit, & quæ bona institutio facta de omnibus bonis comprehendat.

### *SUMMARIUM.*

1 *Quando maioratus institutor fecit maioratum de omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, movētibus, & summovētibus, an omnia bona comprehendantur, & quæ: & nn seqq.*

44 *Maioratus an possit constitui in rebus mobilibus.*

45 *Maioratus an possit erigi de nominibus debitorum.*

46 *Maioratus an possit fieri in pecunia, & in annuis redditibus: & n. 12.*

48 *Si testator inquit quod facit maioratum de omnibus suis immobilibus, an in hac dispositione comprehēdantur annui redditus, vel census: & nn. seqq.*

59 *Maioratus an possit fieri in præjudicium creditorum, & de bonis hæredis, aut alienis, & quid si in illis habet partem, ubi etiam an possit legare rem alienam: & nn. seqq.*

76 *Maioratus an & quādo possit facere pater de legitima filii, & validus sit: & nn. seqq.*

90 *Maioratus an possit constitui de re emphyteutica: & nn. seqq.*

166 *Maioratus an possit cōstitui de re feudali.*

167 *Maioratus an possit fieri de re subjecta oneri Missarum.*

168 *Quid in bonis donatis pro se, & filiis à Rege, vel à particulari, & in bonis extra Regnum.*

169 *Officium an possit vinculari ad maioratum: & n. 65. & 66.*

170 *Possessor officii an possit de illo disponere absque facultate Regia: & num. 61. 62 63. & 64.*

177 *Commendæ concessæ ad vitas cum facultate libera nominandi, an possint vinculari, & nominari in successores maioratus per substitutiones: & nn. seqq.*

332 *In Regno Castellæ sunt commendæ maioratus legales, & secundum normas maioratus in illis succeditur regulariter, & quid in nostro Portugalliæ Regno: & n 71.*

333 *An in patronatu Regio, aut bonis Coronæ, aut commendæ illius possint succedere descendentes illegitimi, licet sint legitimi, & quando dicatur de Corona, & pertineat cognitio ad illam.*

334 *In Regno Portugalliæ cōmenda de Sousa est maioratus, & an in aliis Regnis sint commendæ maioratus: & n. 335.*

335 *Bona Coronæ an, & quando possint vinculari ad maioratum: num. 336. & 337. 368. & n. 369 explicatur n 119.*

339 *Si Villa aut oppidum Coronæ fuit emptum, potest vinculari: & nn seqq Ubi etiam de multis conjecturis inducentibus maioratum.*

368 *De maioratibus bonorum Coronæ, & secundum Legem mentalem & quod dici possint maioratus legales, & quomodo.*

369 *Si Princeps concedat bona coronæ non obstante Lege mentali, succeditur in bonis per regulas maioratus patrimonialis.*

370 *Revocata Lege mentali per Principis rescriptū, ut potest, successio est redacta ad jus commune, secundum quod tunc succeditur, & per ejus regulas.*

372 *Maioratus an possit institui de fortaliciis Indiæ, & quando, & quomodo vinculari possint: & nn seqq.*

389 *Maioratus an possit fieri in melioramētis bonorum.*

390 *Maioratus an possit fieri in servis: & nn seqq.*

401 *Maioratus an possit erigi in bonis apud hostes, & in præcedentia.*

403 *Et quid in bonis alienis: & nn seqq.*

415 *Maioratus si fuerit erectus in domo, quæ ignorāte fundatore est destructa, an in area teneat, & quid si deficiant vocati, & quando censeatur erectus in sepultura: & nn seqq.*

438 *Maioratus an, & quando fieri possit de tertia & legitimis renūciatis à Monasterio cum clausula, ut succederet aliqua persona & nn seqq.*

506 *An maioratus possit erigi in navi, aut navigio.*

QUando maioratus institutor fecit maioratum de omnibus bonis suis, mobilibus, & immobilibus, moventibus, & summoventibus, omnia bona vinculata censentur absque limitatione, aut restrictione aliqua omnes res suæ in vinculum comprehenduntur, ut est *text. in L. hæres meus* 98. § *uxori meæ ff. leg.* 3. ibi: *Omne do Leg. Trebacii hæc verba, quod ejus causa factum, paratum quæ est ad aurum, & argentum dum taxat ferri putat. Proculus ad omnia, quod & verum est, L. Julianus* 66 *ff. eod tit.* quæ loquitur in fideicōmisso *L.* 1. § 1. *L. ea tantum adje-*

*adjectio ff. leg.* 3. ubi communiter *DD.* & quare *Bart. in L.* 2. *ff. de novat. Surd. conſ.* 31. *num.*27. *& conſ.*73 *n*62. *& ſeqq.* late *Caſtill. lib.* 4. *contr. cap.* 41. *per tot.* & maxime *numer.*8. *&* 9. *Gratian. cap.*98. in noſtris terminis *Olea de ceſſ. jur. & act. tit.*3 *q.*10. *n.*23. Atque ita omnia bona cujuſcunque generis, in vinculum comprehenduntur, & tam mobilia, quam immobilia, & ejus fructus, & acceſſiones producti ex eiſdem rebus vinculatis augent relicta ad maioratum conſtituendum, & ex eorum pretio, & æſtimatione, debent emi bona ſtabilia ad vinculum, quia fructus, & acceſſiones, augent hæreditatem, & non debent diverſo jure cenſeri, quam bona quibus accedunt, vel ex quibus proveniunt, *L. ſi convenerit §. ſi nuda ff. pign. act. L. fructus, L. in fundo, L. ex diverſo ff. de rei-vendic. Valenz. conſ.*55. *n.*91. *Gratian. forenſ. cap.*649. *n.*19. *Cop. de fruct. lib.* 2. *tit.*1. *cap.*1. *Leotard de uſur. q.*12. *num.*4. *& q.*19. *num.*2. Et penſiones terrarum, etiam loco fructuum ſuccedunt, *L. defuncta ff. ſolut. matr. Valenz. ubi ſupra n.* 102. Atque ita manent vinculata, omniaque inventa fuere tempore mortis, ad cujus exiſtentiam refertur vinculi effectus ſolutis debitis, & aliis obligationibus inſtitutoris, ut ex multis diximus *tom.*4. *in comment. ad Ord. ad tit.*50 *pag.*188. *num.*4. & ſi nihil inventum fuerit, nihil vinculatum extat ad *text in L. quod Sabinus §. unde idem ff. de hæredib. inſt.* ibi: *Ex reliqua parte hæres eſto, quoniam cum nihil reliquum ſit, ex nulla parte hæres inſtitutus eſt, Caren. reſol.*91 *num.*2. *Caſtill. lib.*4. *contr. cap.*16. *nuu.*20. Sed bona inventa poſt mortem mobilia, & immobilia, manent vinculo ſubjecta, immobilia cum vinculo, & mobilia in æſtimatione, ad hoc ut ſtatim vendantur, & bona ſtabilia emantur, & ad hoc habet ſucceſſor reivendicationis actionem contra poſſeſſorem ex fundamentis, & rationibus, de quibus in ſpecie, *Caſtill. Cald & aliis quos Ego ipſe* refero *Forenſ. reſol tom* 2 *in nova impreſſ. cap.*9. *num.*33. & in fortioribus terminis ita fuit judicatum in caſu ſequenti.

No feito do Dezembargador Frutuoſo de Campos Barreto, com os herdeiros de Gregorio Maſcarenhas Homem, Eſcrivaõ Antonio Tavares, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſto o feito, convem a ſaber, libello dos AA. oppoſiçaõ do oppoente, contrariedade dos Reos, papeis juntos, provas dadas. Moſtra-ſe, que falecendo o Doutor Affonſo Garcia Tinoco em* 30. *dias de Agoſto de* 1622. *em o teſtamento com que faleceo fol.*19. *inſtituio por ſeu univerſal herdeiro ao Doutor Luiz Mendes Barreto, e que avinculou os bens em vinculo de morgado com obrigaçaõ de doze Miſſas em a Capella que tinha inſtituido em a herdade de Borras, que por legitima ſucceſſaõ vinha a elle dito Luiz Mendes, depois de ſua morte, por elle ſer o parente mais chegado, a quem a dita Capella pertence, para o que diſſe, que tomava a ſua herdade, que tinha na Villa de Fronteira, aonde chamavaõ a Corte dos Mellos, e hũa horta, que tinha na dita Villa, que faziaõ ambas as ditas propriedades em Capella, ou morgado, a qual haveria o Doutor Luiz Mendes Barreto, e por ſua morte ſeu filho macho mais velho, e que naõ tendo filho, viria á femea mais velha, e que em falta de filhos viria ao parente mais chegado, e que eſta ſua Capella andaria unida com a que o dito ſeu pay tinha inſtituido na dita herdade, e corte, e do que diſſeſſe, que ſe eſtimava, ſe compraſſem dous quinhoens, que havia na dita herdade de hortas, de hum dos quaes era ſenhor o dito Luiz Mendes Barreto, e do outro Luiz Gonçalves Moniz, e que ſe fizeſſe muito pelo comprar, e que quando naõ pudeſſe, lembrava que na viſinhança da dita ſua herdade eſtava hũa vinha, a qual chamavaõ dos Teureiros, e que partem ambas rego por rego, o qual herdeiro fizeſſe muito pela haver para a Capella, e na fórma do dito teſtamento diz, que ſeu herdeiro lhe faça cumprir o dito teſtamento, e que finalmente lhe deixa todos os mais ſeus bens que lhe pertençaõ, e ſe moſtra, q̃ por falecimento do dito inſtituidor ſuccedeo na dita Capella o dito Luiz Mendes Barreto, e cobrou todos os bens moveis, e de raiz, e dinheiro que delle ficou, e por ſua morte tomou poſſe da dita Capella, e de todos os bens que ficaraõ do dito Doutor Luiz Mendes Barreto Dona Sebaſtiana do Camera ſua filha, mulher que foy do Reo, e ſendo ella falecida, elle ficou tambem em poſſe de todos os bens, como cabeça de caſal, e por ella o deixar inſtituido por herdeiro, e por a ſucceſſaõ do dito morgado ſe deferir á Authora Dona Iſabel Barreta filha natural do dito Luiz Mendes Barreto, com quem o A. eſtá caſado, o Reo lhe largou o dito morgado, e os bens de raiz que ficaraõ do dito Doutor Affonſo Gracia Tinoco, reconhecẽdoa por legitima ſucceſſora, e agora neſtes autos tem os AA. dado libello contra o R. em que lhe pedem todos os mais bens moveis, e dinheiro que ficou do dito Affonſo Gracia confuſamente, que todos eſtaõ vinculados ao dito morgado, e que as palavras da inſtituiçaõ comprehendem a todos, e ſe moſtra, que tendo os AA. offerecido libello contra o R. veyo o oppoente Manoel da Fonſeca Tinoco com os artigos de oppoſiçaõ fol.* 255. *para effeito de excluir aos AA. e R. da dita auçaõ, allegan-*

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he aggravado o aggravante pelos Dezembargadores do Porto; cumpraſe ſua ſentença por ſeus fundamentos, e pelo mais dos autos, com declaraçaõ q̃ na execuçaõ ſerãõ perguntados os cazeiros dos Caſaes, para ſe averiguar quaes eraõ os que poſſuhia Alvaro Ferreira quando morreo, porque a eſtimaçaõ dos que poſſuhia he a que ſe ha de annexar pela parte que pertencer ao dito morgado. E condẽnaõ ao aggravante nas cuſtas dos autos. Lisboa 18. de Agoſto de 1667. Sylva e Souſa. Rego. Portugal. Da Cruz Freire.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus. 93

Acquievit Actor reſtitutioni faciendæ, Reus autem condemnatus ad reponendas duas partes tertiæ, quas poſſeſſores maioratus tenentur maioratui relinquere, renuit acquieſcere; tam longum diſcrimen eſt inter exigere, & ſolvere, ad illud facile aperitur manus, ad hoc perque dure digitis arctatur.

De duobus conqueritur; inciviliter in uno, & altero, in primo aſſerit teneri tantũ pro portione hæreditaria, & ita cantat ſentẽtia noſtra in append. magno fol. 182. at tunc conſiderabamus partitionem factam, vel faciẽdam, bonaque æqualiter inter cohæredes diviſa, vel dividenda. Modo convincitur quod dictus Reus cum ſe vidiſſet condẽnatum per ſententiam d. fol. anno 1664. die decima Januarii intendendo fraudem ſententiæ facere ſub umbra illius verbi, pro portione hæreditaria, inventarium fecit, de quo in appendice 2. in menſe Decembris anno 1665. in quo facta invenitur diviſio de bonis ſolummodo allodialibus, relinquendo ſibi prædictus Reus ex induſtria emphyteuſes, tanquam quid præcipuum: quæ cum per 94

æstimationem'divisionem recipant,de earum æstimatione sunt deducendæ duæ partes tertiæ ex vi nostræ sententiæ, & cum Reus in emphyteusium possessione modo sit, bene tanquam possessor in liquidatione sententiæ condemnatur.

95 Quoad secundam querimoniam etiam succumbit, quia quidquid non possit emphyteusis, nec ad vitas, nec in perpetuum in maioratu vinculari sine directi domini consensu, quia vertitur vinculum in ejus præjudicium; hic non agitur de vinculandis duabus partibus tertiæ emphyteusium, sed de separanda æstimatione earum, ut ex illo pretio bona aliodialia emantur, quæ vinculantur, quod non est in directi domini præjudicium, immo est adimplere dispositionē institutoris,cui se successores submittunt, quando acceptant successionem maioratus; teneat igitur sententia inferioris Senatus. Ulyssipone 10. Junii 1667. Sylva & Sousa.

96 Non inficiatur R. ædes, & casalia à parente,&uxore Mariana habuisse,immo in reconventione in appenso magno fol. 41. vers. casalia vendicavit, ut à prædictis possessa tanquam libera, unde dubitandum non est faciendam æstimationem illorum bonorum,ad hoc ut tertia deducatur, & ex illa valor duarum partium, ut maioratui adjungatur, sed an non tantum ædium, sed & casalium fieri debeat æstimatio respectu Alvari, & an respectu Marianæ fieri etiam debeat omnium bonorum dubium est, quoniam non bene constat, quæ, & qualia bona Alvarus possidebat tempore mortis (quod ad ineundam tertiæ rationem attendendum est ex *Valasc. de partit.cap.*19 *à num.*6.*& cap.*23.*num.*21.*vers. quod si*) quidquid sit respectu obligationis desideratæ in institutione maioratus in appendice parvo fol. 5. solum enim probatum invenio, & etiam non liquide,quod Alvarus possidebat tempore obitus ædes, de quibus agitur, nullus vero testis deponit de casalibus hujus controversiæ, quare dicendum arbitror tertiam Alvari tantum æstimandam respectu valoris ædium, & ex ea duas partes maioratui annexandas,non vero respectu casalium, siquidem non probantur ab Alvaro possessa tempore mortis, & verum est Actori fideicommissario incumbere onus probandi rem fuisse in bonis defuncti tempore mortis, *Decian.cons.*76. *num.*1. *lib.*3. *Peregrin.de fideicom.art.*35.*num.*24.*& art.*44. *à numer.*1. *Fontal.de pact.claus.*4.*gloss.*9.*p.*5.*numer.*137. *& seqq Ramon.cons.*46 *num* 26.*Maresc.lib.* 1.*cap.*12.*num.*13 *& seqq. Mier. de maiorat.p.* 4. *q.* 20. *numer.*2. revocata in hac parte sententia.

Demptis duabus partibus æstimationis ædium, tertiæ partis residuum æstimationis ædium æstimationi casalium est adjungendum, & totius acervi divisio faciēda est inter hæredes Didaci, & Marianam, siquidem non probatur matrimonium inter eos contractum per dotem, & arrhas, & sic præsumatur contractum juxta Regni consuetudinem, & ex medietate tangente Marianam, tertiæ ratio ineunda erit, & ex illa duæ partes maioratui applicandæ, & in hunc modum Senatus sententiam declarandam, confirmandam, & revocandam dicere. Ulyssipone 20. Junii 1667. Portugal.

Sola dubitatio nunc à nobis decidenda,cætera enim jam evicta sunt per sapientissimos Dominos, an in vinculo duarum partium tertiæ ab Alvaro relictæ ineunda sit ratio casalium, de quibus in sententia fol. 61. ad augendam æstimationem illius, eo quod maioratui vinculanda est ex clausula institutionis, & præcepto sententiæ, de cujus liquidatione agitur, placetque in hoc puncto proximioribus Dominis sapientissimis non esse casalia attendenda, eo quod non probatur in app. 1. ab Alvaro tempore mortis possessa fuisse, secundum quod tertiæ æstimatio regulanda est, & sane dubitabile hoc mihi videtur, quoniam ex testibus à fol.47. in d app. constat,aliqua casalia mansisse illius obitu, & licet non declarent qualia sunt, tamen testis fol. 49. exprimit ipsum pensiones Casalis do Sotelo exegisse,apparetque etiam filiam Marianam ejus morte Inventariū bonorum non fecisse ,ut fatetur fol.40. quo fit ut absolute, & certo affirmari nō possit,nulla casalia illius morte mansisse,eo maxime considerata fraude à R. commisla, dum post sententiam inventarium confecit, & partitiones procuravit, ut eleganter considerat primus Dominus sapientissimus, & licet ad A. spectabat in liquidatione, quam formavit, probare quæ, & qualia bona morte Alvari manserunt, *ex Ord.lib.*3 *tit.*66.§.3.*& tit.*86.§.2. *Altograd. tom.*2.*cons.*2.*num.*19.47.*&* 54. Tamen cum mors Alvari sit antiqua, & ob omissionem inventarii res maneat obscura, & præsumptio sit contra illum non conficientem inventarium, non audeo tam absolute in hoc sententiam inferioris Senatus emendare, quare juberem,ut in executione sententiæ à possessoribus casalium, seu illorum colonis informatio sumatur,à quibus possessa fuerunt,quo forsitan notitiam dabunt, an Alvarus illa possedit, & ejus morte manserunt, & si non fuerint omnia, saltem de aliquibus claritas invenietur, ut præcepto institutoris maioratus, & sententiæ Senatus satisfieri possit, & cum

cum hac declaratione illam Senatus inferioris ſuper liquidationem prolatam confirmarem. Ulyſſipone 12. Auguſti 1667. Da Cruz Freyre.

Cum primo Domino convenio. Rego.

99 Et judicatum fuit in cauſa Didaci Soares, cum Franciſco de Brito Freyre, apud Notarium Emmanuelem Soares Ribeiro, quod emphyteuſis perpetua vinculari potuerat, & comprehendebatur in vinculo generali omnium bonorum, ut conſtat ex ſententia ſequenti.

100 No feito de aggravo ordinario de Diogo Soares da Veiga do Avellar, e Taveira, em que he parte aggravado Franciſco de Brito Freire, Eſcrivao Manoel Soares Ribeiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Aggravado he o aggravante pelo Corregedor do Civel da Corte, em abſolver o R. revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e em como ſe prova, que o A. he legitimo ſucceſſor, e poſſuidor do morgado, que inſtituio Iſabel de Avelar, em que tambem ficou incluido o prazo de que ſe trata, por ter a inſtituidora a poſſe, e util dominio delle, e ſerem as palavras com que fez o dito vinculo, muito amplas, e univerſaes, e que por ſua generalidade comprehendiaõ tambem os bẽs emphyteuticos, cuja diſpoſiçaõ por ſer feita em cõtrato entre vivos, ficou irrevogavel, de ſorte que a inſtituidora a não podia mudar, nem alterar, nem ſe moſtra concludentemente, que o fizeſſe, antes as clauſulas do teſtamento bem conſideradas confirmaõ, e corroboraõ ſer a vontade da inſtituidora comprehender no dito morgado o dito prazo, por chamar para elle o poſſuidor do morgado, por nome appellativo, e naõ por nome proprio. Por tanto condemnaõ ao R. a que largue ao A. a quinta, e prazo pedido com os frutos da lide conteſtada em diante. E pague outroſim as cuſtas em que tambem o condemnaõ. Liſboa, e de Junho 4. de 1683. Sampayo. Almeida. Lacerda. Lopes.*

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Sub illa generali omnium bonorum appellatione, de qua meminit inſtitutrix in inſtrumento fol. 14. verſ. bona emphyteutica comprehendi indubium mihi videtur, *per text. in L. bonorum 49. ibi, vel quæ ſuperficiaria ſunt ff. de verb. ſignif. Cald. de poteſt. eligend. cap. 4. num. 1. verſ. de extinct. emphyt. cap. 5. num. 67. & cap. 16. numer. 65. Benedict. Ægid. in L. ex hoc jure part. 1. cap. 9. numer. 17. Auguſt. Barboſ. de appellat. verb. ſign appellativo 35. num. 14.* Ubi etiam quod veniunt in generali bonorum obligatione, & hypotheca, ergo ſimiliter in generali vinculo maioratus. Quod etiam ex eo confirmatur, quia in generali fideicõmiſſo bona comprehendi emphyteutica, cõmunis eſt DD. reſolutio, *Valaſc. de jur. emphyt quæſt. 48. Mantic de conjectur. lib. 7. tit. 9. numer. 5. Molin. de juſt. diſp. 479. numer. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 630 ex numer. 4. Peregrin. de fideicom. art. 6. n. 29. Pinheir. de emphyt. diſp. 5. n. 18.*

Neque officit diſpoſitio teſtamentaria fol. 102 26. verſ. quam Reus ſeu ejus patronus in ſuum ſenſum, & certe non immerito trahere intendit; quaſi quod diverſimodè ibidem iuſtitutrix diſponere voluiſſet de rebus, quas expreſſit, inter quas de emphyteuſi etiam, de qua agitur, pro cujus intelligentia ego non contemnendam addo conſiderationem, quia teſtatrix, quæ in maioratus inſtitutione nepotem primo vocaverat, totamque ejus deſcendentiam, & in deſcendentium defectum ejuſdem teſtatricis tranſverſales, ut patet ex inſtitutione d. fol. 14. Attamen in teſtamẽto, in quo eum ad emphyteutica bona vocavit, eo abſque ſobole decedente, ſucceſſorem, quem in inſtitutione nominaverat, ad eadem bona vocavit, ea adhibita declaratione, ut ejuſdem nepotis mater nunquam in eis ſuccederet. Ex quo evidentiſſimè colligi videtur non fuiſſe de ejus mente prædicta emphyteutica bona in maioratus vinculo comprehendere, vel ſaltem comprehenſa eſſe non intellexiſſe; ſi namque intellexiſſet, neque opus erat tranſverſalem ſucceſſorem vocare, qui jam vocatus in inſtitutione fuerat, neque nepotis ſui matrem excludere, quæ etiam non excluſa minimè in maioratu ſuccedere poſſet, tanquam perſona à ſanguine inſtitutricis penitus aliena.

Qua tamen conſideratione non obſtante, 103 verius eſt dicere, inſtitutricem jam emphyteuſim in generalitate inſtitutionis comprehendiſſe, quam de omni ſuo patrimonio cõpoſuit, quod tempore mortis inveniretur reſervando ſolum ad teſtandum ſummam illam trecentorum cruciatorum; atque ideo non curamus de eo, quod ipſa poſtea intellexit, ſed de eo quod verè egit, quando inſtitutionem condidit; quam ſane inſtitutionem inter vivos per contractum conditam, & à notario ſtipulatam fol. 24. minime quidem revocare, aut modificare poterat, juxta *text. in L perfecta donatio Cod de donat. quæ ſub modo*, quem in maioratibus, & vinculis inter vivos ordinatis communiter intelligunt DD. ut ex *Gom. Avendan. Molin. Mier. Alvarad. Matienç. Angul.* & aliis tradit *Caſtilb. quotid. controverſ lib 3 cap. 10 numer 5 & 6.* Qui notabiliter ex eodem *Mier.* ait *numer. 8.*

quod

quod sicut post maioratum per contractum irrevocabiliter, novas conditiones instituto adjicere non potest, ita nec alia bona subrogare in locum illorum, quæ à principio cõprehensa sunt; ergo à fortiori bona expresse comprehensa omnino demere à vinculo, ut tamquam libera relinquat, haud ei licebat.

Ulterius si cum judicio dispositio inspiciatur testamentaria, evidenter colligitur institutricem, quæ in casum quo nepos absque sobole decessisset; maioratus successorem vocavit, non expresso nomine proprio, sed expressa tantum qualitate successoris maioratus fol. 26. vers. aperte voluisse emphyteusim ipsi maioratui annectere, neque à maioratu separatam incedere.

104 Jam ergo insurgit quæstio alia, quam principaliter advocati disputarunt, nempe an emphyteusis ipsa maioratui subjici ab institutrice potuisset. Ego certe in hac tritissima, nimisque controversa quæstione, quam aliquoties jam in judicando disputavi, ejus sem-
58 per ac constanter fuit opinionis, ut dicerem emphyteusim sive sit nominationis, sive perpetua, maioratui non posse subjici, propter ingentia, & irreparabilia nòcumenta, quæ Domino directo inde obveniunt, & ita in effectu non semel tantum judicavi, cum jurisprudentissimis sodalibus secundum sententiam *Phæb. dec. 5 per tot. Pereir. dec 26. ex n. 2. Britto de locato cap potuit § 2 numer. 54 ad finem*, ubi quod ita passim in Senatu judicatur, *Carvalh cap. Raynaldus part. 2. num 315. Pinheir. de emphyt part. 2 disp. 4. à num. 144.* latissime *Salzed. de leg polit. lib. 2. cap. 2 à n. 15. Addentes ad Molin de primog. lib. 2. cap. 10. numer. 71. & 72.* Apud quos, plures alii, qui omnes, & argumentis, & authoritatibus adversariorum aflatim satisfaciunt.

Si tamen ad ea, quibus hæc nititur sentẽtia, respiciamus argumenta, omnia in præjudicio directi dominiposita inveniemus, unde, & consequenter nemo præter Dominum ipsum illa opponere potest, secundum vulgarissima juris nostri rudimenta, & ita quoties casus accidit, nullitas vinculi maioratus in rebus emphyteuticis constituti, non nisi petente Domino judicari solet, cujus tantum interest. Unde cum in nostra hypothesi directus Dominus non petat, haud quaquam licet super jure ei solum competente sentẽtiam nostram fundare.

106 Ulterius illud apud nostros exploratum est, quod si maioratus, seu Capella instituatur ex omnibus bonis, & in patrimonio defuncti existat emphyteusis, licet illa maioratui applicari, & annecti non possit, tamen institutor maioratus hæredem, seu successorem, cui emphyteusim reliquit, gravare potest, ut ipsam vendat, intra certum, & præfinitum tempus, & redactam pecuniam ex vẽditione in bona libera, & allodialia convertat, quæ uniantur, & annectantur maioratui, seu Capellæ sicut reliqua bona libera, ut his ipsis verbis tradit *Cald. de extinction. emphyt. cap. 10. numer. 20. vers. pari etiam ratione.* Cui addit *Castilh. quotid. controvers. lib. 4. cap. 13. numer. 19. & 20.* Idem futurum, & fieri debere, si hæres, vel successor nominatim non fuit gravatus vendere, sufficit namque constare, instituentem omnia bona maioratui annectere voluisse, ad hoc ut successor ea vendere teneatur, quæ maioratui ipsi subjecta esse non possint, & pretium in alia convertere. Et certe ita quotidie apud nos practicatur, & observatur quotidie, quippe nostri Provisores, qui in executione ultimarum voluntatum operam impendunt, successores ad venditionem bonorum emphyteuticalium cogunt, ut pretium in aliorum emptionem convertant, quando testatores totum patrimonium maioratui, aut Capellæ subjecerunt. Et id ipsum Senatus noster incunctanter, & indubitanter probare solet.

Ex his ergo mihi placet, Reum condemnare, ut villam Actori cum fructibus à lite contestata restituat, qui eam tanquam maioratui ab Elisabetha condito unitam habeat, quousque vendere ad instantiam domini directi cogatur, ad quod eidem domino jus reservandum esse constituo; quam si vendat, pretium in bona libera præfato maioratui subjicienda convertat, sic, & cum his declarationibus revocata Curialis Prætoris sentẽtia. Ulyssipone 15. Januarii 1683. Lopes.

De validitate maioratus ab Elisabetha instituti ab aggravato non dubitatur, nec quod aggravanti talis pertineat maioratus, potest dubitari, & sic præsens disceptatio sequentem tantummodo respicit quæstionem, an institutio præd maioratus fol. 15. perpetuam emphyteusim de Melide vocatam comprehendat, & tali pertineat maioratui, & aggravanti, ut illius successori sit jus ad illam ab aggravato reivendicandam. In tali maioratus institutione d. fol. 15. non invenitur, quod præd. Elisabetha aliquam fecisset declarationem bonorum, ex quibus talem instituebat maioratum, & solum sequenti loquitur modo: *Que faz morgado de toda sua fazenda, excepto trezentos cruzados, que toma para testar por sua alma.*

Ex quibus verbis sic prolatis, perneceſſe dicendum venit talem institutionem omnia institutricis bona tam mobilia, quam immobilia, & etiam actiones comprehendere, nam ver-

verbum ( Bona ) omne comprehendit *L. Princeps* 21. *L. bonorum* 49. *ff. de bonor. signif.* exornat *Tiraq. in L. si unquam verbo bona, Cod. de revoc. donat. ex L. si legatus* 30. §. 1. *ff. ad S. C. Trebull.* Nec ad hunc effectum necessarium erit, ut tali verbo (*Bens*) adjiciatur aliquod verbum, aut dictionem universalem, scilicet omnia, vel universa, quia tale verbum per se tantum ex proprietate ipsius omne universaliter compreheudit, *d. L. si legatus* §. 1. *L. nam quod* 14. §. *ult. ff. ad S. C. Trebell. L. uxori* 24. *ff. usufr. legat.* explicat *Pinel. part.* 1. *rubr. numer.* 2. *&* 6. *Cod. de bon. mater.* Si vero in tali dispositione facta sit mentio circa bona mobilia, aut immobilia, & constituens, seu dotans dicat, quod ex bonis suis mobilibus, seu immobilibus maioratum instituit, seu illa alicui donat, actiones in tali institutione, seu donatione non comprehenduntur, *L. quam Tuberonis ff. de peculio. L. à Divo Pio* §. *in venditione de re judicata*, cum pluribus citatis *à Giurb. ad consuet. Messan cap.* 1. *gloss.* 2. *n.* 6.

108 Quo sic considerato, nunc quærendum venit, an appellatione omnium bonorum emphyteusis veniat; & affirmativè esse respondendum asserunt, *Valasc. consult.* 188. *n.* 27. *Cald. Pereir. de potest. eligendi lib.* 3. *cap.* 17 *numer* 27. *ad fin.* & probatur ex *text. in L.* 1. §. *emphyteuticarium ff. de rebus eorum, L. etiam C præd. min.* & confert *Ord. lib.* 4. *tit.* 96. §. 23. Etsi quæratur, utrum emphyteusis maioratui possit uniri, secure respondebitur, emphyteusim perpetuam, ut est ista, de qua agitur, posse etiam irrequisito directo domino, sed non ita erit dicendum in emphyteusi ad vitas concessa, agunt *Pereir. dec.* 26. *num.* 7. ubi judicatum erit, *Cabed. dec.* 130. *Gam. dec.* 70. *nbi Flor.* cum ab eo citatis, *Phæb. part.* 1. *dec* 5. *Brito in cap. potuit. de locato* §. 2. *num.* 54 *Carvalh in cap. Raynald. de testamẽtis part.* 2 *num.* 315. *Mol. de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 71. *& seqq.* Quod in ea ratione juste nititur, quia talis perpetua emphyteusis res patrimonialis, & hæreditaria reputatur ex *Ord. d. tit.* 96. §. 23. *& tit.* 97. §. 2. *Phæb. part.* 1 *dec.* 5. *numer.* 3. *vers. & emphyteusis, Pereir. dec.* 26. *numer.* 2. *Cab. part.* 1. *dec.* 107. *numer.* 2. *Cald. de nom. quæst.* 23 *numer.* 11. *& quæst.* 24. *num.* 20. *& de emptione cap.* 27. *numer.* 36. *Pinheir. de cens. part.* 2. *disp.* 5. *sect.* 5. *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 50. *num.* 5. *& cons.* 57. *& de part. cap.* 25. *&* 26. *n.* 2. *&* 14.

109 Cum vero sub tali maioratus institutione omnia institutricis comprehendantur bona, & perpetua emphyteusis maioratui possit uniri, & tandem instituens maioratum simpliciter, & non causa onerosa, illum ad libitum possit revocare, cum ex natura ipsius maioratus veniat, quod revocabilis sit, ut in jure adeo cognitum est, agit *Roxas de incompatibilitate part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 23. *& seqq.* Si quæratur, an ex testamentaria dispositione ipsius institutricis fol. 26. vers. possit deduci, quod illi voluntas non fuit, hanc perpetuam emphyteusim, de qua agimus, tali maioratui annexandi, immo ad illam ipsummet nepotẽ ad maioratum primo loco vocatum nominare, illique ultra bona maioratus talem relinquere emphyteusim, neque mens mea ausa est respondere, nam ultra ea, quæ præcedens, & amantissimus Dominus circa hanc materiam docte expendit, minus bene, meo videri, potest dubitari, an institutrici tempore hujus maioratus institutionis voluntas foret, hanc emphyteusim maioratui annexandi, & si verba institutionis mature penderentur, ex illis clare deducitur, quod illi talis fuit voluntas, nam verba servire debent intentioni, & non intentio verbis, *L. non aliter ff leg.* 3. *Tiraq. in L. si unquam verbo* ( *libertis* ) *numer.* 47. *C. de revocand. donat.* animique voluntatem verba demonstrant, *L. Labeo* §. *idem Tubero ff. supell. legat.* Et ubi verba sunt clara, neque voluntas testatoris in contrarium attenditur, ut cum pluribus affirmat *Menoch. cons.* 97. *numer.* 101. Et fortius cum ipsa Elisabetha expresse non revocasset, & revocatio alicujus actus expostcat eandem solemnitatem, quam exigit illius actio, defendunt *Salgad. de Reg. protectione p.* 2. *cap.* 2. *num.* 62. *Olea de cess jur. tit.* 2. *quæst.* 5. *num.* 21. Unde de revocando meritissimum Correctorem non dubitarem, aggravatumque condemnarem, ut d. Villam aggravanti dimitteret cum fructibus à lite contestata. Nec in contrarium me movere poterit certitudo fol. 42. & seqq. in qua aggravatus fortiter nititur; quia ex ipsamet certitudine patescit, quod illa ventilatio, de qua ipsa loquitur certitudo, solum materiam possessionis ipsius emphyteusis respiciebat, à qua pater aggravantis, & hujus maioratus administrator cedere voluit, sed non ab actione proprietatem respicienti, de qua ejus in vita non egit, & negligentia ipsius in talem movendo actionem aggravanti lædere nequit, de quo dubitare non debemus. Ulyssipone 23. Aprilis anni 1683. Monteyro.

Idem dicerem, & cum mihi melior videa- 110
tur opinio, emphyteusim perpetuam posse maioratui annecti, prout non semel in hoc Senatu declaravi, & in casu præsenti multo fortius cum maioratus vocatio naturæ emphyteusis cenveniat, quibus in terminis potest uniri juxta ea quæ *Nigro contr.* 205. *n.*

209. *usque* 211. sine aliqua declaratione quod ad postulationem domini directi emphyteusis vendatur, judicatum reformo. Ulyssipone die 16. Maii anno 1683. Lacerda.

Circa declarationem supra adductam à primo Domino, mihi tantummodo fas est dicere, & cum dicto Domino convenio in tali declaratione; sæpe enim in Senatu judicavi, bona emphyteutica perpetua annectari maioratui non posse, absque domini directi consensu, cumque iste in præsenti deficiat, reservetur ad æstimationem Villæ vinculatæ jam jus domini directi, si circa vinculum, ac annectionem litigare voluerint, ut placet dicto primo Domino. Ulyssipone die 21. Maii anno 1683. Almeyda.

Declaratio, super quam mihi tantum dicere licet, superflua videtur, sive enim emphyteusim maioratui subjici posse iudicemus, sive contrarium placeat, nunquam hujusmodi sententia domino directo præjudicare potest, igitur sine declaratione sententiam proferrem. Ulyssipone die 30. Maii 1683. Sampayo.

111 No feito do Padre Joaõ de Mendanha Benevides, com Diogo de Mendanha Ferraz, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Vistos os autos, libello do A. contrariedade dos Reos, mais artigos recebidos, prova dada, auto de vistoria, e mais papeis juntos. Mostrase pelo A. que sendo vivo Diogo Pereira fizera seu testamento, em que instituira a sua mulher Isabel de Mendanha por sua universal herdeira, com declaraçaõ, que ambos queriaõ, e haviaõ por bem vincular em morgado todos os bens de raiz, dizimo a Deos, q̃ possuhiaõ, e todos os mais que dalli por diante tivessem, chamando por primeiro administrador a seu sobrinho Diogo de Mendanha, pay, e sogro do A. e Reos com as condiçoens, e declaraçoens no dito testamento. Mostrase fazer a dita Isabel de Mendanha segundo testamento, na qual instituira ao dito Diogo de Mendanha seu sobrinho por seu universal herdeiro vinculãdo em morgado todos seus bẽs de raiz, assim, e na fórma que seu marido Diogo Pereira tinha feito. Outrosim se mostra pertẽcer de presente o dito morgado ao A. e que entre os mais bens pertencentes ao dito vinculo saõ hũas casas sitas no Rocio da Cadea desta Villa, nas quaes vivera o pay dos Reos ultimo, e primeiro administrador, por espaço de quarenta annos, até o tempo de seu falecimẽto, no qual as deixara arruinadas, e incapazes de nellas se viver pelos defeitos declarados no auto da vistoria, e que sendo perto das ditas casas as em que vivia o Padre Gaspar Machado, por estarem unidas serem todas humas, e terem huma só serventia, os Reos as fecharaõ, e naõ largaraõ ao A ficãdo todas dos instituidores do dito morgado, e os Reos herdeiros do ultimo administrador. Ultimamente se mostra valerem as casas de que se trata, quatro mil reis de aluguer em cada hum anno, e viverem os Reos nellas por espaço de trez mezes. Pelos Reos se mostra, que as casas de que se trata, saõ muito antiguas, e que nellas vivera Diogo de Mendanha, seu pay, com toda sua familia, reparandoas do necessario tè o tempo de seu falecimento, no qual as deixára capazes de nellas se poder viver, e que depois dos Reos sahirem dellas, mandara o A. cultivar o quintal das mesmas casas, e sè aproveitara dos fruitos delle, o qual se semeara, e as casas se arruinaraõ, pelo Autor as naõ fechar, e tratar dellas. Outrosim se mostra, que as casas em que vivia o Padre Gaspar Machado, saõ foreiras ao morgado dos Machados de Guimaraens, e por assim ser, e naõ terem dizimo a Deos, na fórma da instituiçaõ, naõ pertencem ao morgado de que se trata. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposiçaõ de Direito em caso, e como se prova, que os RR. ficaraõ herdeiros do ultimo possuidor do morgado, que instituio o Licenciado Diogo Pereira, e sua mulher Isabel de Mendanha, e provarse, que por falecimẽto do ultimo possuidor ficaraõ as casas de que se trata, pertẽcentes ao dito vinculo, arruinadas, e incapazes de nellas se viver, como consta do auto de vistoria fol. 46. e como outrosim se prove, que as casas em que vivia o Padre Gaspar Machado, foraõ sempre unidas ás em que viveraõ os instituidores, e ultimo administrador, e que como taes tinhaõ huma só serventia, e provarse, que as ditas casas ficaraõ dos ditos instituidores, os quaes vincularaõ em morgado todos seus bens de raiz, como consta da ultima instituiçaõ folhas trinta e quatro, aliás oitẽta e huma, feita por Isabel de Mendanha, herdeira universal do Licenciado Diogo Pereira seu marido, e primeiro instituidor, e dado caso que as ditas casas como foreiras ao morgado dos Machados de Guimaraes, se naõ cõprehendessem na primeira instituiçaõ, portratar de bens dizimo a Deos, e naõ constar se foraõ, ou naõ adquiridas depois da dita instituiçaõ, comprehenderaõse na segunda instituiçaõ, por serem da instituidora, e ella vincular ao dito morgado todos seus bens de raiz, e como outrosim se prove viverem os Reos tres mezes nas casas de que se trata, e valerem estas de aluguer em cada hum anno quatro mil reis, e provarse, que findos os tres mezes, desistiraõ os Reos das ditas casas judicialmẽte.*

Man-

*Mando, que os Reos como herdeiros do ultimo possuidor do morgado, a que pertencem as casas, de que se trata, paguem ao A. todas as perdas, e dãnos, que se liquidar haver nas ditas casas, até o tempo que nellas se fez a vistoria, que dos autos consta, e que outrosim larguem ao A. a parte das casas, em que vivia o Padre Gaspar Machado, com todas as perdas, e dãnos, que se liquidarem atè real entrega. E paguem ao A. mil reis de aluguer das casas de que se trata, pelos tres mezes que nellas viveraõ. E paguem os Reos os autos. Barcellos 8. de Março de 1679. Jacome de Villas Boas Cazado.*

112 A qua sententia fuit appellatum ad Auditorem, qui protulit sententiam sequentem.

*Bem julgado he pelo Juiz de Fóra, em condemar aos Reos na deterioraçaõ, e damnificamentos. que se acháraõ feitos nas casas do morgado de que se trata, por morte do pay do A. e Reos ultimo possuidor do dito morgado, e em que larguem ao A. a parte das mesmas casas, em que vivia o Padre Gaspar Machado, com as perdas, e alugueres do tempo da morte do dito ultimo possuidor. Confirmo sua sentença por seus fundamentos, e pelo mais dos autos, com declaraçaõ, que sendo esta parte das casas partida como bens livres no inventario, que se fez por falecimento da mãy do A. e Reos, e sendo o Autor herdeiro da dita sua mãy, comporá pro rata o que lhe couber do preço porque foraõ avaliadas ao herdeiro a quem foraõ adjudicadas, e na liquidaçaõ dos damnificantes se haverá respeito às despezas, que necessariamente o pay do A. havia de fazer para ter as ditas casas reparadas, e naõ deterioradas como era obrigado, porque tudo o que se achasse diminuido, e damnificado, e deteriorado, refaraõ, e pagaráõ os Reos ao Autor, e outrosim pagaráõ mais as custas dos autos de ambas as instancias. Barcellos de Agosto 5. de 1679. Miguel da Costa Sobrinho.*

113 A qua sententia fuit appellatio interposita ad Senatum Portuensem. Ubi lata fuit sententia sequens.

114 *Acordaõ os do Dezembargo, &c. Bem julgado foy pelo Ouvidor, confirmaõ sua sentẽça, por alguns de seus fundamentos, e o mais dos autos, com declaraçaõ, que os RR. seráõ obrigados sómente a reparar as casas, de que se trata, havendo respeito à sua antiguidade, e estado em que ficaraõ em poder do pay do A. e Reos, de maneira, que conforme a elle se possaõ comodamẽte habitar sem se haver respeito às despezas que o dito pay destas partes fizesse para as reparar, como o Ouvidor ultimamente julga, no que reformaõ sua sentença. E o A. pague os autos desta instancia. Porto 20. de Janeiro de 1670. D. Coelho. D. Meirelles. Correa.*

Et fundata fuit in deliberationibus se- 115
quentibus.

Maioratus possessor tenetur reficere ædes, & alias res maioratus, quod si negligat, potest conveniri ejus hæres ad reficienda propriis sumptibus omnia ea quæ deteriorata inveniantur, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. per tot. Gracia de expensis cap. 16. à numer. 38. Mier. de maior. 4. p. quæst. 34. numer. 24.* sicut ex cõtrario si meliorationes faciat in in ædibus, potest hæres à possessore novo repetere, *Barb. L. divortio 8. §. fin. numer. 120. ff solut. matr.* idem *Molin. supra cap. 26 numer. 15.* In casu tamen refectionis semper inspicienda est distinctio, *Molin. cap. 27. numer. 5.* itaut ad modicam expensam semper teneat hæres nulla distinctione culpæ considerata; si tam expensa magna sit, & requirat ad refectionem; tum si non adsit culpa possessoris non tenet; secus si culpa saltem levis; nam tunc est adstringendus.

In præsenti damnificatione invenitur cul- 116
pa saltem levis ultimi possessoris; quia ultra quod, quod gratia illius fuit institutus maioratus, & commodum recepit ex hæreditate instituentis fol. 70. & habitando domos per 40. annos, illas non refecit, seu separavit eo modo; ut saltem comode in illis commorari valeret. Sicut solet diligens paterfamilias.

Quia tamen prædictas domus antiquas es- 117
se apparet ex actis, & hæres possessoris solum ad refectiones tenetur, non obligarem Reos ad maximos sumptus; sed tantum ad reparationem quandam statui, & antiquitati domũ correspondentem, & sic sententiam judicis, & auditoris declararem.

Quoad domos contiguas arbitror satis pe- 118
titas inveniri in libello, & replicatione, quæ libelli pars est. Et cum ad eas actiones reivendicationis proponat; satis probat dominium per edictionem testamẽti instituentis; in quo jubet instituens, quod omnia bona sua libera maneant vinculo Capellæ subjecta; & cum omnia libera, & allodialia in dubio sint præsumenda, late *Menoch. lib. 3. præsumpt. 91. à num. 1.* præcipue enim tales domus, scilicet admixtæ liberis, & allodialibus, ut in præsenti *Menoch proxime num. 62 cum seqq.*

Unde cum A. fundet actiones in tit. & 119
præsumptione juris, sufficit ad obtinendum in reivindicatione, quamvis non probet qualitatem, & libertatis dominium. Et sic Reus ad restitutionem illarũ debet adstringi, cum legitime non probavit ad alium spectare maioratum. Et sic ad refectiones cum modifi-

catione, de qua supra amplectendo declarationem auditoris circa istas ædes; quasi tanquam patris in ejus inventario fuerunt adscriptæ, augent his legitimam, & sic inquam, ut Rei restituant A. ædes, & æstimationem suæ legitimæ correspondentem. De alia declaratione auditoris nil est curandum.

120 Ultimo petit A. mercedes locationis ædium, & cum appareat, quod Rei solum per tres menses in illis fuerunt cõmorati; indigna est ista petitio inter fratres, cum Reos in hac parte absolverem. Sic confirmatis, & declaratis judice, & auditore. Portu 28. Novembris 1669. D. Meirelles.

121 Convenio in omnibus cum sapientissimo Magistro excepto quoad mercedem locationis ædium, quam solvere debere R. judicarem, licet & mihi videatur indigna petitio. Portu 5. Decembris 1669. D. Coelho.

122 RR. & ad solutionem mercedis locationis compellerem, quam etsi A. politice, & civiliter, & urbane non agat; agit tamen juridice. Portu 20. Januarii 1670. Correa.

123 Hæc sententia fuit impedita cum exceptionibus, super quibus lata fuit sententia sequens.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Vistos os autos, embargos dos embargantes, que o embargado naõ contrariou, prova dada. Mostrase quanto basta para julgar os embargos por provados para effeito de declarar o Acordaõ embargado, que o reparo que se havia de fazer nas casas, na fórma delle, seja avaliado por dous louvados, mestres de obras, que tenhaõ razaõ de conhecer o estado, em que ficaraõ as ditas casas por morte do pay, e sogro destas partes, e o reparo de que necessitavaõ entaõ para nellas comodamente se poder viver, se entaõ se fizera; e avaliado nesta fórma pelos ditos louvados, do que o dito reparo podia custar, paguem os embargantes taõsómente o q̃ lhes couber pelas porçoens, e parte em que foraõ herdeiros, por tocar ao A. e mais herdeiros que ouver o mais que restar, cada hum pela parte em que o for. E o embargado pague as custas dos autos do embargo. Porto 24. de Janeiro 1671. D. Coelho. D. Meirelles. Correa.*

124 Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Impedimenta satis probata invenio, cumque ædes jam directæ inveniantur; & tempore mortis ultimi possessoris ad habitandum capaces, quod cernitur ex eo, quod Reus per aliquos annos postea in illis fuit commoratus titulo locationis. Inde impossibile est quod ad illam modicam refectionem in decreto declaratam teneatur Reus, cum deficiat subjectum, in quo refectio cadere queat. Neque enim ad reædificationem est R. adstringendus cum nullo jure, *Cancer. in Molina jam allegato Thusc. lit. V. concl. 318. numer. 4.* Igitur in hæredem, ut illa modica refectio, quæ erat necessaria tempore mortis possessoris per arbitratores æstimetur, ad quam solum condemnarem Reos pro hæreditariis portionibus infra, *L. 2. Cod. de hæreditaria actione*, cum A. & filius possessoris, & hæres extitit, cum de abstensione non appareat, & interim, ut talis est judicandus usque ad casum quo se abstineat, scilicet, ut sequitur *Gom. 1. tom. var. cap. 9. numer 25.* Portu 20. Novembris 1670. D. Meirelles. Convenerunt. Coelho. Correa.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi lata fuit sententia sequens.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he aggravado o aggravante pelos Dezembargadores da Casa do Porto, confirmaõ sua sentença por seus fundamentos, e o mais que dos autos consta. Com declaraçaõ, que os Louvados porque se mãda fazer a estimaçaõ das dãnificaçoens de que se trata, sejaõ daquelles q̃ assistiraõ ao auto da vistoria fol. 3. vers. destes autos, sendo vivos. E pague o aggravante as custas. Lisboa 20. de Junho de 1671. D. Gouvea. Pereira de Sousa.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

De gravamine fol. 125. cognoscendum non est, tum quia ultra decendium inspectum attenta fide fol. 123. ad finem, tum quia de depósito requisito ad cognitionem nullatenus apparet.

Quoad aliud fol. 181. Senatus inferioris sententiam potius confirmarem, non enim jam ibidem agebatur de obligatione Reorũ, sed de modo liquidationis deteriorationum factarum in domibus maioratus, & inspecta temporis diuturnitate, & confessione status illarum probandi tempore, quo habitatio litigantium parentibus pertinuit, non injustũ, nec incivile habeo Senatorum arbitrium, declararem tamen quod arbitri sint illimet officiales, qui reperiuntur vocati ad visuram factam fol. 3. si adhuc sint in humanis, quia certius hac de re judicium poterunt imponere; quoad portionem hæreditariam utique mihi arridet sententia Senatus, nondum enim concludenter edocemur aggravantem abstinuisse ab hæreditate paterna. Ulyssipone 12. Junii anno de 1671. Pereira de Sousa.

Maioratus possessorem in conservandis illius bonis usufructuario similem esse omnes amplectuntur, *DD. Valasc. de jure emphyt. quæst.*

*quæſt.25.num.12.& 13. & quæſt.26.numer.6. Cabed.2. part. deciſ. 111. numer.5. Valaſc.de partit. cap.30. numer.23.* Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi, fruendi, ſalva ſemper rerum ſubſtantia, *principiũ inſtit.de uſufruct. L.1. & 2.ff. uſufruct. Pinel. in L.1. Cod.bon. mat.2.p.num.9.& 3.p.numer.1.Cæpol. de ſervit. urbanor. c.2.Ordinat.* maxime conducit, *lib.4. tit.97. §.22.verſ. e iſto*, quæ obligatio in hæredes deteriorantes poſſeſſoris datur, ut omnes cæteræ actiones activæ, & paſſivæ, ex *regula text.in L.hæres in omne ff. acquirenda hæreditate.* Quare aggravans in concurſu dum hæreditati non renuntiavit, pro ſua parte tenetur. Tota hujus litis controverſia conſiſtit in arbitrio deteriorationum, quomodo fieri debeat, & à quo tempore, quemadmodum recte conſtitutum fuit, ut per arbitros in arte peritos fiat æſtimatio, ut regulariter fieri jubet per ea, quæ *Gratian.forenſ. cap.600. numer.22.&23.* Quo ad tempus legitimum judico inferioris Senatus arbitrium, ea adhibita declaratione, de qua meminit ſapientiſſimus Dominus, ſic ſententia confirmata. Ulyſſipone 18. Junii 1671. D. Gouvea.

130 Et non poſſe gravari nominatus ab emphyteuta ad hoc, ut emphyteuſis vinculetur & conſentiat in vinculo judicatum fuit ſecundum deliberationem doctiſſimam ſequẽtem, de qua re vide etiam quæ *diximus forenſ. cap.10. num.30.* & tenor deliberationi talis eſt. s

## *Gravamen impoſitum in nominatione emphyteuſis non valet. Limitatur, quãdo nominatus gravamen acceptavit. Emphyteuſis conceſſa ad tres generationes maioratui vinculari non poteſt.*

131 IN emphyteuſis nominatione, nec gravamen, nec conditionem apponi poſſe, communis eſt reſolutio *DD. Pereir.dec.26. num.5.Caſtill.lib.2.quot.cap.26.à numer.64.Cod.de poteſt.eligend.cap.16.num.5.Gabr.Pereir. deciſ.26.numer.5.Gam.deciſ.196.numer.3.Cald. de nominat.q.2.à numer.9.& p.3.cap.16.à n.5. & conſ.31.à num.2.Valaſc.conſult.17. à num. 8.Caſtill.lib.4.cap.13.à numer.1.Ramon.conſ. 79.à num.1.* Cujus reſolutionis varias rationes præſtant DD. & ultra quam quod illa communiter præſtatur, eo quod emphyteuta, quando nominationem facit, nihil de ſuo cõcedit, prout ponderat doctus appellantis patronus, illa etiam aſſignari ſolet, quod juſſus facere aliquem actum, non ſatisfacit illum ſub conditione faciendo, *Molin.lib.2.cap.4. à numer.19.& cap.5.à numer.3.Valaſc.ſupra numer.8.* Ac per conſequens cum nominatio fiat ex facultate à Domino directo conceſſa, planum fit ſub conditione, nec gravamine fieri non poſſe, non obſtant *L.aſſignare ff. de aſſignatione libertorum, L plane 97.§.fin ff.de legat.1 juncta L.fin.in princip. Cod. conditionib. incertis*, per quæ jura tenent DD. apponi poſſe gravamen per viam cõditionis, quidquid contrarium ſit per viam diſpoſitionis, *Padilha in L.ab eo numer.9.& 12. Cod. de fideicommiſſ. Pinel. in L.1. Cod. de nobis p.1. n. 5.Barboſ.p.1. L.1.numer.21.ff.ſolut.matr.& in L.ſi conſtante in princip. numer.72 ff.ſolut. matr.* Quoniam procedunt quando quis de re propria diſponit, quo caſu habet locum, *L.traditionibus Cod.de pact.L fin.Cod. de pactis inter emptorem*, ſecus in emphyteuta, qui nihil dat de proprio, ut ſuperius ponderavimus, *Menoch. de arbitr.caſu 200. n.9.Tiraq. in L.ſi unquam verbo revertatur numer.414. Molin.dict. cap.4. num.5. Caſtill lib.1. cap.26. num.64.*

Et quamvis hæc reſolutio multipliciter li- 132
mitetur, nempe, quando emphyteuta gravamen acceptavit, *Cald.dict.cap.16.à num.6. & dict.conſ.31.num.6. Fragoſ.tom.3. de regimin.Reipubl.diſput.9. §.25. num.3. Valaſc.de jur.emphyt.q.48.numer.4. Fuſar. de ſubſtit.q. 630.numer.10.* Etſi ſit hæres nominantis, & ei aliquid à nominante datum ſit, *L.unum ex familia §.1.ff.de legat.2.L imperator §.quidam ff.eodem, Covas in cap filius noſter de teſtament.numer.3.P.Molin.diſput.617.num.3. alter lib.1. cap.8. numer.35. Gam. concluſ.70. num.2.* Tamen prædictæ circunſtantiæ impræſentiarum minime probantur, & inſuper ſi attendenda ſit forma nominationis fol.8.à qua jus hujus proceſſus demitiendum eſt, non tantum poſito gravamine, & traditione facta inſpicitur, ſed per modum fideicommiſſi, ſeu maioratus celebrata cernitur, quod naturæ emphyteuſis, & nominationis omnino repugnat, quæ nec maioratui vinculari poſſunt, prout eleganter notat *Pereir.deciſ.26. à num.2.* & ſignanter *numer.4.* idem reſolvens in emphyteuſibus perpetuis, ubi *numer.5.* quod etiam in univerſali fideicommiſſo comprehendi non poteſt, *Gam.deciſ.214.* loquens in emphyteuſi nominationis ad vitas in qua verſamur, & *deciſ.218.n. 3.& 10.* & dixerat *deciſ.70. num.1.* quamvis referat in aliquibus cauſis contrarium judicatum fuiſſe, quod intelligo in emphyteuſibus perpetuis, quam differentiam aſſignat *Cabed.p.1. deciſ.13. numer.1.& 2.* de qua meminit *P hæb p.1.deciſ.5. num.1.* ſed *num.4.*

notat etiam in emphyteusi perpetua judicatum fuisse, non posse maioratui annecti, quam opinionem dicit veriorem *dict. numer. 4. vers. quam sententiam.*

133 Et dubitandum non est in dicta nominatione emphyteutam nominantem per vocationem lineæ rectæ, & substitutiones factas, seu maioratum instituisse, ex his, quæ *Molin. lib. 1. cap. 3. num. 12. & cap. 6. numer. 29. & cap. 4. numer. 14. & lib. 1. cap. 1. num. 17. Phæb. 2. p. decis.* 104. Ex ea ratione, quoniam in maioratibus qualitas lineæ attenditur, & prior est in eorum successione, *Pereir. decis.* 122. *num. 2. & decis. 5. num. 6.* aut fideicommissum perpetuum cum prælatione descendentium, qui per vocationem lineæ nominati censentur, *Molin. supr. Pereir. decis. 8. n. 1. Menoch. cons. 234. num. 7. & cons. 326. à num.* 81. Ex eademque juris ratione, etiam prohibitum est, quod emphyteusis jura fisci perpetui deferatur, ex quibus liberum erat, possessori illius, de qua agitur, eam nominare non obstantibus substitutionibus, & clausulis positis in nominatione facta fol. 8. & per consequens cum appellata probet fuisse nominatam in solemni testamento, quod etiam ex testibus suæ inquisitionis corroboratur, planum fit justa titulo illius possessionem habere, in eaque conservandam fore. Confirmata boni Judicis sententia. Ulyssipone 9. Januarii 1666. Da Cruz Freyre.

134 Ita judicatum entre partes Luiza de Abreu de Torres Novas, com Simaõ Camello Mêdes, Scriba Manoel Ribeiro, anno 666. Juizes, Lamprea. Marchaõ. Et vide casum, de quo infra Cap. 5. n. 41. & seqq.

135 Et quid dicendum si dicatur, ut in emphyteusi succedatur sicuti in maioratu succeditur, judicatum extat.

No feito de Dona Antonia de Castello Branco, contra Antonio Rodrigues de Figueiredo, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, onde se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, escrituras, e mais documentos juntos de compromisso, em que estas se louvaraõ em mim para sentencear esta causa a final. Mostrase por parte da embargante D. Autonia de Castello Branco ficar em posse, e cabeça de casal, assim dos bens que ficaraõ de Archangella Machada, como de Miguel de Loureiro seu marido, e sogra, entre os quaes he o couto de Alcofar, que possue, e possuiraõ seus antepassados, como morgado que he, e que nesta posse immemorial está, e estiveraõ sempre, desde o tempo que se fez a escritura de afforamẽto fol. 11. por se declarar nelle, que ande sempre conjunto a hũa pessoa, como morgado, em cujos termos se naõ póde duvidar das partilhas de que se trata. Por parte do embargado se mostra, ser o dito couto de Alcofar prazo fateosim, e perpetuo, de que he direito senhorio o Convento de Santa Cruz de Coimbra, e como tal divisivel, como sempre foy entre seus antepassados, como se vê da escritura de transacçaõ fol. 20. e do commentario fol. 84. no qual se dividio por estimaçaõ o dito prazo entre Thomé Machado, avo do embargado, e de suas irmaãs, e que sómente naõ tem divisaõ por falecimento de seu pay Antonio Rodrigues de Figueiredo, o que lhe naõ podia prejudicar, por naõ ser citado, nem os mais herdeiros, para as partilhas, que se fizeraõ de seus bens. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposiçaõ de Direito e como se mostra ser o dito prazo fateosim perpetuo, como se vê da contextura delle fol. 14 se deve partir por estimaçaõ entre os herdeiros, porque a clausula nelle posta, que ande sempre conjunto em hũa pessoa como morgado, nem vejo para que este aforamento tivesse essa natureza, nem para impedir a divisaõ por estimaçaõ, porque pela dita clausula, e declaraçaõ quiz o Convento de Santa Cruz, direito senhorio attentar a utilidade propria, e obviar o incõmodo da divisaõ, e naõ conservar familia de outrem, e este incõmodo ficava cessando, impedindose a divisaõ por partes distintas, posto que se fizesse por estimaçaõ na fórma da Ley, e se confirma mais, que a tençaõ do direito senhorio naõ foy fazer morgado, pois no dito aforamẽto dá faculdade para alhear, intervindo seu consentimẽto, sendo os morgados por natureza inalienaveis, na fórma da Ordenaçaõ, e cõmummente resoluçaõ dos Doutores, e sómente se quiz mostrar nas palavras da dita declaraçaõ, que a mesma impossibilidade de bens, que ha em os morgados, queria q̃ houvesse neste emprazamento, para se dividir sómente por estimaçaõ, e naõ por partes separadas, e se puderaõ induzir morgado as ditas palavras, se foraõ postas no principio da disposiçaõ, porém como foraõ postas no fim della, naõ pódem mudar, nem alterar a natureza de prazo fateosim, em que só falla o dito aforamento fol. 11. nem se póde dizer, que as palavras da dita declaraçaõ ficaõ superfluas, porque como o dito aforamento foy feito a Diogo Martinz, e sua mulher, que conjuntaraõ nelles a metade das Marinhas, que tinhaõ no mesmo Couto, com convençaõ, que de huma, e outra a metade levaria o Mosteiro a terça parte dos rendimẽtos, quizeraõ os contrahentes emfiteutas ficar sómente com a utilidade, de que em nenhum tempo se separasse hũa de outra a metade, quanto mais que como em algũas Provincias, e terras deste Reyno se costumaõ dividir*

*os prazos por eſtimaçaõ, fizeraõ os diſponẽtes eſta declaraçaõ no dito aforamento, para que como ſe foſſe morgado, ſe naõ pudeſſe dividir em partes, mas ſim por eſtimaçaõ, como prazo hereditario, o que ſe confirma pela eſcritura de de tranſacçaõ fol. 20. em que ſe moſtra haver litigio entre as peſſoas nella declaradas, ſobre haver de ſe dividir o dito prazo, entre os filhos de Thomé Machado, viſavo do embargado, e por ſerem irmãos ſe compuzeraõ ſatisfazendo a eſtimaçaõ delles aos herdeiros, e mais claramente ſe vê do inventario fol. 83. em que ſe dividio por eſtimaçaõ entre Miguel Machado, avó do embargado, e ſuas irmãas, e ſe ficou continuando eſta diviſaõ, deſde o anno de 1584. em que ſe fez a dita tranſacçaõ, até o anno de 1677 em que ſe fez o inventario de Antonio Rodrigues de Figueiredo, pay, e ſogro deſtas partes, porque ainda que naõ conſte, que ſe dividio por falecimento de Thomé Machado, avo do embargado, como naõ teve ao tempo da morte mais que hũa filha, que foy a mãy do embargado, Archangella Machada, naõ ſe podia fazer a dita diviſaõ, pois naõ havia mais herdeiros, e o naõ ſe dividir no inventario, que ſe fez dos bens dos pays do embargado, lhe naõ póde prejudicar, porque delles conſta naõ ſer o embargado nem os mais herdeiros citados para as partilhas delles, termos em que ſe devem emendar pelo defeito da dita citaçaõ, e como ſe naõ preſcreveo legitimamente o coſtume dos bens do prazo de andarem vinculados emmorgado, ſe deve obſervar a diſpoſiçaõ da Ley, fazendoſe a partilha delle por eſtimaçaõ. E pague a embargante as cuſtas dos autos Viſeo 8. de Julho de 1673. annos. Affonſo Teixeira de Mendoça.*

136 A qua ſentença fuit appellatum ad Senatum Portuenſem, ubi fuit confirmata, Judices. Andrade. Carneiro. Et fundata in deliberationibus ſequentibus.

137 Quando de inſtitutione maioratus certatur, ſtatim ad inveſtituræ tenorem recurri ſolet, & hanc regulam tutiſſimam vocant Doctores.

138 Sed deficiente hoc, nullum aliud ſubſidium ad hunc curſum peragendum mihi ſupereſt, quam recurrere ad juris regulas, quæ conſulunt quod magis veritati cõgruit, & juſtitiæ convenit dictare; & ut melius hujus progreſſus jurgium pateſcat, licebit mihi expendere caſum.

139 Mortua Archangela Machada, Michaelis de Loureiro, & Antonii Rodrigues de Figueiredo matre, primus filius ut ſenior in poſſeſſione bonorum, & maioratus de Alcofar ſe induxit, & matrimonium contraxit cum Domina Antonia de Caſtello Branco, & decedente eo ab hac vita, permanſit tamquam ejus uxor in poſſeſſione bonorum. & nuncupati maioratus ad unum filium abutroque ſuſceptum attinentis.

140 Secundus filius dicti Michaelis de Loureiro frater, & appellantis prævignus, eam ad inventarium conficiendum exbonis dictæ ſuæ matris obſtrinxit, & confecto, ut conſtat à fol. 1. uſque 8. à dicto Antonio Rodrigues de Figueiredo fuit de eo minuto criminatum, aſſerente dicta bona non eſſe ſcripta in tali inventario.

141 Impedita tantum ab appellante dicta poſtulatione affirmante, ſe tamquam caſalis caput ad inventarium bona dediſſe juxta juris noſtri diſpoſitionem, & appellatæ remedia ordinaria, quibus uti poterat per viam bonorum ſubnegatorum, nec ideo eſſe denegandа.

142 Receptis autem impedimentis, & probatis judicatis ad gravaminis auxilium confugit appellatus, de quo Proviſor Provinciæ non cognovit, & relictis aliis mediis, quæ diligenter procuravit, quæ legi poſſunt fol. 47. & verſ. impedimentorum viam conatus eſt, quorum materia circa diviſionem bonorum (quoad æſtimationem) de Alcofar quæſtionem principalem cohibebat.

143 Data impedimentorum copia appellanti, ut fol. 50. apparet inter ſe compromiſſionem facere eligendo Proviſorem, ut ex termino citato fol. 50. apparet, ut finem controverſiis circa maioratum de Alcofar poſuiſſet, qui virtute dicti termini ſuam ſententiam protulit in favorem appellati, doctiſſime ſtatuendo dicta bona, ſeu maioratum per æſtimationem eſſe dividenda.

Licet confeſſione tollatur obligatio, quotieſcunque creditor debitori ſucceſſit, vel debitor creditori *ex L. Uranius ff. de fideiju. ff. L. debitori Cod. de pact. L. 1. § ſi debitori ff. ad leg falſid Donel lib 56. commentar. cap. 14 inſignis Barb in L quæ dotis 34 à num. 1. uſque ad num 8 ff. ſolut. matrim.* Eo quod cum per aditionem hæreditatis creditor, vel debitor ſuccedens repræſentet perſonam defuncti, *L. cum à matre Cod de reivendicat.* reperiuntur in eodem ſubjecto duæ qualitates contrariæ & repugnantes ſcilicet actio, & paſſio, quod nec naturalis, nec civilis ratio admittit, *text. in L. 2 ff. de ſtipul ſervorum*, propter quam etiam repugnantiam, & incompatibilitatem aditio non ſolum habet vim confeſſionis, ſed etiam pro ſolutione cedit, *L. quæ dotis 34 ff. ſolut matrim ubi inſignis Barb. à num 7. Donel. ubi ſupr. cap. 4. verſ cõfeſſionis, Fab. de error pragmat decad. 1 errore 4.* quod procedit etiam ſi ex tali ſolutionis fictione inferatur præjudicium creditoribus

ditoribus *ex L. in imponenda Cod. ad leg. falsid.* Attamen hæc juris principia, super quibus ex utraque parte uterque doctus Patronus eleganter contendunt, nihil cõmune habent cum præsenti negotio, nec illius resolutioni aliquo modo adaptari possunt, tum ex eo quia omnes fere maioratus successores inventarium confecerunt, in quibus terminis non confunduntur actiones, *L. fin. §. incomputat. vers. si vero Cod. de jure deliber. gloss. in L. debitori Cod. de pact. Donel. in d. L. fin.* cum in hoc casu hæres duplicem personam repræsentet, suam, & testatoris pro modo facultatum, *Anton. Fab. ubi supra d. errore 4. Gasp. ad eundem tract. 4 q. 6. Phæb. dec. 102. num. 75 Valasc. consult 52. numer. 47.* Tum etiam quia non confunduntur actiones penes hæredem gravatum restituere, prout in jure reputatur successor maioratus, *Surd dec. 92. ex num. 1. & decis 224. numer. 7. Augusti Barb. in collectan. ad text. in L. debitori 76. de pact. numer. 3* cum dominium revocabiliter tantum ei sit acquisitum, *Carvalh. in cap Raynald. 4. p. cap. 1. n. 201. Surd. decis. 266 n. 3.*

Hæc tamen quæ primo in conspectu videntur probare actionem non confusam ad petendas meliorationes semper ad successores maioratus translatam fuisse, nihil evincunt in præsenti negotio, ubi ex alio fundamento, scilicet, ne detur infinites, statuit *Ord. nostra lib. 4. tit. 97. §. 23.* adhærendo dispositioni *text. in L fideicommissa 11. § qui decem ff. de leg. 3.* quod facta semel meliorationum inter successorem maioratus, & hæredes divisione iterum de meliorationibus, & impensis non fiat mentio inter hæredes, & alium successorem, cum actio semel extincta per unam solutionem, vel adjudicationem amplius revivisce non possit, *ex L. ejus qui § fin ff. de jure fisci, L. qui res § aream ff. de solut.* notant in specie semel, & iterum allegatus *Pereir. dec. 121. numer 3.* & ab eo allegatus *Cabed. 2. p. dec 111. numer 7.* ubi judicatum refert, latissimr *insignis Barb. ibi* citatus *numer. 115.* late *Carvalh. in cap. Raynald. 4. p. cap 11. numer. 195.* novissime *Peg.* qui de suo more refert judicatum *in proæm. ad Ord gloss. 43. num. 90.* alios refert *Barb. ad Ord. d. tit. 97 §. 23.* Qui omnes æqualiter loquuntur in emphyteusi, & maioratu; unde quoties in præsenti processu probetur factam fuisse harum meliorationum divisionem illustrissimo Reo actionem, vel retentionem non competere pro repetẽdis jam divisis, & imputatis meliorationibus necessario resolvendum est. Et examinato processu ex prædicta ratione curandum non est de impensis ab illustrissimo Didaco primo maioratus possessori factis, de quibus fol. 71. cum ex eodem documento probetur factam fuisse per illius obitum harum meliorationum divisionem, & Petro illius filio, & successori adjudicatam fuisse summam 9U. ducat. aut 10U. unde cum illustrissimus Petrus hanc summam jam solvisse non primo, cur iterum ex prædicta DD. sententia de his meliorationibus agatur; nec refert quod de facto hujusmodi meliorationes non fuerunt solutæ, quoniam ridicula esset hæc allegatio, nam si hujusmodi meliorationes cohæredibus adjudicatæ, & à successoribus maioratus solutæ extinguntur, quare non idem dicendum est, quando ipsi successori imputantur in legitimam; nec allegata *decisio 121.* nostri Senatoris *Pereir. num. 4.* loquitur de simili specie, sed tantum de quæstione inter hæredem, & successorem; unde quia adjudicatis meliorationibus hæredi nondum solutæ extabant à successore, adhuc insurgebat actio, quod quantum distet à nostro casu, evidenter patet, igitur in hoc confirmetur doctissimi Judicis sententia.

Super 4U. ducat. ab illustrissima Ludovica illustrissimæ etiam Helenæ relictis, de quibus testes à fol. 254. Cathalogus fol. 196. & testamentum fol. 175. aliud censeo; quamvis enim probetur fuisse relictum legatum, non probatur, hanc meliorationum summam ad illustrissimam Ludovicam pertinuisse, quod necessarium erat, ad hoc ut legatum deberetur, quod sane sufficiens erat, ut illustriss. A. ad legati solutionem non adstringeretur; ast adhuc supposito qnod hæc omnia patebant, etiam tunc illustrissimo R. prædicta legati vendicatio non competebat, nam supposito quod R. illustriss. suum jus habet in renuntiatione à monialibus facta fol. 178. hæc eadem renuntiatio ei infeliciter obstat, si consideremus quod tempore, quod facta fuit prædicta renuntiatio, R. & illius uxor illustriss. erant maioratus possessores, ut eadem renuntiatio probat, ac per consequens ad hujusmodi debitum tenebantur, cum usque ad illud tempus non fuissent solutæ meliorationes, quæ cohæredi adjudicatæ fuerunt, & non successori ex doctrina *Pereir. d. decis. 121. numer. 4.* Plane renuntiatio monialium quid magis importare potest, quam solutio? Igitur si facta ab illustrissimo R. maioratus successore solutione harum meliorationum à sequenti successore harum æstimationem repetere non poterat, cum facta solutione non detur regressus adversus successorem, ut probant DD. supra citati, quare ei licebit repetere debitum à monialibus renuntiatum,

tum, & ideo extinctum, latiſſime *Donad. de renuntiat cap. 26. n. 68 cum ſeqq.*

Super expenſis ab illuſtribus excipientis ſoceri factis placet non ſine ſcrupulo amantiſſimi Præſidis arbitrium, cum liquidatio facta per teſtes non ſit parum dubia, eo quod ſuper negotio, quod veroſimile eſt ignoraſſe, animoſe deponunt, & tandem non deponunt de præſenti valore tempore reſtitutionis, prout neceſſarium erat, ut reſolvunt *Cancer. variar. lib 3 cap 6. numer. 123. Mier. de maiorat. 4. p. q. 32. Mangil. de imput. q. 136 num 24 & numer 40* latiſſime *Amat. var. reſol. 14 numer. 62. & 63 cum ſeqq Carvalh in cap. Raynald. 4 p. cap. 1 numer 206.* Aſt quia novam admittere liquidationem eſſet meo videri impoſſibile viſa confuſione certitudinum fol. 430 ego declararem, quod ex prædicta ſumma deducantur expenſæ, quæ jam in inventario fol. 228. fuerunt adjudicatæ ex prædicta *Ord d §. 23.*

Quoad expenſas à Didaco penultimo poſſeſſore factas ſententiam amantiſſimi Præſidis non admitto, ſatis enim probatur ab illo factas fuiſſe meliorationes, igitur illas attento præſenti ſtatu juberem liquidare, cum uſque adhuc ſolutæ non fuiſſent. Alias autem ab excipiente, & illius uxore factas admitto, ſolumque facta calculatione pretii harum meliorationum junctis certitudinibus fol. 431. ſuadeor illuſtriſſimum A condemnandum eſſe in valore 554U. therunt. & ita declararem ſententiam.

Quoad impenſas factas in plantatione arborum fiat etiam iterum liquidatio, & ſuper hoc conferam, atque etiam ſuper pretio novelleti, in aliis cum amantiſſimo Præceptore convenio, & conferam in Senatu. Ulyſſipone 27. Maii de 1680. Carneyro.

Agitur de retentione Villæ vinculo maioratus adſtrictæ, quam reſtituere Reus fuit condemnatus fol. 33 cum fructibus à tempore indebitæ occupationis, id eſt, ab obitu filii ultimi poſſeſſoris hujus maioratus, ideo circa melioramenta controvertitur, & de liquidatione fructuum, & cum varia involvantur, ut clarius me expediam per numeros à primo Domino ſapientiſſimo ſignatos dicam de his, quæ evicta non fuerunt per doctiſſimos præcedentes Dominos.

De his, quæ continentur ſub numero primo, ſcilicet de melioramentis antiquis evictum eſt in confirmationem ſententiæ doctiſſimi Præſidis Curialis ex optimis, ac juridicis fundamentis à ſapientiſſimis præcedentibus Dominis diſerte perpenſis, & doctiſſime à ſecundo exornatis.

In his quæ ſub n. 2. deducuntur circa 4U. ducat. non ita uniformes invenio prædictos Dominos. Primus namque in ſententiæ confirmationem deliberavit, & ſecundus ad reformationē, cui ego accedo ex optimis fundamentis, quibus deciſa fuerunt ea, quæ n 1. recenſentur ex diſpoſitione *Ord lib 4 tit 97. §. 23.* & docte explanatis à ſecundo Domino. In n. 3. nihil deciditur, ſed proponuntur ea, quæ decidenda veniunt ſub numeris 4. & 5. In n. 4. contenditur de melioramentis factis ab illuſtriſſimis Joanne, & Beatrice Rei ſocero, & ſocru, quorum melioramenta omnia non invenio in judicio familiæ erciſcund. ut de eis dici queat, ſicut de aliis in nn. 1. & 2. niſi ea, de quibus fit mentio à fol. 64. uſque ad 228. De contentis in hoc num 4. vertitur maior proceſſus difficultas propter magnam expenſarum quantitatem, & maximam probationis confuſionem, ac incertitudinem, quam ad certam, & infallibilem probationem reducere pene impoſſibile videtur, ideo magis placet ſecundi Domini ſententia.

Numero 5. involvuntur melioramenta facta à Didaco hujus nomini ultimos poſſeſſore, & ea quæ à Reo facta proponuntur. Quod attinet ad melioramenta ab iſto Didaco facta ſpecificam liquidationem non invenio, & ideo cum ſecundo Domino faciendam dico.

Quod vero reſpicit melioramenta à Reo facta una cum uxore Ludoviſia, quæ legitima maioratus adminiſtratrix erat, de quibus adeſt arbitramentum fol. 427. ab æſtimatoribus à partibus electis, ab A. ſolvenda dicerem ex æſtimatione de præſenti facta, ea autem quæ ipſe Reus fecit poſt uxoris, & filii mortem, non ita ut æſtimatæ inveniuntur fol. 427. ſolvere debet A. ſed quod minus fuerit, videlicet, ſi tempore plantationis minus expenſum fuit, hoc quod minus fuerit ſolvendum eſt, & eſt ratio differentiæ, quia dum Rei uxor, & filius vivebant, erant poſſeſſores cum titulo valido habentes dominium, licet reſolubile per eorum mortem, & Reus nullum dominium habebat per ſe ſolus, & ius retinendi tantum habebat pro melioramentis, ideo in ſententia condemnatus invenitur ad reſtitutionem cum fructibus à tempore indebitæ occupationis, & etiam ſi poſſeſſor eſſet bonæ fidei tantum, aut ſine titulo valido, non poterat deducere ex melioramentis niſi quod minus fuiſſet, vel tempore ſumptus, vel tempore reſtitutionis, ut eſt *text.* expreſſus *in L. in fundo 39 ff. de rei vend. ubi gloſſ. verb plus pretio*, ita explanat. At vero melioramenta quando facta fuerunt ab habente dominium licet reſolubile, non attenditur quod minus eſt, ſed tempus reſti-

tutionis, quamvis hoc tempore magis valeat melioratio, quam sumptus, de quo est *text. in L. domos 61. ff. de leg. 1.* & est communis sententia cum *Bartol. in d L. domos*, pro qua 25. DD. connumerat *Menoch. de recuper. remed. 15 numer. 557.* & esse verioré, & communem quamplurimis adductis tenet *Anton. de Amat. resolut. 14. numer. 63.* ultra quos etiam est *Flores ad Gam. dec. 137. Donat. Anton. de Marin. lib 2. resolutionum juris cap. 133. per tot. Gabriel Pereir. dec. 47. num. 14. Carvalh in cap. Raynald. 4 p. cap. 1. numer. 201. Fragos de regim. Reip tom 3 disp. 10. §. 4 num. 13.* & hanc sententiam esse usu totius Hispaniæ probatam affirmat insignis *Barb in L divortio § fin numer. 94 ff. Solut. matrim. Garcia de expensis cap. ultim n 4 ad fin* & in nostra Lusitania tradit *Valasc. de jur. emphyt q. 25 numer. 28.* & ideo præcedētes Domini sapientissimi dixerint numeris præcedentibus tempus restitutionis attendendum esse, quia loquebantur de possessoribus cum titulo valido.

Alia melioramenta proponuntur facta, vel ab ipso Reo, vel una cum uxore illustr. sine ulla distinctione temporis, vel rerum, de quibus per arbitratores fol. 431. quæ consistunt ex lignea, ac lapidea structura, ex qua novum ædificium non reperitur factum, ut colligitur ex arbitramento æstimatorum, sed tantum reparatio parietum, tectorum, & similia, quæ per se singula modica melioramenta videntur, & quæ possessor maioratus facere tenebatur, *Molin. de primogen. lib 1. cap 27. numer. 5.* & ita mihi videtur, & quando expensa sit magna, aut modica, judicis arbitrio relinquitur, *gloss. verbo pertinet in L. hactenus ff. de usufr. Molin. supra dict. cap. 27 numer 6.* cum multis *Pinel. 2. p. l. 1. cod. de bon. mat. numer. 72.* Quod præcipue in præsenti dici debet modica expēsa inspecta qualitate rerum, & personarum, ut cum *Alberico*, & aliis considerat *Molin d cap 27. n. 6.*

Et quando hoc arbitrium impugnari possit ex alio fundamento tales expensas non esse solvendas ab A. exstimo, quia, ut dixi, non inveniuntur factæ in ædificando, sed in reparatione parietum, ac tectorum ædium, & circuitus Villæ contentionis; si igitur A. jam condemnatus à nobis est in n. 4 in tam magna quantitate pecuniæ pro melioramentis factis à socero, & socru Rei, quæ consistebant in ædibus, ac muris quomodo iterum solvere debet A refectionem talium ædium, ac parietum?

De his quæ continentur sub num 6. & 7. nihil amplius dicere mihi occurrit, & ideo convenio cum præcedentibus Dominis, adhibita tamē declaratione circa fructus meliorationum, quia non debent compensari cum ipsis melioramentis fructus meliorationum, quas legitimi possessores maioratus fecerūt, non ita dico de frnctibus meliorationum, quas Reus solus fecerat post mortem uxoris, & filii, quia tunc jam non erat legitimus, & verus maioratus possessor, & ideo debent compensari cum ipsis melioramētis, etiam si fuissent possessor bonæ fidei.

Et quamvis admodum controversa sit quæstio hæc, & pro negativa parte multoties judicatum fuisset, & eam defendant *Val de jure emphyt q 25. numer 26 Gam. dec. 364. num 2. Garcia de expens. cap 23 à numer. 52. Britto de locato 3 p. rubric à num 45. Ant. de Amat resol. 14 num. 74.* ibi multos refert, tamen affirmativam partem probat *textus in L. Sumptus 48. ff. de reivend.* & eam defendit optimis fundamentis insignis *Barb. in L. divortio § fin. num. 49. & 50. Covas variar. lib. 1. cap 8 numer 4 vers quid igitur. Pereir. dec. 47. numer. 6. & 7 & 8. Reynos observ 56. numer. 15. Leotard. de usur. q. 13. à num 3.* quæ opinio est Accursii, ut tenent supra citati, quæ in judicando à nobis sequenda est, *ex Ord. lib 3. tit. 64.* & eadem *Ord.* eam amplexa fuit *lib. 3. tit 86. §. 5 & lib 4. tit. 48. §. 7.* quando vero possessor bonæ fidei dominium habebat licet resolubile, veluti possessor maioratus, tunc opinio negativa procedit ex *Leotardo de usuris d. cap 13. numer. 32. & 33.* & multis ab eo adductis, & testatur sic distinguere cōmuniter *scribentes cum gloss. & Bart in d L Sumptus, & in L. in fundo ff. de reivend Peregrin. de fideicomm. art. 50. n. 64.* Ulyssipone 5. Octobris 680. Vanvesselem.

Super his, quæ sub n. 2 45. & 6 indifferenter à præcedentibus Dominis sapientissimis dicta sunt, mihi quarto loco transit processus ad deliberandum, sed ad eligendum potius post deliberationes litteratissimas. Et in 2. n. secundi, & tertii Dominorum magis placet decisio. In 4 num. in quo mihi dicere non licet, nisi circa declarationem deducendarum expensarum tantum, de quibus fol. 228. cum eisdem convenio. Convenio etiam in quinto, quod Didaci expensæ noviter sint potius æstimandæ, quam amplectendum sit arbitrium æstimationis Præsidis. In cæteris ejusdē numeri decidendis, & in sexto determinationes, & declarationes proximioris Domini amantissimi subscribo. Ulyssipone 9. Decembris 1680. Sylva & Sousa.

Tantus, talisque processus iste est, ut licet à tot, tantisque Patribus discussus, adhuc mihi in quo hæsitare oporteat, superfuerit, Dicturus de his, quæ in prima aurea deliberatione

natione collocantur n.5.& 6 præcedentium proxime Dominorum ſuffragiis ſecurus acquieſco, excepta illa parte, qua jubent, ut fructus meliorationum à Reo poſt filii mortem factarum in illarum pretium illi imputentur, quia & ſi videam quanto juris fundamento doctiſſimus Dominus tertio loco deliberans hanc vaſtiſſimam controverſiam, confuſiſſimamque inter DD. pugnam diſpertiat,affirmativam eligendo, cujus potiſſimum fundamentum eſt, quod ille, qui in ali no prudens, ſciensque meliorationes facit, illas rei domino donare videatur, cum illi prorſus cedant, *L. adeo 7. §. ex diverſo ff. de acquir. rer. domin Menoch lib.3 præſum.32. Mareſcot.variar. cap.* 112. *num.* 10. & ideo ita meliorans fructus illos tanquam ex re aliena mala fide perceptos reſtituere teneatur,*L. & ex diverſo* 36 *ff. de reivend. L. ſi & me* 32. *ff. de reb. cred.* nihilominus pro contraria parte maximi nominis Authores validiſſime inſurgunt, quos longa ſerie recenſet *Faria in addit ad Cov. 1. variar. cap* 8. *num* 22. Sed quia ingeniosus, ſtudioſiſſimusque ille *Doctor* rem diſtinguendo componit *n.2 alias* 25. *ad fin.* Nempe ſi rei alienæ ſcientia poſt factas meliorationes ſuperveniat, fructusnon compenſet, immo illos ſibi retineat, eique meliorationes ſolvantur,ſin autem rem alienam eſſe ſciens, melioramenta fecerit; tunc etiam illarum fructus reſtituat. At Reus fol. 11. alienam Villam eſſe agnovit, igitur in mala fide conſtitutus meliorationes fecit, ideo fructus ex eis collecti cum ipſis ſunt cõpenſandi. Quoad meliorationes à Joanne ultimo, Reoque, & ejus uxore factas ptoximioribus Dominis accedo.Ulyſſipone 14. Januarii 1681. Pereira.

390 An in ſervis poſſit fieri maioratus? Reſolve ex ſeqq.

*Prohibitio de non alienando,quando reſtringitur ad certas perſonas,& illas non tranſgreditur.*

*Fedeicõmiſſum reputatur odioſum in jure,& illud interpretari debet.*

*Verbum* ( vendere ) *non comprehendit omnem alienationem,& modũ, quamvis ita eſſet de jure antiquo.*

391 REcurrere debemus ad teſtamentum P. Franciſci Valente, ubi examinata verborum diſpoſitione, facilis erit deciſio præſentis inſpectionis, ſunt ibi verba ſequentia. *A Jeronyma Valente, minha ſobrinha, deixo o meu eſcravinho Braz, e que ella, nem ſuas irmans,naõ poſſaõ vender eſtes eſcravinhos, q̃ lhe deixo, e vendendoos os deixo a outro parente dos mais chegados, e determino iſto aſſim, porque lhe tenho amor,&c.* Et infra.*Deixo a minha ſobrinha Maria Quareſma, Luiza minha eſcrava, com o meſmo encargo, que a naõ poſſa vender, &c.*

Ex hac ultima verborum contextura, viſum eſt docto Rei Patrono ſervam prædictam fideicõmiſſariam eſſe, adinſtarque majoratus ejus ſucceſſionem eſſe devolvendam conſanguineis de familia teſtatoris, nititurque in illis verbis. *que naõ poſſaõ vender a dita eſcrava*, quod verbum comprehendiſſe conatur omnem alienationem, & translationem dominii, quoquo modo fiat, ut extra familiam nunquam prædicta ſerva exire poſſit, ſed quam incivilis ſit prædicta excogitatio, ſatis demonſtrabo. 392

Primo, quando prohibitio eſt nominatim facta perſonam individuando,ut impræſentiarum cernitur, tunc prohibitio de non alienando ſolum comprehendit perſonam nominatam, & de perſona ad perſonam tunc non fit extenſio *gloſſ. in § nos igitur*, & ibi *Angel in authent de reſt fideicommiſſ Bart in L hujus § 1. ff. legat. 3. Bald. in L. Titius in princip ff. liber. & poſthum. Alciat. in L. liberor.num.7 ff. verbor. oblig.* quod procedit, licet adſit identitas rationis, *Craveta conſ.* 161.*& conſ.* 418. *numer.* 5. *Burſat. couſ.* 13. *numer* 21.*& conſ.*59 *numer* 32.*lib* 1. *Tiraq de retract convent* §. 1 *gloſſ.*6. *num.*24. *Menoch. conſ.* 1226. *numer.* 24 *& ſeqq.* quamplurimis *Fuſar de ſubſtit.q* 679 *numer.*14 *&* 15.Quod idem eſſet, & ſi in teſtamento adeſſent verba denotantia ſervitutem, cum teſtator vellet,ſeu adderet expreſſe ſervam ſuam perpetuo in familia manere, perpetuitas hæc reſtringitur ad vitam tantum vocatorum, & ita accipitur *in cap.ult. de reſcript. & in L.*1. *ff. pro ſocio*, in ſpecie ſcripſit *Menoch. conſ.* 706 *numer.*27. *Alex conſ* 59 *ſub num.*21.*lib.* 3.*Decius conſ.* 327. *num.*5. *ad med.* cum multis *Fuſar.numer.*17.*dict.q* 679. Quia ſemper perſonalis eſt hæc prohibitio, & non intereſt adjectio rationis,ut bona in familia conſerventur,quando ad perſonas certas reſtringitur, *Cavalc. deciſ.*5.*numer.* 87.*& ſeqq p.*3. ubi dicit ita judicatum in Rotta Romana, *Surd conſ.*67 *numer* 22.23.*&* 24. tenet contrarium, quando teſtator expreſſe dicit, ſe velle bona in familia conſervare,& refert judicatum *Jaſon. Rip.* & alii, quos *ibidem* citat, vocatque hanc prohibitionem perſonaliſſimam, ita *Fuſar q* 673 *num.*8.*&* 9.17.*&* 18. nomine proprio alienare prohibetur, *L pater quindecim ff legat.*3. *Bart. in L. peto §. fratre numer.* 2.*ff. legat.* 2. *Menoch. conſ* 85.

*num* 109. *Craſſ. in § fideicommiſſum q.* 5. *num.* 1. *Capyc deciſ.* 108. *numer.* 2. *Surd. deciſ.* 125. *num.* 2. in verbis ibi: *At ſi prohibitio alienandi injuncta eſſe legatariis ſub proprio nomine, utique diceretur perſonalis, & non extenderetur ad hæredes illorum, vel alias perſonas, L. Lucius §. Sempronius ff. legat* 3. *ubi Bart.* dicit, quod prohibitio facta hæredi nominative, non includit hæredem hæredis.

394 Et ratio eſt, quia prohibitio alienationis eſt odioſa, quæ tollit facultatem diſponendi de re, *L. non uſque adeo ff. ſi quis à parente fuer. manum. Decian. conſ* 47. *numer.* 2. *lib* 3. *Menoch. conſ.* 347. *numer.* 27. *& ſeqq. Peregr. de fideicommiſſ. art.* 22. *numer.* 62. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *numer.* 20. *Menoch.* 4. *præſumpt* 94. *numer.* 22 *Cephal. conſ* 168. *numer* 8. *Alexand in L. filiusfamil. § Divi, & ibi Jaſon. Socin. Jun. & alii omnes ff. legat* 1. pluresque alii adducti *à Fuſar. q* 676. *numer.* 1. & procedit reſpectu ipſius prohibiti, non autem reſpectu eius, cujus favore facta eſt prohibitio, quia quoad illum cenſetur favorabilis, ita *Fuſar. d. q.* n 4.

395 Plane in præſenti inſpectione, ſolum prohibitio alienandi facta invenitur reſtricta ad perſonam Mariæ, quo caſu dicendum apparet prohibitionem eſſe perſonalem, & non extendi poſſe ad alias perſonas ultra prædictam Mariam in inſtitutione nominatam, quod ſolum haberet locum in prohibitione reali, tunc enim extenditur de perſona ad perſonam, ut *Fuſar q* 679 *numer.* 20. *verſ. declaratur* 4. & non obſtat ratio affectionis, ut extenſio fiat in prohibitione perſonali, *Surd* 125 *num* 7. ibi: *Quod prohibitio facta hæredi nominatim non tranſit ad hæredẽ hæredis, licet ſit de domo, vel ſepulchro maiorum, ad quæ teſtator habuit affectionẽ, Ruin. conſ.* 127 *num* 1. *in fin. vol* 2. *Socin. in conſ.* 13. *num.* 23. *vol* 4.

396 Et paulo infra. *Ita in propoſito illa tacita ratio affectionis poteſt convalidare prohibitionem, non autem extendere, &c.* Ergo cum Mariæ prohibitio tantum impoſita fuiſſet, illaque perſonalis, ſeu perſonaliſſima ſit, ut illam præter aliam non comprehendat perſonam, poſt mortem Mariæ fit ſerva hæreditaria, & incivile eſt dicere in fideicommiſſum fuiſſe relictam, ut perpetuo in familia conſervaretur, de qua expreſſione teſtator non egit, ſed tantũ de ſimplici prohibitione, ex qua fideicommiſſum non oritur, quia cum in jure odioſum reputetur, *L. cohæredi § cum filiæ*, & ibi *DD. ff. vulgar. & pupil. ſubſt. Menoch. lib.* 4 *præſumpt.* 67. *in fin. Fuſar. ſubſt. q* 290. *& q.* 291. in dubio judicandum eſt fideicõmiſſum non extare, ex *Reg. Odia de reg. jur. in* 6. *L. cum quid ff. liber. & poſth. Surd. deciſ.* 425. *numer.* 7. *ad fin.* ibi: *Ideo in dubio non debet fieri interpretatio, per quam fideicommiſſum inducatur, ſed contra potius, ut excludatur. Mantic. lib* 7. *tit.* 1. *n.* 11 *&c.*

Rurſus non obſtat, verbum illud, de quo teſtator uſus fuit, *que naõ poſſaõ vender*, hoc quippe verbum fideicõmiſſum non inducit, ut voluit doctus Patronus, ex eo quia verbum (*vendere*) comprehendit omnem alienationis modum, quocunque modo fiat, *ex text. in L ſtatu liber.* 29 *ff. ſtatu liber.* ibi: *Emptionis verbo omnem alienationem complecti.* Reſpondetur namque, hoc habere locum antiquiſſimo jure duodecim tabular. quarum tempore contractuum non erat facta diſtinctio, ideoque verbum (*Emptio*) & venditio latius patebat, ejuſque nomine quilibet contractus ſignificabatur, ita explicat *Pinel in rubr. de bon mater poſt numer.* 26 *p.* 2. *& in L.* 2. *Cod reſcind. vend. numer.* 11 *fol.* 78. *Gregor. Lop. in L* 2 *tit.* 5. *p.* 5. & melius *L* 55. *littera B eadem part.* refert *Cald. Pereir. ad L. ſi curatorem verbo venundediſſi numer* 20. *Cod in integr. reſtit.* ubi etiam cum *Bald. Plaç. Lucas de Pena, Tiraq.* exiſtimat venditionis nomen reſtringendum eſſe ad emptionem pretio certo conſiſtentem, & non comprehendere donationem, permutationem, cæterosque contractus, quando ſumus in correctoriis, aut in quibus odium vertitur, ſic limitantes *reg. d L ſtatu liber. ff. ſtatu liber.* ut non præcedat in materia odioſa, & pœnali, ſeu correctoria, ut cum *Burgenſ. Fabiano, & Barboſ.* tenet idem *Cald. num* 2. *&* 3. Plane prohibitio alienationis eſt odioſa, quia facultatem adimit, ut ſupra dicitur, ut cum reſpectu prohibiti cenſeatur, ut jam diximus, non eſt facienda extenſio ad omnẽ alienationis modum, ut confuſe conſideravit aggravantis doctiſſimus Patronus.

His itaque reſolutis exiſtimo ſervam, de qua agitur, hæreditariam manſiſſe poſt obitum Mariæ, cui primo in teſtamento fuit relicta, poſt cujus obitum illa prohibitio alienandi penitus evanuit, & à fortiori poſt obitum filii Ludovici, poſt cujus mortem pater Alvarus hæres extitit, quia adhuc eo vivente filius deceſſit abſque filiis, cum ergo ſerva, de qua agitur, Alvaro pertineat titulo hæreditatis, & poſt mortem Ludovici filii ad poteſtatem patris fuiſſet regreſſa, ut dicunt teſtes fol. 158. 160. verſ. actrixque beneficio legis in poſſeſſione Caſalis remaneat, ut jam in Senatu noſtro Actrici proviſum fuit, non obſtante, quod maritus eam hæredem non inſtituiſſet. Tamen poſſeſſio ſervæ illi eſt reſtituenda, quia hæreditati mariti pertinet, &

ſuppoſito, quod ſerva fideicommiſſaria erat, libertatem accipere debebat de manu Actricis, *L. reſtituta ff. ad Trebellian. L cohæredi §. cum filiæ ff. vulgari*, & quia de facto ejus poſſeſſio fuit occupata,de facto etiam poſſeſſio revocatur, *L.* 1. § *neceſſario ff. ſi ventr. nomine L. meminerint, L. unde vi, & hæres remediis poſſeſſoriis reſtituitus.L.*1.§ *redigũt ff quorum legator L. non eſt dubium Cod. de legat.* Quare cum propria authoritate Reus ſervam apprehendiſſet, & illi non pertineat, exiſtimo reſtituendam eſſe Actrici tanquam detentæ in poſſeſſione bonorum mariti,cujus hæreditati ſerva omnino pertinet, ſic confirmato meritiſſimo Præſide Curiali. Ulyſſipone 2.Januarii 1666. Marchão.

Catherina de Figueiredo de Lemos, contra Joſeph de Valdevinos de Lisboa, Eſcrivaõ Alvarez da Coſta, anno 1666.

Et non ſolum poteſt fieri, & erigi maioratus in bonis in Regno exiſtentibus, ſed etiam in bonis ſitis apud Hoſtes,ea conditione, ſcilicet, ſi recuperentur ab illis, ut tenet *Bart. in L.quod apud Hoſtes ff leg* 13. *Anton. Gom tom.*1. *var.cap.*12. *numer.* 17 *Xuar alleg* 8.*num* 1.& facit *text. in cap. Abbate ſane de re judicat. lib.* 6. *L.fin ff. act empt.*ibi : *In hoſtium poteſtate,Ruin.conſ* 25.*lib* 2.

Et poteſt etiam erigi,& fundari maioratus ſuper præcedentia ſedis in Eccleſia, & ea ad ſucceſſorem tranſit, *Valeron de tranſact. tit.* 3 *q.*6 *n.*47.

Si aliquis faciat maioratum, & bonis propriis, & alienis, ſubſiſtit maioratus erectio in bonis propriis, & non in alienis regulariter, & ſi aliqua fuerint maioratus, ſuſtinetur erectio, & in aliis non viciatur erectio, quia utile per inutile non viciatur, *L.* 1 § *item quæritur ff aqua quotid & æſtiv.*& in ſimilibus terminis *Mier de maiorat. p.*1. *in initio numer* 170 *Surd.conſ.*450 *numer.*53.*Gut lib.*3. *pract q* 51 *num* 15 *Paz ad leg. ſtyl. q* 4. *num.* 99.*Angul. de non meliorand. in L* 11. *gloſſ.*4. *num.*14.*Caſtill lib.*2.*contr.cap* 7.*numer.*27.*& lib* 5.*cap.*100.*num.*5.

At vero in bonis alienis, & alterius poteſt fieri maioratus & bonorum annexatio,ſi Dominus, aut præjudicatus conſentiat, ut judicatum fuit in cauſa ſequenti.

No feito de aggravo de Antonio Pereira de Caſtro, em que he parte Anna Pereira, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte

*Acordaõ os do Dezembargo,& c. Naõ he bem julgado pelo Juiz, em haver por nulla a ſegunda annexaçaõ, que o inſtituidor fez ao morgado, de que ſe trata, dos bens declarados no terceiro artigo do libello, e haver por nullo o conſentimento, que a R. e ſeu marido Balthaſar Pereira Lobato, pay do A. a iſſo deraõ, e que ſómente poſſa valer na ametade dos ditos bens do terço do dito ſeu marido, e em o condẽnar que lhe largue eſtes com os fructos delles da indevida occupaçaõ até real entrega.Revogando ſua ſentẽça,viſtos os autos, e como ſe moſtra, que o pay do A. e a R ſua mãy eſtiveraõ pela dita annexaçaõ dos ditos bens, que o A. fez por ſeus, e nella conſentiraõ, e ter o contracto feito no teſtamento,em que elles foraõ herdeiros do inſtituidor, e tinhaõ obrigaçaõ de eſtar por elle, e dos autos naõ conſta legitimamente, que os ditos bens foſſem do pay do A. e da R. ſua mãy, antes da dita annexaçaõ e antes da morte do defunto,nem as teſtemunhas,com que diz o prova,daõ razaõ alguma de ſeus ditos, nem como o ſabiaõ, nem razaõ alguma porque foſſem ſeus, ou lhe pertenceſſem,nem ſe prova legitimamente, que a anexaçaõ dos ditos bens excedeſſe à terça dos do pay do A. no que ſe devia attender à adminiſtraçaõ dos bens do morgado, e fructos delle, com que neceſſariamente ſe haviaõ de acreſcentar os bens, e por ſeguinte a terça, e legitima do A e com que podia naõ ter nella prejuizo, além de que o A.tinha obrigaçaõ como herdeiro de ſeu pay, que o foy do defunto naõ contradizer ſua vontade, com que abſolvem a R. do pedido pelo A. ao qual condẽnaõ nas cuſtas dos autos de ambas as inſtancias. Porto* 4. *de Novembro de* 1670. *Leitaõ. Correa.*

Et hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Pater maioratum conſtituens, vel conſentiens, ut ejus bona maioratui evinculentur, vel annexa permaneant, filiorum legitimis præjudicare non poteſt, *L.quoniam in prioribus* 32. *Cod. inofficioſ. teſtament.* de cujus textus declaratione omnes referunt apud *Barb. in ejus collect & in hac ſpe. Phæb* 1. *p. deciſ* 35 *&* 2.*p. deciſ.*112 *poſt Molin. de primog lib.*2.*cap.*1.*num* 9 *ubi addentes.* 404

Sed revera iſte non eſt punctus noſter, nam inſtitutor de ſuis bonis diſpoſuit à fol. 4. verſ. & iterum in teſtamento alia ſua bona poſtea quæſita vinculavit, quæ omnia Rea, & ejus maritus non ſolum agnovit, & vera recognovit, immo implementum, & obſervantiam promiſerunt, contra quam obligationem mihi nil prodeſt reclamatio, ſeu proteſtatio fol. 13. tum quia abſente parte facta fuit ex his quæ, *Prax. Luſit p.*1.*lib.* 3. *cap.*21 *numer.*60. *& lib.*4. *cap.*9. *numer.* 5. cum etiam quia cauſa proteſtationis nonprobatur, nec ſimplex allegatio prodeſt, immo probanda eſt ex doctrina *Prax.*2.*p.lib.*3.*cap.* 12. *n.*22. 405

Pro-

406 Promissum enim cur præsentes, cur vivente stipulatione adimpleri debet, quod etiam procedit, cur absentes, si adsit acceptatio, *Molin. de just. tr. 2 disput. 262 & seqq. Dian p. 8 tr. 6. res. 93. & seqq. & resol. 108. Cancer. var. p. 1. cap. 8 à numer 36. Molin de primog lib. 4 cap 2. numer. 76 ubi addent* nam contractus ex conventione partium legem accipiunt, *Barb. axiom 57. à num. 1.* ubi plures quibus addo *Valenz. 1. tom cons 9 num 29. Giurb. decis 79 numer. 21* plures refert *Pegas cap. 3. num 83.* Unde injustissimum foret, si R. successionem haberet maioratus, & postea à conventione prius habita cum institutore recederet, qui quid sciens de contraventione, aliam personam vocaret ad administrationem.

407 Rejecta igitur protestatione, seu reclamatione, præjudicium legitimæ A. inspiciendum est, ego sane nullum probatum invenio; licet namque aliqua bona, de quibus in tertio libelli articulo in testamento annexa maioratui reperiam, & testes temere, & sine ejus differentia deponant R. & ejus virum dicta bona possediss, non tamen declarant, an hoc feciss ante institutionem, & ante testamentum, stante igitur testamenti confessione, ubi bona ista instituentis fatentur crederem, prout jus possessa fuisse à partibus AA. virtute successionis, ut relata in testamento, & ibi à partibus acceptata stare possint cum dicta testium depositione.

408 Nec etiam constat, an talia bona excedant tertiam matris, & ejus mariti (quæ quidem tertiæ ad observantiam dictæ promissionis prorsus obligatæ sunt ex DD in principio citationis) quidquid dicant aliqui testes sine causa, & ratione dictorum.

409 Juvat silentium R. quæ nil opposuit contra A. contentionem; agnoscendo hoc modo, non sine fraudis præsumptione, ejus pertentionem, quidquid prodesse non debet de jure, etiam si aperte actionem certificet; si ulterius veritas non probaretur. *Valasc. cons. 87 num 4 Gam 246. numer 1. Addent. ad dict. decis. 165. & 224. Ægyd. in L 1. Cod. sacros. Eccles. p. 5 § numer. 37. Cyriac. tom 2. contr 251 num 6 & seqq. & n. 12. Larr. alleg. 95 à n 11.*

410 Quæ quidem probatio si adesset, tertiam patris, & matris A. sustinerem vinculatam, & tamen quoad excessum irritam judicarem additionem in testamento vinculo factam; si æque, & legitime probaretur non fuisse inter bona instituentis, prout in testamento firmatum fuit; unde cum deficiant istæ specificæ probationes maioratum inficere non audeo, sunt enim favorabiles dictæ institutiones, & favendæ, ut pulchre de jure probat *Castill. lib. 5 cap. 145. à num. 16.* Sic revocata sententia. Portu 21. Julii 1670 Correa.

Agitur hæc causa inter filium, & matrem, 411 ubi potest dari fraus, aut simulatio, ut considerat *text. in L. data Cod de donat.* & inquit *Bart. in L. post contractum num 2. 3 ff eod. tit. Surd cons 373 numer 39. Gratian forens tom. 2. cap. 255. numer. 7. Staiban. forens. resol 9. numer. 16.* & ut fraudi, seu simulationi non aperiretur via juxta *text. in cap. 2. vers. nos attendentes de dolo, cap. ad nostram vers. quia igitur de emption. L. 1. L. ex dolo ff. de dolo.* Curatorem bonis maioratus, de quo agitur, dari debere existimo, siquidem præjudicium huic maioratui, seu Capellæ à defuncto instituto, & successoribus illius inferri potest forsan in A. & R. cum sint filius, & mater adversus maioratus institutionem pactionē conflarent, volendo bona, de quibus agitur, in libello esse libera, & de eis disponerent ut vellent. Illa autem bona à testatore instituente annexa, ut sua, maioratui in testamēto fol. 12. vers. inveniuntur, præsentibus patre Actoris, & ejus matre, qui non contradixerunt, immo consenserunt, & ita acceptaverunt, & ita præsumuntur testatoris esse, & ut universales hæredes à testatore relicti in dicto testamento non poterant venire contra factum & expressam voiuntatem testatoris, sed illius voluntatem adimplere tenebantur juxta *text. in L cum à matre Cod rei vend. L. 1. Cod. sacros. Eccles. Surd tom. 2. cons. 353. num 1* Immo nec poterant alienationi rei propositæ illorum à defuncto factæ contravenire juxta *tex in L filius ff. de liberal caus. L 3 ff rebus alien non alienand Surd. cons. 353. à numer. 1.* Et etiam in ratione contractus ab eis cum testatore in dicto testamento celebrati, quia à principio est liber, & voluntarius, sed post obligationem contractam ab eo resilire non licet, *L sicut initio Cod action & obligat. L de contractu 3. Cod. reivend Surd tom. 1 cons 38 numer 6. & cons 68 numer. 5 & cons. 179 num. 54. & cons. 205 num 9.* imo debet servari tanquam lex, *L contractus ff. de reg jur.* Et sustinetur in testamento, *L. assignare ff. assign liber L si Titio, aut Seio § fin ff. legat 2 Surd tom 2. cons. 282. num. 8.* Nec etiam Actor contravenire poterat, inquit enim in libello patris esse hæredem, & sic hæres etiam dici debet testatoris, hæres enim hæredis, testatoris hæredis dicitur juxta *text. in L qui patri 59. ff. acquirend hæredit. L. qui liberis Cod hæred. instit. L. paterfamilias ff. vulg Gratian. forens. tom 4 cap. 612. num. 13. & cap. 743 n 18.*

*Mend.*

*Mend. à Caſtr. in prax. lib. 4. cap 8. §. 14. num. 51.* Et poterat teſtator diſponere de rebus hæredis, ſicut de ſuis, *L. unum ex familia § ſi rem ff legat. 2. L. is cujus ff. eod. tit. Surd deciſ 30. numer. 20. & deciſ. 11. numer 5.* & hoc ſive ſcienter, ſive ignoranter hoc feciſſet, ita *DD in L ſi hæredis § ſervus ff. legat. 1 § non ſolum, & § ſi res legata inſt. de legat. Gom var tom. 2 cap 12 numer. 14.* & A. ut hæres patris, hæredis defuncti, non poteſt venire contra illius diſpoſitionem, & ita videtur actionem non habere, ſine qua nemo experitur, ad *text. in L. ſi pupilli § videamus ff. de neg geſt* Et à fortiori reſpectu matris R. quæ quateuus vivit, nullam actionem habet, legitima enim non debetur vivente matre juxta *text. in L. 1. § ſi impuberi ff. de collat bonor. L 2 §. interdictum ff de vulgar & pupillar L fin.* ubi *Bart. & Bald. ff. de liber. agnoſcend* & alii, quos refert, & ſequitur *Surd. deciſ 167. numer. 1.* Deinde Actor legitime non probat bona, de quibus agit in libello, eſſe patris, teſtes enim quibus hoc probare intendit, nullam rationem reddunt ſcientiæ, ſed vaſè deponunt. Nec A. oſtendit documentum aliquod, quo probetur, nec unde patri, aut matri provenirent, nec cauſam qua eis pertinerent.

Et denique non probat annexationem dictorum bonorum excedere valorem tertiæ partis defuncti, & matris, & inferre præjudicium ejus legitimæ, maxime patris, de qua nunc ſolum agi poteſt. Et ad hoc debebat declarare bona inventa poſt mortem patris, & eorum valorem oſtendere, & valorem bonorum, de quibus agitur, circa quod lucrum adminiſtrationis maioratus, & ejus fructuum attendi debet, quibus bona patris, & matris neceſſario opulentiora futura erant morte illorum, & poſt conſequens opulentior eſſe debet legitima Actoris poſt mortem cujusque illorum, ex quibus, & ex doctiſſimis fundamentis Domini in ſua deliberatione ſententiam Judicis revocarem. Portu 4. Octobris 1670. Leitaõ.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Noronha. D. Carvalho 23 de Janeiro 1672.

Et ſi maioratus fuerit erectus ſuper domo aliqua, quæ ignorante fundatore ſit deſtructa, in area tenet, & manet erectus, ut cultis tradit *Hermoſill ad Greg. gloſſ 1. L. 14. tit 5 numer 6. pag mihi 479. & gloſſ. 5. L 44. tit 5 num. 18. pag 670.* Quod ſi aliquis ex vocatis non adſit, bona libera remanent, & non ſuſtinetur maioratus erectio, & quid in ſepultura, & quando cenſeatur erectus in illa, vide ſententiam ſequentem.

No feito de petiçaõ de reviſta de Luiz Leite Ferreira com Diogo Lopes de Carvalho, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte. 415

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz dos Orfaõs da Villa de Guimaraens em haver por provada a exceiçaõ de esbulho pelos excipiẽtes appellados offerecida. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como os ditos excipientes appellados naõ provaõ os requiſitos que em Direito ſe requerem, e conſtar, que a ſepultura, de que ſe trata, naõ foy unida, e vinculada à Capella de que ſe faz mençaõ, e ſer do avo do A. defunto originario, em que ſe podia mandar ſepultar por ſer ſepultura de ſeus maiores, conforme a Direito Canonico, e o mais, que dos autos conſta, haõ a dita exceiçaõ por naõ provada, e mandaõ, que ſem embargo della corra a cauſa ſeus termos com o appellãte excepto, e condẽnaõ aos appellados nas cuſtas dos autos de ambas as inſtancias, e do retardamento da cauſa. Porto 21. de Abril de 1665. Freytas. Doutor Tavares.*

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus. 416

Si Judex dicat cõmiſſum fuiſſe attentatũ, Senatus noſter quotidie reſolvit per appellationem recurrendum eſſe, & non per gravamen in proceſſu, cum *Caſtr. in prax. 2. p. lib. 2. cap 11. num 37. cum ſeqq per text in L. 1. §. quæſitum ff. de appellat. Amat. Roder. in pract. cap ult. p. 1. num. 1. Mirand de ord judic q 30. art. 8. concl. 4.* refutato *Phæb. 1. p. areſt. 22. & aliis.* Judex in præſenti caſu, attentatum pronunciat interveniſſe fol. 59. verſ. recte igitur per appellationem ſupplicatum fuit ad Senatum noſtrum Sicque de meritis cauſæ cognoſcendum à nobis eſt. Qua inſpecta, & proceſſu, attentatum minimè impræſentiarum adeſſe credo: quoniam A. originarius in ſepultura maioratum ſuorum ſe juſſit ſepelire, prout ei licitum erat de jure, *text. in cap 1. de ſepultur. text in cap. is qui, & cap. licet pater eod tit. lib 6 DD cõmuniter in dict jurib Jaſon in L 2 § Prætor ait numer. 3 ff. de in jus vocand Cardoſ verbo ſepultura numer 2.* Et ideo ſepulturam elegit in Eccleſia, & loco memorato, fuit namque A. originarius nepos Salvatoris Lopes, cui primo ſepultura contentionis conceſſa fuit, ſibi, & ſuis hæredibus, patet fol. 50. & cum eſſet avus originarii eius maior nuncupatur *ex text. in cap. 2. de verbor. ſign* Sicque jure potuit eligere dictam ſepulturam, quæ nullo modo inter proprietates vinculi, & Capellæ dicti Salvatoris (ſi forte detur, de quo modo

non disputamus) minime continetur, immo est quid ab illis separatum: cum igitur, ut attentatum committatur, necessarium sit, ut fiat aliquid prohibitum, secus si permissum fuerit à lege, & sit quid licitum, ut tenet *Valasc. cons.* 156 *numer.* 8 *cum seqq.* ubi citat *Ægid. Joann. Monach. & alios*, prout in terminis, de quibus agimus, licitum erat A. originario in sepultura avi sui sepeliri, cessat attentatum A. habilitato objectum, & sententia judicis revocanda venit. Portu 15. Aprilis 1665. Doctor Tavares.

Doctissimæ deliberationi acquiesco Portu 18 Aprilis 1665. Freyras.

418 A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata sententia sequens.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Aggravado he o aggravãte pelos Dezembargadores dos aggravos da Casa do Porto, em excluirem do morgado que instituio Salvador Lopes Revogando sua sentẽça, vistos os autos, dos quaes se mostra apartar o testador os bens, de que se trata, para a sua terça, e delles fazer expressamente Capella, chamando por primeira administradora sua mulher, e depois dos seus dias filho, ou filha, qual ella nomear, ordenando, que andassem sempre unidos, e para esse effeito se fizesse tombo delles, o que confórme a Direito induz vinculo, naõ só a favor do encargo, senaõ dos administradores chamados, nem foy necessario fazer mais expressa prohibiçaõ de alhear, porque como deixou os bens em propriedade á sua alma, e á mulher, e filhos a administraçaõ, nenhum delles podia pertender direito para a venda, por lhe faltar o dominio, ainda quando naõ fosse perpetuo, por tanto visto constar ser o aggravante descendente do instituidor, e o aggravado naõ ter com elle parentesco algum, e estar de posse dos bens da contenda, o condẽnaõ a que os largue ao aggravante com os fructos da lide contestada em diante, e nas custas dos autos. Lisboa 4 de Fevereiro de 1668. Roxas. Menezes. Marchaõ.*

419 Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

420 Vertitur quæstio, an ex dispositione testamentaria, seu Capella inducatur, an tantummodo fideicommissum perpetuum cum onere missarum, ut ad quemlibet successorem transeat licet extraneum; ad institutionem recurrere necesse est, ut veritas elucescat, & nodus præsentis jurgii melius dissolvatur, in illa clausulæ sequentes reperiuntur.

421 Prima: *Aparto para o meu terço de meus bens moveis, e de raiz in solidum, e tomo para minha alma a quinta da Ribeira, e assim mais aparto os cinco quinhoẽs da mesma quinta, ou o preço que me custaraõ, e para meu terço dos bens de raiz os tomo e me digaõ cada hũa somana duas Missas hũa á festa feyra, e a outra ao sabbado, as quaes serão ditas sobre minha sepultura em a minha Capella de Santa Catherina Deixo a administraçaõ desta Capella, e Missas, e quinta a minha mulher Margarida Gonsalves, e que ella administre, e governe, e mande cumprir, em quanto ella viver E por sua morte nomeará por administradora da dita quinta, e quinhoens sobreditos, e governador della a hum filho, ou filha, qual mais quizer Quero se faça tombo destes bens, para que nunca seja apartado delles cousa nenhuma Mas antes tudo andará junto para por todos se fazer o que mando fazer, e saber, o que delles he.*

Ex quibus verbis satis colligitur, non aliam fuisse instituentis voluntatem, nisi bona, de quibus agitur, perpetuo vinculata relinquere, & ut clarius procedatur, sciendum est duobus modis institui maioratus, aut quando colligitur factum per conjecturas, aut quando expresse demonstratur instituentem illum facere voluisse, ex eo quia usus fuit verbis expressis, & demonstrativis, quæ voluntatem designent.

Primo casu fit maioratus per conjecturas, quando instituens insinuat, & bona sua in familia perpetuo conservari, quamvis de maioratu non meminisset, tunc enim ex conjecturata mente testatoris colligitur, maioratum instituere voluisse, aut quando in ipsa institutione de prosapia meminit, parentella, domo, genere, & aliis similibus verbis, quibus debet uti, quæ specifice declarat *Peralta in L cum ita legatur § in fideicommisso ff. legat. 2. num 15. Molin de primog lib 1 cap. 5 numer. 25. Valasc. cons. 82. numer 7 Anton. Gom. in L 4 Tauri numer. 44 Pellaes de maiorat q. 5. Gam. decis. 345. Phæb. decis. 120. 2. p numer. 1. Menoch de arbitr lib. 2. casu 496. numer 2. Mantic. conject. ult. vol. lib 6. tit. 12 numer. 8. Fusar de fideicommiss. subst. q. 499. à numer. 1. Garcia de nobilit gloss 1 §. 1. à num 29 Mena lib 1 var. q. 17 numer. 31. Castill. quot. tom. 2 cap. 22 numer. 39. & cap 144 numer. 46. Gabr Pereir. decis. 5 numer. 3.* ubi agit, an requirantur conjecturæ concludentes, an leves, an totum Judicis arbitrio fore relinquendum.

Quibus terminis prædictæ conjecturæ solum debent attendi, licet olim antiqui patres existimarent, solum Missarum onus sufficere ad maioratum constituendum, ex eo quia illa oneris obligatio individuitatẽ inducebat, argu-

argumento *text. in L. cui fundus ff cond & demonſtr.* contrarium namque obtinuit per *text. in L fundi Tubatiani ff uſufruct. legat. Gam. deciſ* 30. *per tot.* ubi *Flor. de Men Reynoſ. obſ.* 68. *per tot. Valaſc. conſ* 82. *numer* 8. ex ea ratione, quia ſemper interpretatio debet ſumi, ut res minori onere affecta cenſeatur, *L pater filium* §. *fundum ff legat.* 2.

25 Nec prohibitio alienandi ſufficiens erat, ſi inſtitutor de familia mentionem non faciebat, illa namque ſimpliciter facta, tanquam ſimplex præceptum reputatur, & nullius momenti eſt, *L. filiusfamil* §. *Divi. ubi omnes ff legat.* 1. *L pater filium* §. *Julius Agripa ff leg.* 3. *Reynoſ. obſ* 68 *à numer.* 33 *optime Mantic. de conjectur. ultim. vol. lib* 6 *tit.* 14. *num.* 24. *verſ ſed contrarium, Britto ad cap. potuit de locat.* § 3 *numer.* 25. *ad fin.* Et denique concludunt omnes, quod licet conjecturæ aliæ in inſtitutionibus inveniantur, ſemper, & omni caſu exprimi debet illa clauſula favore familiæ conſervandæ, ſeu aliæ ſimiles, eundem ſenſum exprimentes, videlicet, quod bona de hærede in hæredem vadant. *Peregr de fideicõmiſſ. art.* 14 *num.* 14. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib* 7. *tit.* 1. *numer.* 44. *Menoch. conſ* 95. *num.* 117. *Fuſar. de fideicommiſſar ſubſt q.* 290 *numer.* 3. *& q.* 291. *num.* 3.

26 In ſecundo vero caſu maioratus, Capella inſtituta cenſetur, quando teſtator identico nomine maioratus, ſeu Capellæ uſus fuit, ut in terminis reſolvit *inſignis Præceptor Veiga in L fæminæ numer.* 6. ibi: *Niſi nomen maioratus, ſeu Capellæ apponatur, &c. Molin. de primog. lib.* 1 *cap.* 5. *ad princip.* in verbis ibi: *Quod quando expreſſe teſtator ſe maioratum inſtituere profitetur, proculdubio procedit, &c. Idem cap* 6. *art.* 31. *& lib.* 1. *cap* 3 *numer.* 2. *& cap* 4 *numer* 13 *&* 14 *& cap* 5 *n* 42. *Honded. conſ* 45. *numer.* 40. *& conſ.* 46 *num.* 21. *Giurb. de feud* § 1 *gloſſ* 8. *numer.* 29. *&* 35. in verbis ibi: *Fit mentio de primogenitura, vel maioratu, tunc primogenituram inductam dicimus licet in verbis diſpoſitivis nihil expreſſum ſit, &c. Cov. var. lib.* 3 *cap.* 5. *numer.* 2. *Peregrin. conſ.* 102. *numer* 9 *in* 4 *Fontanell. de pact. nupt. clauſ* 1 *gloſſ.* 1. *numer.* 44. *tom.* 1. *Fuſar q* 384 *numer.* 3. *Menoch conſ.* 703. *num.* 6 *conſ* 803. *num* 40 *conſ* 926 *à numer.* 1 *conſ.* 1023 *numer.* 7. *Caſtill lib.* 2 *cap.* 22 *& lib* 5. *cap.* 143. *part.* 2 *Surd. conſ.* 241 *nume.* 27. *&* 33. *Vatenz. conſ.* 69 *n* 7.

472 Licet contrarium judicatum vidiſſet, teſtatur idem *Valaſc. conſult. 84. num. 3. per text. in L. jur. uſuras 55. ff. de donat. inter*, cui reſpondit *idem Valaſc. eod numer. 3. & inſignis Barboſ. dict. num 46.* ſuprapoſita tamen reſolutio procedit, quando uſuræ fuerunt ſtipulatæ, ut per *Valaſc. dict. conſult. 84. in caſus poſitione, & conſult. 8* & dicunt DD. ſupra allegati: alia inſurgit quæſtio, an idem dicendum ſit caſu, quo uſuræ ſtipulatæ non fuere, ut ſuccedit in caſu præſenti, ubi debent peti per officium Judicis juxta ea, quæ *Valaſc. dict. conſult 8 num. fin.* quod Judicis officium eſt magis debile, faciliusque extinguatur, cum nullam præſupponat abligationem, *L. quod ſi minor §. fin. ff. minorib. gloſſ. verbo ne facias in principio inſt. de action. Valaſc. de part. cap. 8. numer. 48.* Præcipue ubi pater dotans filium dotatum omnia bona, ac fortunas ſuas contulit, aliis fratribus relictis: quapropter ſi ipſe filius durante matrimonio uſuras non poſtulaſſet, eas quaſi in remunerationem tantorum beneficiorum remiſſas cenſendas eſſe arbitrari potuiſſet juxta ea, quæ inſignis *Barboſ. in L. quæ dotis n. 53. verſ. ſuccedit tertius caſus, Palac. in rubrica cap. per veſtras §. 10. & §. 45 numer. 14. Tiraq. in L. ſi unquam verbo donatione largitus numer. 50. Cod. revocand. Menoch. de arbitr. caſu 88 num. 53.* Sed decidere hanc quæſtionem pro hac parte neceſſe non eſſe in præſenti oſtenditur, cum uſuræ ſolutæ reperiantur à dotatore, in quo fit reſponſio ad ſecundam quæſtionem.

Nam Didacus dotatus, dum teſtator vixit, recepit redditus, & proventus villarum, & præditorum oppidi de Pinhel, ut conſtat ex teſtibus fol. 85. verſ. quorum bonorum redditus, ac proventus excedebant quantitatem 300. mil. terunt. vulgo *mais de trezentos mil reis*, teſtis fol. 100. apparet ex locatione fol. 124. facta per dotatum Didacum villæ, & bonorum ſupra dictorum pro pretio 220000. terunt. liber. ex omni onere, quare ſive conſideremus dotem in pecunia, ſive in bonis receptis prædictis quantitatibus annuatim à dotato ſatis, ſuperque ſatisfecit dotator præſtando prædictos redditus per 8500. ducator. non ſolutos, & ſi uſuræ regularentur per bona dotata, forſan eorum intereſſe, & redditus prædictorum 220000. terunt. non importarent: igitur reconventioni in hac parte annuere non licet. 473

Nec adverſus ſuperius reſoluta obſtabit dicere R. quod ejus maritus redditus omnes ſupradictos non recipiebat, ſed pro medietate, quia R. eſto quod ita eſſet duplici de ratione ſolutas eſſe uſuras affirmo: primum ex eo, quia ubi primum ille, cui maiores debentur uſuræ, minores accepit per ſpatium longi temporis, ſive per multos annos, nempe per triennium, caſu, quo uſuræ eſſent ſtipulatæ, non poteſt poſtea maiores petere, *text. eſt expreſſus in hac materia in L. qui ſemiſſes 13. ff. uſuris, L. 1. Cod. de fideicommiſſ. L. adverſ. Cod. de uſur. ubi Aug. Barb. in collect. an. ad illum text. inſignis Barboſ. in L. quæ dotis num. 48. ff. ſolut. matr.* Ex actis conſtat non ſolum per triennium, ſed per longum tēpus dotatorem recepiſſe ſaltem 100 mil. terunt. ut R. fatetur in ſuis poſitionibus annuatim, meritoque exceptione pacti inducti à lege debet repelli R. à petitione in hac parte, præcipue in hoc caſu, in quo uſuræ ſtipulatæ non reperiuntur, immo inveniuntur ex parte dotati illæ circunſtantiæ, de quibus ſupra num. 7. ad inducendum pactum, & remiſſionem, maiori cum ratione. 474

Tandem altera eſt ratio, quia dotatus Didacus fuit hæres patriſui Joannis dotatoris, immiſcuit ſe bonis, facto, & re adivit hæreditatem ſuam vendendo res, colendo agros, locando, ut hæres ſui patris, ex quibus inducitur aditio, & ſumma cum ratione in filio dotato, & hærede patris, qui ut hæres partitiones fecit inter fratres ſuarum legitimarum, conſtat ex teſtamento inſerto in his actis, *text. in L. pro hærede 20. ff. acquirend. hæred. §. item extraneus 8. inſt. de hæred.* 475

*qualit. & different. Valasc. de part. cap 15. numer. 10 & 11. Pichard in § item extraneus numer. 16. Inst eod tit. Donel. de jur civil lib. 7. cap. 8 ubi Usuald litera H, dotatus fuit hæres tertiæ defuncti.*

476 Quapropter supposito, quod usuræ debitæ fuissent à dotatore, ubi primum dotatus hæreditatem patris adivit, confusæ fuerunt actiones, nam actio, & passio in eodem subjecto dari non poterant, nec dotatus hæres poterat esse creditor sui ipsius juxta vulgaria principia, extinctaque fuit actio confessione, dato quod Didacus dotatus illam habuisset, quod negarur, ut ostendimus, obligatio nanque semel extincta non reviviscit, *L. qui res §. aream ff. solut. L. ejus qui § fin ff jur fisc.* Quare in hac parte revocato arbitro sapientissimi Senatoris cum doctissimo Domino primo loco deliberante convenio.

477 Eodem modo confusas esse judicarem circa legata pia, & funeris impensas, quas prædictus Didacus, ut tertiæ defuncti successor solvere debebat, & non deduci ex toto acervo, hoc enim fit, quando omnes filii hæredes sunt, fratres enim Didaci solum acceperunt quotam legitimæ, qua accepta non fiunt hæredes alio hærede in tertia existente, eodem modo expensas factas à R. in morte sui soceri, illas ut hæres filii Joannis, qui patri hæres fuit, solvere debet, *Valasc. de part cap. 17. numer. 17. & 18. Carvalh. de testam. 4. p. cap. 1 numer. 17 prope fin* Quare meliori judicio, ac ratione debebant contrarium judicare sapientissimi Domini præcedentes. Portu 13. Januarii 1668. Doctor Gouvea.

478 A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Senatum Supplicationis, ubi fuit lata sententia sequens.

479 *Acordaõ os dõ Dezembargo, &c. Naõ he aggravado o aggravante pelos Dezembargadores dos aggravos da Relaçaõ do Porto: cumprase sua sentença por seus fundamentos, e o mais dos autos, com declaraçaõ, que o aggravado pague ao aggravante o que se liquidar se gastou, e despendeo pela aggravante, e primeiro marido nas partidas, de que se faz mençaõ fol 135. no depoimento ao segundo artigo, no que só haõ por revogada a sentença. E condẽnaõ ao aggravante em dez partes das custas, e ao aggravado em duas dos autos. Lisboa 23 de Fevereiro de 1669. Menezes. Pereyra de Sousa. Cardoso.*

480 Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

481 Inter hujusmodi litigantes in arena contentiosa adeo degladiatum est, ut mihi in munere injuncto non addendi, sed eligendi locus tantummodo aperiatur: libet discurrere per singulas partes querimoniæ à R. propositæ adversus inferioris Senatus pronuntiatum fol. 239. vers.

Conqueritur primo, quod præfata sen- 482
tentia absolute confirmetur Præsidis Senatoris emeriti fol. 200. vers. qua declaratum est, omnia bona ad tertiam Joannis, ac Dominæ Franciscæ illius conjugis pertinentia esse maioratus vinculo obnoxia, in hoc tamen aggravans pugnam infrugiferam ducit, & inutile certamen.

Ex testamento fol. 33. vers. constat Do- 483
minam Franciscam testatricem tertiam reliquisse ejusdem marito, ut ipse, dum in rebus humanis ageret, bonis ad tertiam pertinentibus frueretur, & in suo ultimo voluntatis elogio illam posset relinquere instituto maioratu, & de illo nominationem facere libere in quocumque filio, aut filia ex matrimonio inter eos habito susceptis: & apponeret conditiones, & obligationes perpetuitati primogenei consentaneas, ut expresse demonstratur ex verbis testatricis eodem fol. 33. vers. ibi: *Por quanto sua vontade he, que o dito seu terço fique vinculado em morgado na fórma que parecer ao dito seu marido*, quæ dispositio valida est ex multis relatis à Patrono aggravati in suis disertissimis peroratio- 487
nibus fol. 277. vers. n. 19.

Dubitari etiam non potest de validitate al- 484
terius vinculi per Joannem de sua tertia cõstituti fol. 24. in princip. idem promiserat in scriptura dotali fol. 16. vers. ibi: *E della prometta com a da dita sua mulher fazer hũ vinculo.* Unde cum reperiatur voluntas expressa instituentis maioratum, quæ institutionis est Regina substantia primogenita corruere non potest, hæc enim robur accepit ex voluntate, scriptura, & testamento declarata *ex regul. text. in L si mihi, & tibi 12 in fin. ff. legat. 1.* Deinde quia promissio à Joanne facta instituendi maioratum habetur pro institutione, ut ex multis refert *August. Barb. votor. lib 3. vot. 126 num 309.* ex quibus R. agendo de invaliditate utriusque vinculi aptat infanti Herculis cothurnos.

Neque allegatio læsionis per R. facta à me 485
supra resolutis recedere coget, non enim cõsiderari potest læsionem interveniss in contractu dotali fol. 16. per declarationem Joannis promittentis suam, & uxoris tertiam vinculare, licitum quippe est parentibus dotantibus filios apponere in contenti gravamen in bonis promissis, *Peregr. conf. 79 num. 13 & 19. tom 1.* Nam obligatio dotãdi quoad modum dotis constituendæ, & quoad quantitatem, & qualitatem bonorum dicitur voluntaria respectu parentum, ideoque ex con-

ventione

ventione legem accipit, *L. 1. §. ſi convenerit ff. depoſiti.*

486. Conducit, quod contractus dotalis celebratus exiſtit juxta *Ord formam lib. 4. tit. 46. verſ. Salvo, & titul. ſeq.* Omnia autem juſte creduntur fieri, quæ lege jubente fuerunt præcipue cum poſt factam ſcripturam ſtatim inter totaliter dotatos matrimonium eſſet ſubſequutum, & diuturnitate temporis elapſa, qua R. uxorata vixit, & judicata manſit, quin læſio per ipſam, aut ejus maritum allegaretur dotalis ſcripturæ, per eoſdem inducitur approbatio, *Annel Amato conſ. 85. à numer. 1 & conſ 86 num 7 verſ hæc tamen, & num. 13. & 18. Peregr. conſ. 90. à numer. 1. lib. 5.* & quamvis matrimonium obitu mariti R. ſit diſſolutum, maioratus tamen contemplatione nuptiarum non reſolvitur ex *Scipio. Theodor. allegat. 43. numer. 26. Burg de Paz conſ. 26 numer. 34.* refert *Barboſ. vot. lib. 3 vot. 126. n. 305.*

487 In eo tamen RR. gravamen illatum cenſeo, quod legitimæ Monialium pro maioratu A. adjudicentur, nam renuntiatio earum per Moniales facta fol. 30. non in favorem Joannis, ſed filii ab eo nominandi facta cenſetur, cum ergo præfato Joanni ſolum facultas nominandi, non vero jus aliquod in legitimis ſit conceſſum in electione ab eo facta, gravamen nequaquam imponi poteſt, cum eligens ſolummodo nudo nominationis facto uti valuiſſet, nihil enim de ſuo donat, *L. unum ex familia § ſed ſi fundum ff. legat. 1.* ſicque gravare non poterat filium nominatum, qui ab eo non erat honoratus, *ex L. ab eo Cod. de fideicommiſſ. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. numer. 10.* Et hoc eſſe ſequendum in conſulendo, & judicando tenet ibidem Additionator.

488 Conceſſa igitur tantum nominandi facultate onus à nominato impoſitum nullius momenti, & perinde eſt, ac ſi non apponeretur, *Menoch conſ. 130. num. 13.* neque ex eo aliquod jus tribuitur, *Rot. deciſ. 572. num. 9. apud Farinac. p. 1. recent.* quod etiam recognitum eſt per citatos *à Cald. Pereir. conſ. 8. num. 38.* ita judicatum refert *Gam. deciſ. 196 n. 3.*

489 Neque fundamentum, quo nititur ſententia fol 240. deductum ex verbis *para ſempre*, de quibus ſit mentio fol. 31. contrarium evincere poteſt, licet enim dictio *ſemper*, ſit inductiva perpetuitatis *ex L. ſemper ff. jur. immunit. L. Caio §. Imperator ff. aliment. & cibar legat.* reſtringi amen ſolet ſecundum naturam actus, cui adjicitur, & ſecundum ſubjectam materiam *Auguſt Barboſ.* aliis relatis in propoſito fuit adducta nominationi faciendæ in uno filio Joannis, ut per electum quantitatis promiſſæ ſemper, id eſt dum viveret, promptius fieret ſolutio, quæ per plures ſegnius expediretur. Juvat, quod ſemper, exponitur perpetuo, & dicitur perpetuum, quod durat ad vitam hominis, ut in ſocietate colligitur *in L. 1. ff. pro ſocio*, jus etiam ſe immiſcēdi in hæreditate eſt perpetuum, *L. unica Cod. quando non patet partes, & tamen edaci rerum tempore finitur, gloſſ. in L. licet Cod. jur. deliber.* pluribus adductis exornat *Eſcob. de ratioc cap 41. n. 18.*

Conqueritur etiam R. circa uſuras dotis, 490
ſed hoc gravamen juridico munimēto deſtituitur, licet enim intereſſe dotale attento Civili, Regio, & Canonico jure debitum ſit ad onera matrimonii ſuſtinēda (omiſſo competi valeat ab hæredibus) conſtat, quod vivo Joanne, qui dotem promiſit, ipſos uxoratos ex villis, & agris de Pinhel integros redditus quotannis percepiſſe, qui ſuperabant in valore intereſſe dotis promiſſæ, ut videre eſt à fol 81. & ex locatione per ipſam dotatum facta fol. 124. Unde probata ſatisfactione intereſſe dotalis non poteſt vires obtinere reconventio, quæ fit ratione æqualitatis ſervandæ.

RR. etiam providendum exiſtimo in ſo- 491
lutione legatorum per A. promiſſa fol 135. non enim revocari poteſt à perſolvendis legatis profanis, ac funeralibus impenſis jam humato Joannis corpore factis, cum A. adſtrictus inveniatur ex promiſſione ab eo ſubſcripta, & ſuccedit vulgare di erium, *verba ligant homines*, quod bimi infantuli decantant. Ulyſſipone 2. Decembris 1668. Cardoſo.

De revocanda Senatus inferiori ſenten- 492
tia, in eo quod videatur Actori gravatior, curandum non eſt ex nulla ad noſtrum per ipſam facta provocatione, inſpecta *Lege Regia lib. 3 tit. 84. §. 2.* cum gravamen non efficiatur commune, *Mend. in prax. lib. 3 cap. 19. numer. 10. Valaſc. conſult. 81. n. 25. Thom. alleg. 89. num. 23.* Sed tantummodo de quatuor aggravantis querimoniis inſpiciendum nobis.

Quoad primam (cum de Actoris habili- 493
tatione ad ſucceſſionem maioratus, de quo agitur, ambigendum non ſit inſpecta judiciali confeſſione aggravantis fol. 97. ad fin.) ubi agitur de tertiarum vinculo, convenio cum præcedenti Domino in confirmationem judicati ex fundāmentis, quibus nititur, & ex illis, quibus Senatores Portuenſes fulciuntur, quæ fruſtra evertere conatur eruditus aggravantis Patronatus ex defectu mandati ad conſenſum præſtandum conventioni dotali in hoc onere, unde ortam fuiſſe graviſ-

ſimam

simam nubenti læsionem contendit; convincitur enim hujusmodi allegatio ex mandati tenore fol. 13 ibi: *Que era contente, e se obrigava a cumprir todas as condiçoens, que em seu dote se fizessem.* Cum igitur acceptatio contractus dotalis, eodem modo, quo gestus apparet cum patre conjugis, nihil aliud importet, nisi conditionem impositam uxori juxta eandem conventionem nubendi marito, de transgressione mandati nullatenus apparet?

494 Quoad secundam, ubi agitur de nullitate vinculi legitimarum ad Moniales spectantium, aliter opinarer; licet enim diceremus patrem institutorem nullatenus posse hujusmodi bona onere maioratus gravare ex multiplici allegatione Doctorum, quibus Rea fulcitur, tamen ex consesu filii gravati vinculo maioratus acquiescentis, & ejus oneri minime repugnantis, dum viveret, illud aliàs invalidum sustineri debet, *Cald conf. 31. n. 6. Pereir. decis. 26 numer. 5. Fragos de reg 3 p. disput 9 §. 25. numer 3 Molin de primog. lib. 2. cap. 3 numer. 7 ubi Add. Menoch conf. 71. à numer. 11. & conf. 411 à n. 28. Fusar. de subst. q 296. num 7. Merlin. de leg lib. 3. tit. 2. q. 7 n. 24. Noguerol alleg 31. à n. 105.*

495 Et quamvis controversum sit, utrum consensus gravati ad intentum, requiratur expressus, vel sufficiat tacitus? In præsenti magis puto tacitum sufficere, siquidem non agitur de gravamine propriæ legitimæ filio gravato debitæ, ubi consensus expressus requiritur, sed de vinculo impositio bonis Monialium, gravato obvenientibus ex electione paterna, qui ulterius illius institutione in tertia honorabatur, *Cald dict. conf. 31. num. 6. Addent. ad Molin dict n. 7. vers. Secunda.*

496 Cum ergo de tacito consensu gravati abunde constet ex parentis testamento penes se habito, in quo clarissima reperitur vinculi constitutio, & ex omnium bonorum hæreditatis possessione adepta virtute testamenti, atque ex nulla querimonia, vel reclamatione, dum viveret, aliquave testamentaria dispositione in contrarium, sequitur non licere, hæredibus post gravati obitum de invaliditate oneris quæstionem movere, quæ est communis opinio, de qua cum pluribus *Capyc. Latrtit. 2. conf. 121.* quæ procedit in gravamine legitimæ debitæ, & ideo à fortiori in præsenti, unde aggravans excludenda venit tamquam hæres, & similiter tamquam uxor gravati ob præjudicium cõmunicationis, siquidem eodem modo, quo conjux libere poterat non acquirere bona illi obvenientia, non obstante præjudicio uxoris, *Pereyr. decis. 55. n. 12. & 13.* similiter potuit bona, aliàs libera, acceptare vinculata non obstante præjudicio cõmunicationis, cum ex dolosa acceptatione, nequaquam edoceamur, *L. sed & si lege §. proinde ff de petit. hæredit. cum vulgar.*

Spretis igitur præiudicio hæredis, & præ 4
judicio uxoris restabat tantummodo præjudicium Monialium, ii præter illarum intentionem, vinculata bona dicerentur, quibus officere non poterat gravati consensus, verum de Monialium præjudicio nulla est allegatio, quam ob rem de illo curandum non est, & ideo vinculum sustineri debet.

Quoad tertiam de usuris dotis non solutæ, 4
convenio cum præcedenti Domino tum ex præsumptione remissionis, siquidem de illarum exactione non curavit dotatus, dum viveret, quam obrem illius hæredibus nullum jus est ad illas exigendas, *Leotard. de usur. q. 92 à numer. 22. Amat. var. resolut 43 n. 24* Maxime cum illius matrimonii nulli supersint filii, cum etiam ex confusione actionis in persona dotati hæredis existentis debitori, ut palam est, siquidem actio semel extincta non reviviscit.

Quoad quartam utique convenio cum 4
præcedenti Domino inspecta judiciali Actoris oblatione cum eo consentio, & cum in confessum nullæ sint partes Judicum, confirmata, & revocata sententia. Ulyssipone 6. Februarii de 1669. Pereyra de Sousa.

Quoad primam, & tertiam partem, evicta 502
est per sapientissimum Dominum judicati confirmatio, quoad secundam, in qua maius est dubium, quod omni cura investigare curavi, in medium proferam.

Tota quæstio est, utrum ille Joannes, cui 503
concessa fuit à Monialibus facultas nominandi unum ex filiis, ut fol. 31. posset unum nominando, ut fecit in testamento gravamen maioratus in illis bonis imponere, & mihi est pro comperto, quod potuit, & gravamen sustineri debet, moveorque ex sequentibus.

Primò, quia relicta quæstione, utrum eli- 504
gens ex dispositione alterius possit electum gravare, & bonis fideicõmissi, & maioratus onus imponere, de qua late *Mol de primog. lib. 2. cap. 4 à numer. 10. cum seqq* agnosco enim negativam partem indistincte & in abstracto sumpta quæstione, esse veriorem per *jura relata à Molin. supra, Fusar de substit. q 511. numer. 1. Suar. in L quoniam in priorib. limit. 1 num. 16.* In præsenti contrarium verius puto, nam totalis, & præcipua ratio illius resolutionis est, quia electurus debet in electum transferre omnia bona, sive aliqua diminutione, & in gravamine fideicommissi con-

conſiderata integre, & gratis, quæ obligatio ei injuncta eſt per electionem fieri jubentem, patet ex *Molin ſupra numer.* 20 ibi: *Si enim electior gravamen in electione apponere poſſet, non traderet electo rem integram, nec adimpleret illud, quod ex neceſſitate officii ſibi injunctum fuit* Unde cum hæc ratio in præſentibus terminis evidenter ceſſat;igitur ceſſare debet diſpoſitio. Rationem ceſſare oſtēdo: quia bene perſpecta, & conſiderata forma conceſſionis facultatis nominandi fol.31. nullatenus voluerunt Moniales concedentes, quod hujuſmodi bona tranſirent in filium nominandum abſque iſta diminutione gravaminis maioratus; immo potius quaſi expreſſe contrarium adſtipularunt, nullatenus illud voluerunt, quia totalis intentio, & cauſa finalis illius conceſſionis fuit, quod bona unita tranſirent in nominatum, ut facilius, & ſecurius eis tenuta ſolveret,patet ibi: *Saõ contentes, que para melhor pagamento da dita tença, &c.* & ibi, *depois de paga a dita tença, &c.* Quid etiam agnoſcit aggravantis Patronatus fol.261.ad fin.nullo habito reſpectu ad favorem perſonæ nominandæ, nec illius emolumentum conſequenter minime voluerunt, quod jure maioratus gravamine tranſirent: quaſi expreſſe contrarium adſtipularunt, hoc eſt, quod tranſirent cum gravamine, quia ut facilior redderet ſolutio, & ſeverior, intenderunt, quod bona tranſirent unita, & indiviſibilia, & hoc in perpetuum virtute dictionis, *ſemper*, perpetuitatem inducentis, ut eſt tritum, & ſatis allegatum, quid ergo ſibi adſtipulat unio, & indiviſibilitas bonorum, niſi gravamen maioratus.

503 Nec dices, quod illa unio ſolum fuit appoſita reſpectu primi nominandi, & non reſpectu aliorum; quia R. in primis repugnaret dictionem illam, *ſemper*, deinde ſi intētio erat conſervare ſecuriorem tenutæ ſolutionem, quomodo velle poterant Moniales, quod mortuo fortaſſis celeri er primo nominando, bona non unita, & diviſibilia monerent, & conſequenter difficiliorem,& periculoſior reſolutio tenutæ cōtra intentum principale.

504 Secundo moveor, quia illa reſolutio limitat in gravamine appoſito ad favorem illius, qui nominari etiam poterat, *Bart.* omnino videndus *in L unum ex familia § ſed ſi fundum ff. de legat. 2. cum multis Fuſar. q. 511. numer 8. Add ad Molin lib. 2. cap. 4. n 10. ad fin.* Quare cum iſtud gravamen foret injunctum, & in favorem aggravati, qui poterat nominari,ergo, &c. Deinde ſemper erat aggravato utilius, quod bona vinculo tranſirent maioratus; cum hoc caſu ſemper aliquam ſpem habere poſſet, non vero ſi tranſirent libera, cum frater nominatus tunc de illis ad libitum diſponeret. Tertiò quia etiam limitat, caſu quo nominatus conſenſit, *Pereyr. deciſ. 26. num. 5. Cald de nominat. q 2 num. 9* & iſte conſenſus bene colligitur ex teſtibus fol. 88.

Nec obſtat allegatio Doctorum in contrarium, quia iſta facta in regula; & nos ſumus in limitationibus, ut ſupra dixi, caſui noſtro convenientibus. Ulyſſipone Februarii 21. 1669. Menezes.

A qua ſententia fuit petita reviſio, & fuit denegata. 505

Utrum autem maioratus poſſit erigi in navi, aut cymba ad hoc, ut naula pertineant ad ſucceſſorem? Vidi judicatum quod ſic. Et donec durat,& exiſtit,eſt navis,aut cymba de maioratu, & non poteſt vendi, nec alienari. Et in hoc caſu reputatur pro re immobili, ut ex dictis *in 6. tom com. ad Ord. lib. 1. tit. 78. §. 14 n. 66 pag. 243.* Et etiam vidi judicatum, quod ſi bona mobilia relinquantur ad maioratum, ut vendantur, & de illius pretio emantur bona ſtabilia ad vinculum? Inter illa computatur navis, & cymba, & vendi debet, ut illius pretium redigatur in bonis ſtabilibus ad maioratum erigendum. 506

Et factus de bonis dotatis, an comprehendat bona empta cum uſufructu bonorum,& in illis conſiſtere poſſit, & dicatur factus, & erectus, judicatum fuit in cauſa ſeq. 507

No feito de Barbara Soveral com os Orfaõs, que ficaraõ de Franciſco Cardoſo, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Naõ he bem julgado pelo Juiz, em mandar, que os moveis da appellante Barbara de Soveral, que lhe ficaraõ por morte de ſeu marido Antonio Vaz Corvo ſe partaõ na partilha deſte ſegundo matrimonio, viſtos os autos, e como por elles ſe moſtra ſeu primeiro marido da viuva fazer Capella de todos ſeus bens moveis, e de raiz, e a incerteza que ha, por naõ ſe fazer inventario, que naõ ſe póde haver em outra fórma. Jenaõ por a inquiriçaõ porque conſta ſerem os moveis das addiçoens do primeiro marido, viſto o juizo das partilhas ſer ſummario. Julgo que a metade dos moveis de ſeu primeiro marido Antonio Vaz Corvo ſe partaõ os que tocaõ á meaçaõ da viuva, e a outra meaçaõ fique em Capella na fórma do teſtamento, e que os bens de Franciſca Monteyra fiquem em Capella os de raiz nomeados no dote, e o mais que eſpecificou, e os mais moveis, que em duvida ſe preſumem livres, naõ conſtando o contrario, ſe partaõ entre a viuva, e ſeus enteados, viſto ſe preſumir ſerem adquiridos com uſufructo dos bens dotados,*

*dos, que naõ vaõ incluſos em Capella, e as teſtemunhas da inquiriçaõ naõ deporem, que ao tempo do dote, que fez Franciſca Monteyra, eraõ os bens, e addiçoens dos moveis, que a viuva diz ſaõ de Franciſca Monteyra, e ſe partaõ entre a viuva, e ſeus enteados, filhos que ficaraõ do Capitaõ Franciſco Cardoſo, tirandoſe nas partilhas os trezentos mil reis, dote q̃ entre eſtes contrahentes houve, e pague a appellãte as tres partes das cuſtas, e a quarta parte os orfaõs, viſto no mais ter deferido o Juiz, que eu confirmo. Villa Viçoſa 17. de Setembro de 1648. Antonio de Campos Coelho.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberatione ſequenti.

Auditoris ſententiam fol. 146. confirmarem, nam quoad mobilia Antonii Vas Corvo, cum reſtitutioni ſubjecta appareant, non potuerunt inter conjuges communicari, ut probat Patronus fol. 178.

At quoad bona mobilia Franciſcæ Monteyra etiam ſi dicamus fuiſſe maioratui unita fol. 31. cum tamen ipſa inſtituens reſervaſſet, acquirenda, illud inventarium probatum abſque temporis diſtinctione non concludit, prout advertit Advocatus inferioris inſtantiæ fol. 163 atque ita non defecit jus, ſed probatio. Ulyſſipone 7. Septembris 1649. Souſa de Macedo.

Convenio. Azevedo.

In fructibus autem non poteſt fieri erectio, vel in fructibus aliquorum annorum, ut illorum valor vinculetur, & ex illo emantur bona ad maioratum: poteſt fieri erectio, quia annexari debent, & in eorum valorem verificatur erectio, ut multoties vidi juditum, & declaratum fuit in cauſa illuſtriſſimi Comitis do Vimioſo, & in aliis.

## CAP. V.

De tractatu, & promiſſione faciendi maioratum, & quando promiſſio erigendi Primogenituram, & pactum faciendi maioratum, habeatur pro diſpoſitione, & maioratus dicatur conſtitutus, & erectus ex bonis relictis, tam quoad perſonas, quam quoad res vinculatas, ſeu vinculandas, & ex quibus clauſulis dicatur maioratus factus, vel erectus, & detur incluſio, vel excluſio petentis illius erectionem, vel ſucceſſionem.

### *SUMMARIUM.*

*Ad hoc, ut maioratus conſtituatur, vel dicatur erectus, an ſufficiat dicere, volo facere primogenituram, aut erigere maioratũ, aut de illius inſtitutione ago: & nn ſeqq. ubi quando promiſſio habeatur pro diſpoſitione.*

Ibid. *Multa tractantur, quæ non perficiuntur, & non attenditur quod tractatur, ſed quod concluditur.*

2 *Aliud eſt facere maioratum, aliud promittere, & ad alia nn. ſeqq*

3 *Quæritur, an ex promiſſione faciendi maioratum, ſi promittens morte præventus non fecerit, habeatur pro facto? Diſputatur, & exornatur nn ſeqq.*

12 *Reſolvitur quæſtio, & diſtinguitur: & nn ſeqq.*

14 *Si pater, aut mater promittat per viam dotis meliorare filium, aut filiam, an, & quando teneatur: & n. 15.*

16 *Ex verbis: Me obrigo a fazer, e outorgar o morgado por contracto publico cõ todos os vinculos, e firmezas, an dicatur conſtitutus maioratus.*

17 *Maioratus, an dicatur factus, ſi conſtituens in ſcriptura dotali in matrimonii favorem dicat habere factas vocationes in teſtamento facto, ſi de tali teſtamento non cõſtet anteriori, ſed poſteriori: & n. 18. uſque ad n. 26 judicatum.*

27 *Aſſerens habere factum maioratum, ut conſtabat ex ſcriptura licet poſtea dotet bona abſque vinculi mentione, an maneat ex una, & altera ſcriptura factus maioratus: & n. 28 29 30 31 & 32.*

32 *Maioratus factus ad certum matrimonium, & ad illius deſcendentes, ſi filii deficiant aut deſcendentes ex tali matrimonio, an bona maneant libera, vel pertineant ad tranſverſales vinculo maioratus? Latere ſolvitur, & diſputatur nn ſeqq uſq ad 129.*

47 *Ex quibus conjecturis maioratus dicatur factus: & nn ſeqq.*

130 *An, & quando dicatur maioratus erectus in tertia in Portugalliæ Regno, & in tertio, & quinto in Hiſpaniarum Regno: & n. 131. & 132.*

134 *Utrum faciens contractũ per viam dotis cum*

*cum verbis, por onde outorgamos, e prometemos, e nos obrigamos de fazer, e outorgar contracto a vós, e a voſſo filho ratificaçaõ, e approvaçaõ do morgado, e doaçaõ que vos temos feito entre fulano Tabaliaõ, an ex his verbis dicatur factus, vel erectus maioratus, non conſtando de tali fundatione antecedenti de re lata: & nn. ſeqq uſque ad n* 144.

135 *Multa referuntur de relato, & referente, & quando ex aliquo illius inducatur diſpoſitio, vel non: & nn ſeqq.*

145 *Maioratus an dicatur factus ex verbis epiſtolæ in qua ſcriptum erat: Hey diſpoſto de meus beus por via de morgado, porque quero que eſte ande junto com o vinculo que eu tenho de meu pay: & nn ſeqq. uſque ad* 152.

146 *Ex verbis enuntiativis, quando probetur inſtitutum maioratum, & quæ ſint verba enuntiativa, vel diſpoſitiva: & nn ſeqq.*

152 *An ex verbo volo inducatur maioratus diſpoſitio.*

153 *An ſi teſtator dicat; deixo a terça a quatro filhas por morte de humas ds outras, e por morte da ultima ficará em morgado, utrùm ex his verbis dicatur inſtitutum eſſe maioratum.*

154 *Teſtator poteſt eligere bona, ut in illis erigatur vinculum, & in partitione ſervãda eſt voluntas, & an, & quando ex dicta diſpoſitione maneant bona vinculata: & n.* 155. 156 *& ſeqq uſque ad n.* 189.

172 *Si fuerint bona ad maioratum aſſignata ab uxore, & viro, & ut talia ſcripta in teſtamento, an à ſuperſtite poſſit revocari: & nn ſeqq. ubi etiam, quid teneatur reſtituere, qui revocavit uſque ad n.* 189.

190 *Si aliquis fecit maioratum per contractum inter vivos de omnibus ſuis bonis, & poſtea coutraxit matrimonium, ex quo filii nati ſunt, licet bona ſint nominata, & habita ſicuti bona maioratus, per filiorum nativitatem ceſſat erectio maioratus, & manet inſtitutus in tertia, & non poteſt ſucceſſor boua reivendicare, nec partitiones de dictis bonis facere: & n.* 191.

192 *Si filios non habuerit, ſervanda eſt ejus voluntas, & manet maioratus erectus, niſi bona ſint aliena, aut dotata, quia tunc non ſubſiſtit vinculum, ſed dependet à pactionibus, ſecundum quas debet regulari, & Judex reſiduorum non poteſt in hac materia procedere, & numeris ſeqq. uſque ad num.* 205.

206 *Et quid ſi diſpoſitio ſit conditionalis, & quando relinquitur, quod bona emphyteutica vendantur, ut pretium redigatur ad emptionem bonorum ad vinculum conſtituendum, & quomodo fieri debeat venditio, & qua forma ſi diſpoſitio ſit conditionalis, & ad quæ onera teneatur ſucceſſor maioratus ad Capellam inſtitutoris ſuſtinẽdam, & conſervandam, & quid in debitis relictis ad maioratum, & quæ actio competat ſucceſſori ad hunc effectum: & n.* 207 *uſque ad* 237. *& n.* 239.

238 *Si vinculum eſt factum per Judicem reſiduorum, & bona ad illud ſunt applicata per ſententiam, & approbatum fuit à ſucceſſore abſente, non poteſt contradici ab emptore bonorum aſſerendo eſſe ſua, nec à ſuo hærede. ſed bona manent vinculata, & pertinent ſucceſſori cum fructibus, & de materia rationũ bonorum, & emptionibus ad maioratũ conſtituendum, & de actione ſucceſſoris contra hæredem ultimi poſſeſſoris ad effectum emendi bona ad maioratum, & quando habeat locum, vel non: & nn. ſeqq. uſque ad n.* 300.

301 *Hæc actio competit, ſi inſtitutio fuerit valida, & non pendente nullitate illius, licet præcedat tranſactio, quia ut maioratus dicatur erectus, eſt neceſſaria ſententia lata ſuper illa, & dum pendet appellatio non admittitur ſucceſſor, nec ante legitimationem perſonarum: & nn. ſeqq.*

308 *Secundum partitiones factas in judicio partitionem debet regulari vinculum in judicio reſiduorum, & debet maioratũ erigi, licet jam ſit erectum per alias partitiones, quæ reformatæ fuerunt propter debita inſtitutoris, & juxta illam faciendum eſt vinculum, & erigi debet maioratus: & n.* 309. *uſque ad* 312.

313 *Erectio maioratus pertinet ad judicium reſiduorum ſecundum concordatam, & ſi Judex, cui non competat, faciat erectionẽ, eſt nulla: & n* 314 *uſque ad* 319.

320 *In erectione debet Judex reſiduorum obſervare partitiones, & voluntatem teſtatoris, & ſolutis debitis, & legatis, ſi nihil inveniatur in bonis ceſſat vinculũ ſi teſtator reſiduum relinquit ad maioratus erectionem, licet teſtator dicat habere multa bona: & n.* 321.

322 *Facta maioria de pluribus bonis, & rebus, ſi conſtituens unam rem illarum alienaverit, quoad illam an, & quando ſit revocatus maioratus: & n.* 323. 324. 325. *&* 326 *ubi explicatur.*

327 *Si aliquis ſuſcepit mandatum ad emendam rem ad maioratus erectionem, & ei tradita fuit ad emptionem pecunia, & quãdo emit, fecit ſuo nomine ſimpliciter, aut cum declaratione an, & quando res perti-*

*neat ad maioratum, vel non: & n.328. usque ad 346.*

347 *Erectus dicitur maioratus per sententiam per partitiones, per confessiones, per lapsum temporis, & per alios modos.*

348 *Erecto principaliter maioratu super aliquo castro, vel alia re, ac in aliis prædiis accessorie si maioratus alteri deferatur, an, & quando duret erectus.*

349 *Maioratus an dicatur erectus per verba, para que disponha dos ditos bens na fórma que lhe tenho cõmunicado em segredo, e ha de ser com qualidade, & condiçaõ, que ha de fazer morgado nas pessoas que lhe tenho dito: Si primus nominatus è vita decesserit absque declaratione secreti, & erectionis maioratus, & qui succedat: & n.350. & 351.*

352 *Maioratus factus contemplatione certi matrimonii, & ad dotem, si matrimonium non sequatur, an possit revocari: & n 353. usque ad 359. ubi etiam quando dos sit causa impulsiva, aut finalis & facta ad filios unius matrimoni alteri succedant, & quando præcedente clausula non revocandi, quia semper intelligitur conditio, si nuptiæ sequantur: & n.353. usque ad 359.*

360 *Maioratus erectus sub conditione, deficiente conditione, deficit, & habetur pro non facto, & omnes substitutiones corruunt.*

361 *Maioratus an dicatur erectus si testator dicat, que a sua vontade era deixar a sua quinta em morgado.*

Ibid. *Verba præparationis an inducant dispositionem.*

362 *Maioratus an dicatur erectus, si testator dicat: Mando, e he minha vontade, que a minha quinta de tal parte a possa deixar, e mandar, por via de morgado a qualquer filho, ou neto seu, com as limitaçoens, e condiçoens, e vinculos que elle quizer, e em qualquer morgado que fizer: & nn. seqq.*

363 *Verbum potest, mando, an inducat liberam facultatem, vel necessitatem: & nn. seqq.*

367 *Maioratus an dicatur erectus ex verbis: Trato de fundar, e pertendo fundar hum morgado, e hum Convento de tal Ordem, em cuja Capella mayor me enterrem, ficando padroeiro della, e por minha morte os successores do dito morgado, para o q̃ já tenho comprado chaõ: & nn. seqq. usque ad n.375.*

368 *Verba consequentiæ, an iuducant dispositionem antecedentem, & verba enuntiativa, quando inducant dispositionem, vel non, & quando dicantur, enuntiativa, vel dispositiva, & ex illis probetur vinculum erectum esse, exemplificatur nn. seqq & num. 378 379. & 380.*

376 *Maioratus an dicatur erectus ex verbis: Tenho taes bens de raiz em tal parte, e todos os ditos bens saõ morgado: & nn seqq.*

377 *Quando non constat de relato an inducatur, & probetur dispositio: & num.378 & 379.*

381 *Testator si reservat facultatem alterandi, & disponendi, si non disponit, dispositio manet firma, & subsistit, & exemplificatur n.382.*

383 *Verba todos os bens saõ morgado, sunt universalia.*

384 *De illo qui possidet terras, quas Nos realengas, & coronæ vocamus, quibus fuit spoliatus, & postea se composuit cum Rege, utrum ex antiquo titulo, vel novo eas habere videatur, & an convalescat maioratus ex eis factus à patre, vel ab avo possessoris, vel tamquam ex novo titulo acquisitæ liberæ maneant, vel vinculo subjectæ: & n. 385.*

386 *Maioratus erectus eo casu quo vocata sit monialis. an debeatur. si nuptias contrahat vocata: & n. seqq. ubi etiam agitur quando sustineatur, vel non maioratus, tam ex debitis institutoris, quam ex revocabilitate, vel irrevocabilitate: & nn. seqq. ad varias quæstiones diversas.*

AD hoc ut maioratus constituatur, & dicatur erectus, non sufficit dicere, *quero fazer morgado de meus bens, ou trato de o fazer*, hoc est, volo facere primogenituram, aut erigere maioratum, aut de illius institutione ago, non est enim sufficiens ad illius constitutionem tractatus, sed requiritur in effectu conclusio, nam multa tractantur, quæ non perficiuntur, *L. si voluntate Cod. rescind vend. L. si dominus vers. Sed quæsitum sibi conclusum non fuisset. ff. præscript. verb. Decian. cons.488 numer.10. Nata cons. 31 numer 21 lib. 1 Rot per Farin decis. 677 n. 3 p.2 recent. & per Ludovic decis. 168 num 1. & 6.* ibi: *Bellarmin. numer.5 Mascard concluf. 617. Menoch. de arbitr. lib. 2. cons 470. & de præscript. lib. 1. q. 23. Gratian. forens. cap.115. numer.35 Gonsales ad Reg 8 Cancel. gloss 63 numer 33. & 34. Gom var. tom.2 cap. 1. num. 2. in fin.* ubi quod aliud est præparatio, aliud est contractus, & non attenditur quod tractatur, sed quod concluditur, *Ludovic decis.168. num 3. Surd.cons.202 numer.5. Castill. tom. 5. contr. cap. 74.* ubi late exornat *Angel. in L. item quia ff. de pact.* ubi inquit, quod tractatus, & præfationes non sunt maio-

maioratus, nec attenduntur, ſed ſola concluſio attenditur, quoniam in ea maioratus virtus conſiſtit, & ab ea recipit formam eſſentialem, ideoque requiritur concluſio maioratus, & non tractatus, quia poteſt inſtitutor poſtea voluntatem mutare, *Alex conſ. 94. vol 3. Bellon. de poteſt. eor. quæ fiunt in contin. cap. 114. numer. 9.* & propoſitum in mente retentum nihil operatur, *L. ſi repetendi Cod cond. ob cauſ.*

Et cum aliud ſit facere maioratum, aliud promiſſio faciendi maioratum, ſi nuptiæ ſequantur cum aliquo, & per viam dotis, ut tenet *Caſtill. lib. 5 contr cap. 67. numer. 48. & ſeqq.*

Quæritur, an ex hac promiſſione faciendi maioratum, ſi promittens morte præventus non fecerit, habeatur pro facto? In qua quæſtione reperiuntur variæ opiniones inter DD. reſolutiones in illa quæſtione, an promiſſio faciendi pro facto habeatur, quæ originem habuit à doctrina *Joann Andr. in add ad Specul. in rubric. de ſol. numer. 1.* qui eam reſolvit affirmative; & ſequuntur *Fontanell de pact. nupt clauſ. 4. gloſſ. 9. p. 4 n. 29. Caſtill. lib. 2. contr. cap 3 numer. 1. Merlin. cent 2. contr. 4. numer 20. Noguerol. alleg. 31. numer. 130. Cancer 3 p var. cap 7. numer. 124. Hermoſill. in L 4. tit. 4 gloſſ. 1. num. 3. part. 5. Cutel. de donat. tom. 2. tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 17. n. 34. & ſpecial. 32. n. 3.*

Ideoque promiſſio de cedendo ceſſio eſt, & qui promiſit ſe obligaturum ad decem intra certum diem, die adveniente conveniri poteſt, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet, ut multis citatis tenet *Olea de ceſſ. jur. & act. tit. 1. q 6 num. 2.*

Et promiſſio de remittendo, vel liberando debitorem, idem quod remiſſio, & liberatio operatur, *L. ſi ita ff. de pact.* cum multis *Olea d q. 6. n. 3. Merlin d. cap. 4 n. 4.*

Donatioque idem eſt, ac promiſſio de donando, *gloſſ. verbo manifeſtaverit in §. perficiuntur Inſt de donat Olea d. q. 6 num. 4. Merlin. d. cap. 4. numer. 6. Cutel. & Hermoſill. ubi ſupra.*

Maxime ſi favore matrimonii promiſſio fieret de donando, & promiſſio de conſtituendo dotem habet eundem effectũ, ac ſi conſtituta eſſet, *Olea ubi proxime num 5. Cutel. de donat. tom. 2. tract 2. diſc. 1. part 17. numer. 34. & ſpecial. 32. Fontanell. proxime num. 75. Cancer. var. tom. 3 cap. 15. numer. 253. & cap. 7. n. 125. Cyriac. forenſ. contr. 429.*

Et in promiſſione aſſignandi filio donationem propter nuptias, *idem Olea n. 6. Mier. Cald. Barboſ.* quos refert, *& num. 5. 7. & ſeqq.* idem in pacto de meliorando filio, *& n. 28.* quod pactum de ratificando, quod per alium geſtum erit, idem operat, ac talem ratificationem, *& num ſeqq.* explicat, *& num. 31.* inquit, quod promiſſio de renuntiando, idem eſt ac renuntiatio, *& n 32. & num. 9. idem* in promiſſione de hæredando filio, & probatur ſecundum eum *n. 7. ex L. Caſtellæ 22. Taur.* quæ eſt *Lex 6. tit. 6. lib. 5. recop.* quod promiſſio de melioranda à patre filio facta ex cauſa matrimonii, & titulo oneroſo pro facta habetur, ſi pater in vita non melioravit, *ex Matienç. Angul. Parlador. Aug. Barb. vot. 126 n 308.*

9 Quare etiam promiſſio de inſtituendo maioratum, non ſequuta ejus fundatione, pro facto, & conſtituto habetur, ut teſtatur *Tello in d L. 22 numer. 15. Mier p. 1. q. 24. num. 72 & q 66 Avendan in d L 22 gloſſ. 2. numer. 4. & in L. 44 Taur gloſſ. 16 num. 9. Merlin. ubi ſupra num. 19. d cap. 4 Cutel. proxime, Noguerol alleg. 31. num. 129. Olea d q 6 num. 8. Paz de tenut. cap. 34 numer. 87. Morquech de diviſ. bonor. lib 3. cap. 7. numer. 1. Ludovic. dec. 28. Caſtill. lib. 5 cap 67. num. 48. Tuſc. lit. A. concl. 310.*

10 Contraria ſententia probatur ex eo, quia ſecundum veriorem opinionem pactum, ſeu promiſſio de cedendo, ceſſio non eſt, quia promiſſio, & factum diverſa ſunt, ideoque promiſſio de mutuando mutuum non eſt, de vendendo non eſt venditio, de donando non eſt donatio, de renovando non eſt renovatio, de renuntiando non eſt renuntiatio, de dotando non eſt dos, de profitendo non eſt profeſſio, de nominando non eſt nominatio, ut multis citatis exornat, & cum aliis exemplis concludit *Olea d q. 6. numer. 33 & ſeqq.* Ubi ad varios caſus, in quibus promiſſio nullum effectum ad actus conſummationem producit, & ultra quos refert *Surd conſ. 52. Theſaur. dec. 233. Hermoſill. d gloſſ. 1. n. 5.*

11 Atque ita hanc negativam ſententiam tenet in terminis *Caſtill. contr. lib. 5. cap. 67. n. 48. in fin & n. 49.*

12 In qua controverſia diſtinguendũ puto eo caſu, in quo pater ob cauſam matrimonii, aut oneroſam promiſerit filio eum meliorare, & de melioratione facere maioratũ intra certũ tempus, aut poſt matrimonium contractum, & celebratum. Et inter eum caſum, in quo promiſit extraneus facere maioratum, ita ut ſenſus ſit, quod in primo caſu ſi pater morte præventus non faciat maioratum, habetur pro facto, *Caſtill. lib. 5. cap 76. verſ. reſpondetur, & verſ. quia, Morquech lib 3. de diviſ. bonor. lib 3. cap. 7. numer 29. & 38. Tello Fern. ubi ſupra d. L. 22. num. 5. & 15.* præſtat rationem *Caſtill. tom. 8. de aliment. c. 34. num. 16.*

Nisi dependeat à voluntate aliorum, *Castill. lib. 5 cap. 67. n. 49. Flor. ad Gam. dec. 13. n. 4 Cancer. 3 var. cap. 7 n. 125.*

13 At vero in secundo casu non habetur pro facto ex rationibus, de quibus *Castill d. cap. 67. numer. 48. & 49. & num. 55. & 56* reprobat *Tellez*, & alios *Mier. d. q. 66. numer. 8.* & hanc opinionem veriorem esse testatur *Olea d q. 6. num 27. in fin.* quia ut inquit *num. 47.* quando contractus in substantia nihil aliud continet, quam promissio, & nihil solemne post promissionem restat faciendum, quia contractus nihil addit supra promissionem, nec in modo, nec in accidentalibus, aut substantialibus, promissio faciendi, & factum idem operabitur, & inutilis videtur circuitus, & ibi ex *Menoch. & Tond.* exemplificat: secus tamen erit ex eodem, si in aliquo ex his contractus à promissione distaret, ut ex *Cancer. var. 3. p. cap 7 numer. 125. & 127. Marin. lib 1. var. cap. 298. numer. 1. & ad Revert. dec. 214 numer. 2. Butilher Theorem. 42. num. 49. de succeff. ab inteft. Fontanel. d. p. 4 numer 33. & 34.* ubi limitat, quando ex promissionis verbis elici posset conjectura, noluisse promittentem statim ac de præsenti se obligare, vel si circuitus, & dilatio aliqua ex causa ei utilis esse posset, ex *Castill. d. cap. 67. n. 49.*

14 Ex quibus oritur una singularis resolutio, videlicet, quod si pater, aut mater, promittat per viam dotis meliorare unum ex filiis, qui sequuto matrimonio decessit sine filiis, relicto hærede extraneo in tertio, non tenetur pater adimplere promissum, quia deficientibus descendentibus, in quibus melioratio verificetur, extinguitur obligatio, devenit enim ad casum, à quo incipere non poterat, quod non haberet locum, si jus esset radicatum in persona filii, & melioratio intelligeretur statim facta, tunc enim nulli dubium erat, quod transmitteretur promissio ad quemcumque hæredem, ut originalirer tenet *Palatius Rub. in L. 22. Taur. numer. 13.* & licet *Tello* ibidem *num. 20.* tenuerit contrarium, cui videtur adhærere *Angul. in d. L. 6 gloss. 4. num. 11* sine rationis relatæ advertentia, cum illa reprobantur *á Matienç. in d. L 6 num 4. gloss. 4. Azeved ibidem num. 20. Morquech. ubi supra lib 3. cap. 8. numer. 38. in fin. Castill. d. cap 67. num. 44. Molin. de justitia disp 579 n. 7. Olea d q 6 n. 26.*

15 Et idem è converso, si pactum, aut promissio fuerit ratione matrimonii de non meliorando aliis filiis, si filius dotatus decedat sine illis, licet relinquat hæredem extraneũ, potest pater contravenire, & filium alium meliorare secundum suam voluntatem, ut ex *Palatio Rub. Castill. Gom.* tenet *Matienç. d. L. 6 gloss. 3. num. 3. Molin. d disp 579 num 7. Morquech d n 38.*

16 Et ego vidi sic observatum in quadam scriptura, in qua inveniebantur verba sequentia: *Me obrigo de fazer, e outorgar o morgado por contrato publico cõ todos os vinculos, e firmezas.* Et ita consului ex *Castill. d. lib. 5 cap. 67. numer 50.* ibi: *Ea namque respiciunt tempus futurum, & denotant contractum. sive tractatum, & promissionem non remansisse perfectum, & absolutum, sed in futurum perficiendum, & pro forma videtur requirere scripturam, & maioratum in publica forma, & fundationem, atque institutionem.* Eleganter etiam tradit *Valenz conf. 168 n. 20. vol 2.* & rationem præstat *tom. 1. conf. 14. num. 31. ex L. contractus Cod. de fide instrumentor.* de qua re *Hermosill. ad Gregor. Lopez gloss. 1. & 2. L 6. tit. 5. partit. 5. Gom. variar tom 2. cap. 2. numer. 17* & ibi *Aylon num. 18. Castill. lib 3. contr. cap. 26. numer. 9. & lib. 2. cap. 3. num. 7 & seqq & 17.* Atque ita licet in proœmio fiat mentio de maioratu, hæc non sufficit ad illius constitutionem, ut explicando *text. in L. fin ff. de hæredib. instituend.* diximus *in allegatione impressa pro D. Augustino, na Casa de Aveyro numer 771. & seqq. ex Menoch. de præsumptionibus lib. 6. præsump. 3. num. 1. 16 & 17. Gratian cap 775. num. 31.* ubi responsum dedimus. *Castill lib. 4. cap 47. & Molin. de primogen. lib. 1. cap 5.* Atque ita promissio faciendi maioratum, non sufficit ad hoc, ut habeatur pro facto.

17 Neque etiam dicitur factus maioratus irrevocabiliter, si constituens maioratum inscriptura dotali, in matrimonii favorem dicat habere factas vocationes in testamento facto, quia tunc si tale testamentum non apparet, licet ostendatur aliud testamentũ factum post dotem, non dicitur maioratus factus, nec habetur pro facto, nec regulari debet per vocationes testamenti posterioris, non solum quia de rebus dotatis non potuerat dotans facere testamentum, quia illius factio impeditur in rebus donatis, ut tenent quos *Ego ipse refero forens. cap 4 numer 136. Caren. resol 91. numer. 4 5. & 7.* ex ratione *text. in L perfecta donatio Cod. de donationib. quæ sub modo*, & aliorum, de quibus *Ego ipse d cap 4. numer. 128 & seqq* & ultra eos *Olea de cess jur. & action. tit. 1. q. 6. n. 12. & seqq.* Et judicatum fuit in causa sequenti.

18 No feito de appellaçaõ Civel de Joseph Mendes A. e R. Manoel Ledo, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

*Naõ foy bem julgado pelo Juiz em absol-*

*ver,*

*ver, e naõ condemnar ao R. que abriſſe maõ das caſas da contenda para a A.rejeitando outroſim os embargos a ditas folhas,revogando ſuas ſentenças, viſtos os autos, e como da eſcritura da doaçaõ ſe moſtra, o pay do R. fez pura irrevogavel doaçaõ entre vivos das ditas caſas á dita A.por ſer ſua afilhada,e dever obrigaçoens a ſeus pays, termos em que em o teſtamento naõ podia diſpôr das ditas caſas q̃ aſſim havia dotado; e poſto que diſpuzeſſe foy nulla,e de nenhum effeito a tal diſpoſiçaõ, viſto que a dita doaçaõ era irrevogavel por ſer entre vivos, e naõ cauſa mortis, aſſim por ſe celebrar ſó perante duas teſtemunhas, e naõ perante cinco, como era neceſſario para ſurtir a natureza da ultima vontade, e de doaçaõ cauſa mortis revogavel, como porque ainda que na dita doaçaõ o dotante fizeſſe mençaõ do tempo da morte, foy ſó deferindo para o tal tempo o effeito da dita doaçaõ, mas logo de preſente ficou a tal doaçaõ irrevogavel, por ſer entre vivos, e ainda que a mulher dotante houveſſe diſpoſto tambem das ditas caſas em ſeu teſtamento,deixandoas a ſeu marido,como fideicõmiſſo,cõ obrigaçaõ de as reſtituir a ſeus herdeiros da dita teſtadora. Com tudo o dito teſtamento naõ ſer approvado, como delle ſe vé, e por aſſim ſer, ficou o R. de poſſe das ditas caſas como herdeiro de ſeu pay o dotante, e naõ como herdeiro da dita teſtadora. Por tanto, e o mais dos autos, condẽno ao R. a que largue á A. as caſas da contenda em diante. E pague o R. as cuſtas. Beja 2. de Março de 1679. Franciſco Guerreiro Leitaõ de Aguiar.*

19 A qua ſententia fuit appellatum, & fuit confirmata, Judices: Baſto Pereyra. Lopes Oliveyra.

Hæc ſententia fuit fundata in deliberatione ſequenti.

20 Donatio domuum Actoris filiæ facta fol. 6. inter vivos eſt,non ſolum ſecundum proœmium, & formam ſcripturæ,ſed & quia cum reſervatione uſusfructus fieret, non cauſa mortis, ſed inter vivos dicenda eſt, *Gam.deciſ.*166. *num* 4. cumque valida extitiſſet, ſemel à donatore revocaretur valebat, *ex L perfecta donatio Cod. de donationib. quæ ſub mod.* Nec mihi quidquam obſtat dicere domos donatori relictas fuiſſe ſub fideicommiſſo per teſtamentum à fol.15.non enim ex his actis conſtat aliquo modo prædictas domos in medietate uxoris teſtantis, ſolutis debitis, & legatis remanſiſſe, ut ſub onere Miſſæ, & fideicommiſſi penes maritum dicamus fuiſſe; immo potius, quia de eis ipſe diſpoſuit tam in dicta donatione, quam in ſuo teſtamento fol. 12. proprias ipſius mariti eſſe exiſtimarem, & tamquam proprias ſine illo onere poſſediſſe, maxime cum dictum teſtamentum à fol. 15. nullum inveniam, quia cum ſit extra notas factum, quamvis à ſcriba ſcriptum ſit, eſt nuncupativum in ſcriptis, & non valet, quin poſt mortem teſtatricis publicaretur, ſecundum *Ord. lib.* 4. *tit.* 80 §. 3. totus enim valor, & ſubſtantia pendet à dictis teſtium in tali teſtamento, ut per *Cov. in cap.cum eſſes numer.*8 *de teſtam* cum ex ſe nullum robur habeat, *L.exempto Cod de probationib.* & ſolum legata pia ſolvenda veniunt ex dicto teſtamento, quia non iſte ex defectu voluntatis, ſed ſolemnitatis corruit, *Cov. in cap relatum de teſtam. o* 1. *num.* 3. *Gam.deciſ.* 81. *à num* 1 *& deciſ.*383 *numer.*3. ibi refert judicatum *Phæb. deciſ* 75. *numer.*1. Ulyſſipone 23. Novembris 1679. Sylva & Souſa.

Convenio. Ulyſſipone 2. Decemb. 1679. Lopes Oliveyra.

Idem. Ulyſſipone 18. Decembris 1679. Baſto Pereira.

Sed etiam, quia cum non appareat teſta- 21
45 Gauderem ſane ob eximiam in Reum propenſionem animi, & benevolentiam non vulgarem ipſius votis annuere. Certiſſimum eſt enim illud *Quintiliani* dictum, non minus inter ſe convenire iiſdem rudes, quam iiſdẽ ſacris initiatos; neſcio enim, quo pacto litterarum ſtudia mirifice animos conglutinent, ita ut veluti quædam ingeniorum cognatio inter ſtudii contemporaneos contrahatur, quam nulla temporis longinquitas, nulla ſtatus mutatio, rerumve converſio eripere valet; quantum enim cæteris rebus fortunæ varietas, & temporis diuturnitas detrahere ſolent, tantum amicitiæ afferunt ſtabilitatis, cujus vinculum laxari non facile ſolet, ſi à primis adoleſcentiæ annis eſt contracta: verum in contrariam ſententiam ire cogor ex adamantinis, & inevitabilibus fundamentis, quibus nititur Actoris deſiderium, quod bonis avibus volavit. Intendunt Actores vendicare Villam à Reis poſſeſſam virtute inſtrumenti emphyteutici à fol. 6. quod quidem ſecundum juris noſtri normas habilis eſt titulus ad utile dominium transferendum ex *text in L. 1. ff ſi ager vectigal & cæt. ubi gloſſ commun recepta*, tradit *Bald in L. poſſeſſores juncto text.* ibi *Cod. de fund. patrimon. lib. 10. Valaſc. de jur. emphyt. q. 13. n. 1. Cald. de nominat q. 15. numer. 25.* eſtque apud noſtratres in confeſſo. Hujus dominii non modicus eſt affectus, ut inquit *Valaſc. q. 14. n. 3.* nam ſi iiſdem adjungatur poſſeſſio, & traditio reſpectu emphyteuticæ, proculdubio utilem parit reivendicationem, pro rebus àquocumque poſſeſſore vendicandis, & hæc eſt ſolidior doctrina, quidquid non infimæ notæ *Doctores* aliter ſentiant volentes ex ſolo emphyteutico contractu dominium utile, ac per conſequens reivindicationem vocatis in inveſtitura competere, ut per *Valaſc. dict. n. 6. Barb L. divortio 2 p. numer. 21. & 22. ff. ſolut. matr. Cald. de poteſtat. eligend. cap. 6. à numer. 20.*

Quod adeo verum eſt, ut aſſerant *Doctores noſtri*, quod ex ſolo jure renovationis, abſque ulla prævia conceſſione emphyteutica poteſt ille, cui conceſſum eſt, vel legatũ tale jus per actionem in rem emphyteuſim à poſſeſſore vendicare, *Pereir à Caſtr. deciſ. 31. num. 4 Valaſc conſ. 157. numer. 27. & 32.* licet enim verum dominium non habeat, quod mediante traditione acquiritur *ex regul. L. traditionibus Cod de pact. § per traditionem Inſt. de rerum diviſion.* & per conſequens careat reivendicatione, & propria competit ei reivendicatio impropria, propter efficaciã juris renovandi ſibi competentis *argumento text. in L. 1. §. 1. ff. de reivend.* Nec eſt novum in jure noſtro dari reivendicationem impropriam, prout cernere eſt in exemplis, de quibus *Sanch de mat. lib 9 diſput. 4 numer. 9. Pinel. in rubr. Cod de bon. mat. 2 p. numer. 5.* & caſu quo nulla competat actio, ſemper officium judicis nobile implorari poteſt ad emphyteuſim conſequendam, *Cald de renovat. q. 8 num. 2 Valaſc conſ. 157 à numer. 1. Pereir. deciſ. 31 num 4. Cabed. 1 p. deciſ. 155. à num. 4.* De poſſeſſione autem hujus emphyteuſis capta poſt inveſtituram patet fol. 27. quare reivendicatio de plano procedit. 46

Nec quidquam obeſt aſſerere prædictam Villam maioratus vinculo annexam eſſe in ultimo elogio à fol. 132. verſ. ubi fol. 134. & 135. ad quem maioratum vocatus reperitur clariſſimus Palatinus Senator, qui meliori fruitur ævo Ludovicus Mendes Barreto Reæ pater, quæ tamquam vocati, & poſſeſſoris filia in prædicto maioratu ſuccedere 47

intendit; multipliciter enim diluitur hoc fũdamentum, ut ex sequentibus apparebit. Agnosco, quod ad hoc, ut maioratus censeatur institutus, non est opus, ut id à testatore, vel institutore expressis verbis pronuntietur, sat enim est, quod ex clausulis inducatur, & colligatur, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. Pelaes eodem tractatu q 5. Menoch. de arbitr cas. 490. num 9. Reynos. observ 68. num. 25.* idque ex regula juris, quæ dictat, quod expressa non solum dicitur, quod verbis exprimitur, sed etiam, quod ex mente, & voluntate colligi potest, tenet *Gloss. verbo, expresse, in L. Prætor ait § 1. ff. de nov. oper. nunt. Mantic. de conject. lib. 6. tit. 1. uumer. 8. tit. 1. n. 22. & 23. Peregr. de fideicom. art. 11. n. 39 Cevalh com cont com q. 501. n 7. & 8.*

48 Conjecturæ autem, ex quibus maioratus censetur institutus, illæ sunt, vinculum bonorum, nominatio vocatorum, & onus in perpetuum implendum cum prohibitione alienandi, *Cabed. 1. p. decis. 96. num 1 Phæb. 2. p. decis. 120. numer. 16. Flor. variar lib. 1 q. 17 num 36. Rodrig. de ann reddit. lib. 2. q 9. numer. 65. Castill lib 4. contr. cap 9. numer. 66. & 80. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 6 Valasc. cons. 82. num. 4. Reynos. observ 68 numer. 25.* Item & nominatio legitimorum, & exclusio illegitimorum, *Menoch. lib 4 præsumpt. 76 numer. 48 Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 3 numer 7 Peregrin. cons. 49. lib. 1 num. 1.* Onus gestandi nomen, & arma familiæ, ut per *Fusar. de substit. q 499. n 13. Peregrin. de fideicommiss. art. 25 num. 27. Giurb decis. 32. num. 27* Agnosco etiam modum succedendi in bonis tamquam maioratui annexis posse per temporis lapsum induci, *Molin. de primog. lib 2. cap 6 numer. 26. Menoch. de arbitr. cas. 433. à numer. 1. Gam. decis 215. numer. 1 Valasc. cons. 133. num. 18.* Verum seriô discurrendo per verba elogii dicto fol. 134. & 135. cum nullum inveniatur verbum perpetuitatem denotans, immo fideicõmissum temporale restrictum ad personam vocati, prout civiliter (meo videri) pronuntiatum est in sententia fol. 69. & 70. insuper non probatur prædictus modus succedendi in hac Villa, immo contrarium ostenditur ex testibus à fol. 105. productis à R.

49 Præterea prædictus clarissimus Senator Palatinus vocatus fuit ad successionem horum bonorum sub expressa conditione nubendi cum Domina Leonor de Sá, ut in utroque maneret memoria testatricis perpetua, quod si matrimonium non fuisset realem effectum sortitum, statim vocata reperitur ad successionem Domina Maria soror ejusdem Ludovici, plane in confesso est vocatum in cælibatu decessisse, & uxoratum numquam fuisse, ac per consequens devoluta fuit successio ad vocatum secundo loco, nec Rea illud jus habet à parentis persona derivatum, cum illa conditio nubendi cum certa persona sit valida, secundum juris nostri normas, & communem Doctorum opinionum, *ex L Titia §. 10. ff. de cond. & demonstr. L. cum ita legatum vers. si Titio ff eodem titul. L 1. Cod de inst. & subst. Barb L. 1. 4. p. num. 37. vers. & confirmatur ff solut. matr. Sanch. de matr. lib 1. disput 336. Pelaes de maiorat. 1. p. q. 50. numer. 94 Mantic. de conjectur. lib. 1 tit. 18. numer. 1 Gratian. forens. discept. tom 2. cap. 209. numer. 24.* & deficiente conditione, & non sequutis nuptiis, non potest vocatus lucrum capere, nec ad successionem admitti, *Sanch dict. numer. 6. text in dict L Titio §. 1 Mantic. dict tit. 18 numer. 1. Gratian ubi supra numer. 25 Barb.* ubi proxime, *Cancer var. 3. tom cap 7. numer. 293. & seqq.*

Quia licet secundum veriorem doctri- 50
nam maioratus institutor non possit adjicere conditionem vocato non nubendi, nisi ad beneplacitum alterius, immo rejecta conditione potest ad libitum voluntatis matrimonium contrahere, *Molin de primog lib. 2. cap. 13. numer. 35. vers. in primo casu, Cabed. 2. p. decis. 31. num. 4.* ubi respondet de ea, quæ pro contraria parte adducuntur, *Pelaes de maiorat. 1. p q 50 numer. 4 Fontanel. de pact. nupt tom. 2. claus. 6 gloss. 3. p. 5 à num. 13 Castill lib 5 contr cap. 126. numer. 3. vers. ex his dilucide, & uum. 5.* Tamen, quando conditio apponitur nubendi cum certis personis, valida est, quia non impeditur libertas matrimonii, immo spe lucri ad illud invitatur, ut considerant *Sanch. Mantic. Barb Gratian. & Canc.* supra proxime citati, & sunt jura expressa *in dict L. Titia §. 1 & in dict L. 1. Cod. de institut. & subst.* quare non percipto, quo jure Rea possit maioratum, de quo agitur, possidere.

Præcipue, quia cum Rea defectum nata- 51
lium ob illegitimitatem patiatur, ad maioratum admitti nequit, regula enim admittenda est, quod filius naturalis integraliter (semotis urgentibus conjecturis) in dubio ad maioratum ab antecedentibus institutum admitti nequit, *Pereir. à Castr. decis 14 num 2. Flor. var. q. 16. §. 1 numer. 6 Peregrin. de fideicõmiss. art. 28. num. 4. Fachin lib 4 contr. cap. 102. Gaspar. Anton. Thesaur. forens. q. 5. n. 4. & q. 117. numer. 17. lib. 3. Cevall. com. contra com q. 164. Cald. cons. 9. à numer. 40. Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 68. Molin. lib. 3. cap. 3. à numer. 41.* in re tamen dubia multum

tum conducunt voluntatis conjecturæ, ut docuit *Ulpian in L. ex facto §. ſiquis rogatus ff. ad Tribellian.* Inter conjecturas autem illa prævaluit, ſi teſtator, quamvis ſit perſona egregia, vel in dignitate conſtituta, naturalē filium admittit, & de illo in aliqua teſtamenti, vel inſtitutionis parte mentionem facit, quia illum odio habuiſſe non videtur, ſed à primordio illo titulo poſterior efformatur eventus, ita in ſpecie *Bart. in dicto §. ſiquis rogatus*, quem ſequi tenemur, ſiquidem cōmuniter reprobatum eſſe, nullus, quem viderim, dixit, *Peregrin. conſ. 54 num. 9. & conſ. 72. lib. 2. Menoch. præſumpt 78 lib. 4. num. 31.* ſicut per contrarium quando teſtator legitimorum meminit, naturales excludere videtur, *Molin. de primog lib. 3. cap. 3. n 34. Surd. dec. 291. num. 19. & conſ. 89. numer. 38. Deciſio Pedemontan. 167. numer. 1.* tradit olim unus, quem pro multis citare ſatis eſt, inſignis *Barb. in privatis ſcholiis ad dict §. ſiquis rogatus num mihi 306.* eleganter reſpondens *ad text. in L. integraliter §. cum autem Cod. de inſtit. & cæt.* Quare cum in caſu occurrenti nulla reperiatur conjectura in teſtamento dicto fol. 134. & 135. ex qua inferre poſſimus filium naturalem fuiſſe admiſſum, regulæ ſtatus eſt ad excluſionem illegitimi, in quo non immoror, quia ex aliis capitibus Rea excludenda venit ex ſupra dictis, & infra dicendis.

52 Ultimo loco adverto, quod & ſi daremus maioratum vere, ac realiter cum requiſitis apprime neceſſariis inſtitutum fuiſſe, adhuc dicendum erat Villam, de qua eſt ſermo, in prædicto maioratu non comprehendi, quia cum ſit conceſſa in emphyteuſim ad vitas, maioratui inconſulto domino directe annecti non poterat, & hæc eſt verior, & ſolidior doctrina, & opinio in illa notiſſima dubia tamen inter antiquiores, & recentiores patres quæſtione, an bona emphyteuſis poſſint in maioratu vinculari, & per conſequens prohiberi, ne in perpetuum alienentur; & licet id fieri poſſe, teneant multi non parvi nominis viri, *Cabed. 1. p. deciſ 130. Molin. lib. 1. de primog cap 10 num 71.* & eam ſententiam praxim admittere referat *Pereir. à Caſtr. deciſ. 26. num. 7.* apud quos videri poſſunt fundamenta, quæ brevitatis cauſa de more meo omitto. Contraria opinio verior eſt, & receptior, pro qua Senatum noſtrum non ſæpius decreviſſe teſtantur *Doctores Regnicolæ, Gam deciſ. 70. 218. numer. 2. & 10 & dec 214. Phæb. 1. p. deciſ. 5. num. 4 Molin. de juſt. diſput 608. num 3.* Et ſi judicio meo aliqua habenda eſſet ratio, ita mihi puſillo, & ingenii imbecillitate parum autem nihil confidenti placuit, non ſæpe in occurrentibus caſibus.

Quod autem emphyteuſis, de qua agitur, 53
debeat præſumi ex ſua primæva origine, & natura potius conceſſa ad vitas, quam in perpetuum, habetur *in auth. de non alienand. rebus Eccleſ §. emphyteuſim col. 2.* tradit *Mantic. de tacit. lib 22. tit. 5. num. 15. Menoch lib. 3. præſumpt. 109. num. 7.* latis intendit *Pereir. à Caſtr. deciſ. 37. numer. 11.* Dubitare etiam nefas eſt Villam, de qua agitur, emphyteuticam eſſe ad conſpectum clauſularum non alienandi abſque domini conſenſu, & ſolvendi laudemium, quæ habentur fol. 124. verſ. & fol. 125. & inſuper ex receptione laudemii, canonis, inquam, de qua patet à fol. 7. verſ. & 8. & à fol. 99 uſque ad 104. *ex text. in L quamvis § 1. ff. dc acquirend. poſſeſſ. L. à Titio ff. de ſolut. Gam. dec 297. num 1.* quem citat, & ſequitur *Cald. de renov. q. 5. num. 25. in verſ quod in caſu.* Ex quibus multis aliis conſulto omiſſis, ne in longius ſermo noſter cum Dominorum ſequentium faſtidio protrahatur, meritiſſimi Curialis Præſidis, qui ad meliora translatus eſt, ſententiam tam quoad actionem, quam quoad reconventionem confirmandam eſſe arbitror. Ulyſſipone 20. Octobris 1660. Doctor Baſto.

Digniſſimi Prætoris Curialis, ad meliora 54
translati, placitum quoad mutuas petitiones, ſimiliter invictus tenere dicerem, ex elegantiſſime traditis à Superiore erudictiſſimo Domino, ea copia, ut nihil addi poſſit, ea brevitate, ut nihil diminui præ negotii gravitate: Reos tamen ad fructuum reſtitutionem à tempore indebitæ occupationis neutiquam crederē condemnandos, ſed potius à tempore litis conteſtatæ, attendendo, quod in eorum acquiſitione non requiritur titulus, ſed ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi, referente *Phæbo 2. p. deciſ. 133.* maxime *num. 46.* & quotidie inculcamus reformato circa dictos fructus tantum pronuntiatio. Ulyſſipone Novembris 11. de 1660. Leyte.

Cum ſecundo Domino convenio ſuper 55
fructibus, in quo tamen dicere poſſum, ſiquidem amantiſſimus Collega pro ſe habet ſententiam ſuper poſſeſſione prolatam, & ita in mala fide non erat, juſte namque poſſidet, qui authore prætore poſſidet, late per plures *text & DD.* comprobat *Salgad in labyrinth. cred. 2 p. cap 22. à num. 74 & 1 p. cap. 11. num.* 105. Ulyſſipone 17. Novembris 1660. Rego.

Super negotio principali meum non eſt 56
judicium interponere, ſed tamen ſuper reſtitutione fructuum, videlicet à quo tempore reſtitui debeant, an ab indebita occupatione,

sed à litis contestatione faciendam restitutionem esse certius duco. Ulyssipone 21. Novembris 1660. Pinheiro.

57 Hæc sententia fuit impedita cum exceptionibus, quæ fuerunt rejectæ, super quibus fuit lata sententia sequens.

*Acordaõ os dõ Dezembargo, &c. Sem embargo dos embargos, que naõ recebem, vista sua materia, e autos. Mandaõ se cumpra a sentença embargada, e passe pela Chancellaria. E condẽnaõ o embargante nas custas na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa 25. de Agosto de 1661. Regd. Doutor Basto.*

58 Et fuit fundata hæc sententia in deliberatione sequenti.

Ventum tandem est ad ultimam fere manum prævii molesti processus; & explosis reliquis de jure, & facto tam diffuse adductis, tum ex parte impedientis in exceptionibus à fol. 199. cum etiam impeditricis Dominæ Elisabethæ Barreto & Tinoca in aliis exceptionibus fol. 229. cum sequenti, utique sui momento minime valituris, ut à judicato recedamus; illa nuper animadvertenda allegatio in favorem ejusdem denuo auditæ facta in perorationibus fol. 250. in fin & vers. sub num 32. & sequentibus, valde me moveret, minime ipsam debere succedere in Villa contentionis, etiam si emphyteutica ecclesiastica proponatur, dummodo consideretur veluti liberæ nominationis; sicut decantare videtur tenor investituræ fol. 17 in fin. neque primus doctissimus Dominus dubitavit umquam dictam Villam emphyteuticam existere, ut inter alia melius cernitur ad calcem elaboratæ deliberationis suæ pag. 196 quo posito succedit dispositio *Ord.* allegatæ *in 4. tit.* 36. §. 4. practicatæ in simili emphyteusi ecclesiæ ut per *Doctores* citatis locis accurate adductos. Justum igitur, & æquum erit, ut prædictam haud spernendam allegationem nuper admittamus, & de ejus materia articulos efformari mandemus, nisi forsan dubium ingerat, considerare præfatam impeditricem fructuum consequi hic ex titulo emphyteutico, quem sæpissime nisi extitit impugnare in discursa, vel saltem vir impediens juxta præteritas traditiones, ita sentio. Ulyssipone Augusti 13. de 1661. Leyte.

59 Mihi tamen incumbit dicere super allegatione nova facta fol. 250 in fin. & vers à num. 23. cætera autem evicta manent per sapientissimos Dominos, in quo articulo potius cum priori sapientissimo Domino convenirem; moveor, quia *Ord. lib.* 4. *tit.* 36 § 4. in qua dicta allegatio fundatur, procedit, quando hæres institutus non fuit, quo casu succedit filius, etiam naturalis, in emphyteusi, licet pater nobilis sit, quod in præsenti non verificatur; apparet namque fol. 16. Doctorem Ludovicum Mendes Barreto Rei patrem instituisse hæredem Dominam Sebastianam da Camera, ibi: *Mostra se da verba do testamento, e mais documentos, pertencer ao supplicante a cobrança dos ordenados, e propinas, que se ficaraõ devendo ao Doutor Luiz Mendes Barreto por ficar por seu herdeiro universal por meyo de sua mulher.* Quæ quidem erat dicta Domina Sebastiana, cui competebat emphyteusis, ut hæredi, ex dispositione dictæ *Ord. lib.* 4. *tit.* 36. *in princ.* Ulyssipone 23. Augusti 1661. Rego.

No feito de appellaçaõ de Francisco Juzarte, e sua mulher Dona Cecilia Maria de Menezes, contra a Prioresa, e mais Religiosas do Mosteiro do Bom Successo, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello dos AA. Francisco Juzarte da Fonseca e sua mulher Dona Cecilia de Menezes, contrariedade das RR as Religiosas do Bom Successo. pela pessoa de Soror Magdalena de Christo, Religiosa professa, que foy no mesmo Convento, provas, e documentos juntos. Mostrase pelos AA. que no testamento, com que faleceo Dona Luiza de Moura. que vay fol. 13. dispondo de sua terça, a deixou a sua filha Dona Maria com condiçaõ que morrendo sem filhos, ficasse á outra filha Dona Magdalena, e falecendo sem filhos, ficasse a seu filho Dom Joaõ de Menezes, e naõ ficando de todos os ditos filhos herdeiros, ficasse a seu marido Dom Manoel de Menezes. E consta outrosim do mesmo testamento, deixar a dita defunta, se lhe dissesse perpetuamente por sua alma, huma Missa cada somana no Convento de Nogalles em Castella, onde a defunta faleceo. Mostrase mais, que fazendose partilhas dos bens da dita defunta, e sendo Juiz arbitro delles o Conde Meirinho Mór na determinaçaõ dellas, mandou, que se fizesse separaçaõ dos bens tocantes á dita terça, e se empregassem em bens livres, o valor necessario para a Missa perpetua que a dita defunta deixou, como da certidaõ fol. 23. consta, e se mostra importar a dita terça dous contos, e setecentos e sete mil réis, de que se fez pagamento á dita Dona Magdalena. trimeira substituida, por ter neste tempo já falecido a dita Dona Maria, primeiro chamada. Mostrase, que das sobreditas naõ ficaraõ filhos, por ambos tomarem o estado de Religiosas. e que de Dom Joaõ de Menezes, terceiro chamado para a successaõ da dita terça, naõ ficaraõ descendentes alguns mais que a A. Dona Cecilia de Menezes sua filha, posto que natural*

tural legitimada, a quem pela ſentença do Senado fol 54. foy julgada a ſucceſſaõ do morgado, de que foy poſſuidor o dito Dom Joaõ de Menezes ſeu pay, pelos quaes fundamẽtos pede em ſeu libello, que as RR. lhe larguem a importancia da dita terça, por ſer ella A tacitamente chamada na ſucceſſaõ della. Allegando, que pelas ditas vocaçoens declaradas no dito teſtamento, e encargo de Miſſa perpetua, ſe ficou induzindo prohibiçaõ de albeaçaõ, e inſtituiçaõ, e vinculo perpetuo de morgado, no qual ella A ficou ſuccedendo por ſer a unica deſcendente da dita inſtituidora Dona Luiza de Moura. Defendemſe as RR. com a materia da excepçaõ fol. 73. offerecida por contrariedade, continuada fol 77. allegãdo, que a diſpoſiçaõ, que a teſtadora fez ſobre a terça, naõ induz vinculo perpetuo, ou inſtituiçaõ de morgado, porq̃ para elle, conforme a Direito, era neceſſario, que ouveſſe vocaçaõ de familia, ou deſcendentes in perpetuo, e prohibiçaõ de albeaçaõ, os quaes requiſitos ſenaõ achaõ no dito teſtamento, mas ſómente huma ſubſtituiçaõ na falta de ſeus filhos, e morrendo eſtes ſem herdeiros, ficaſſe a dita terça a Dom Manoel de Menezes ſeu marido, a quem deixava por ſeu univerſal herdeiro, e que por ſua morte, falecendo ſem filhos, ſe deſpendeſſem todos ſeus bens em Miſſas quotidianas perpetuas, pelas almas de todos. Allegaſe outroſim, que a dita defunta naõ fallou nunca em morgado no dito teſtamento. E que o morgado, de que fez menção, foy o que inſtituio Diogo de Caſtro do Rio, ſobre cuja ſucceſſaõ ſe deu a ſentença fol 54. Moſtraſe ultimamente por parte dos RR. que a A. naõ foy herdeira de nenhum dos filhos da dita teſtadora, por quanto de D. Joaõ de Menezes, pay da A foy herdeira ſua mulher Dona Dorothea de Guſmaõ, como de ſeu teſtamento ſe vê a fol. 36. O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçaõ de Direito, conforme ao qual, poſto que baſtẽ algumas conjecturas para ſe preſumir, que o teſtador quiz inſtituir morgado perpetuo, ainda que expreſſamente o naõ declaraſſe, e conforme a opiniaõ de alguns Doutores ſe tenha por conjectura da dita vontade, o acharſe na diſpoſiçaõ diverſas ſubſtituiçoens, e vocaçoens de peſſoas, como nos termos preſentes ſe acha fol 16. todavia a melhor opiniaõ he, que quando he deixado o fideicommiſſo a algum filho ou parente, e ſeus filhos, ainda que ſe achem ſubſtituidas mais peſſoas, ſe com a dita diſpoſiçaõ naõ concorre outra conjectura, por onde ſe preſuma a perpetuidade, ſe naõ induz vinculo, ou inſtituiçaõ de morgado, e ſenaõ eſtende o dito fideicommiſſo a mais, que aos expreſſados na dita diſpoſiçaõ, e como nos termos preſentes, no teſtamento da teſtadora ſenaõ ache outra conjectura, por onde ſe preſuma que ella quizeſſe inſtituir morgado de ſua terça, nem prohibiçaõ de albeaçaõ, ou vocaçaõ in perpetuo, neceſſariamẽte ſe deve preſumir, que a dita diſpoſiçaõ deſte fideicommiſſo, naõ quiz a teſtadora paſſaſſe álem das peſſoas expreſſamente ſubſtituidas, e que morrendo algum delles com filhos, expiraſſe o tal fideicõmiſſo, nem obſtar, o deixar a teſtadora, q̃ ſe lhe diſſeſſe perpetuamente huma Miſſa de Requiem cada ſomana para effeito de que ſe preſuma a perpetuidade deſte fideicommiſſo, por quanto eſta diſpoſiçaõ foy em clauſula apartada, e antecedente, e della naõ faz menção a teſtadora, ao tempo que diſpoz da terça, e deixou o dito fideicommiſſo e caſo que pela dita diſpoſiçaõ ſe queira preſumir vinculo, e inſtituiçaõ perpetua de morgado, ainda aſſim naõ teu as AA direito para a ſucceſſaõ delle, por ſerẽ chamados os ſucceſſores pela palavra filhos, e pela palavra herdeiros; e eſtes conforme a Direito ſe haõ de entender legitimos, principalmente ſendo a inſtituiçaõ feita por peſſoa illuſtre, e femea, em quem ſe acha maior aborrecimẽto aos filhos naturaes, álem de que a A. naõ foy herdeira do dito ſeu pay, e naõ obſta a ſentença do Senado, porque foy julgado á A. o morgado de que foy poſſuidor ſeu pay Dom Joaõ de Menezes por quanto em hum, e outro caſo ſe achaõ diverſos termos, e palavras, por ſe chamarem na inſtituiçaõ do dito morgado os deſcendentes, debaixo de cuja palavra ſe entendem os filhos naturaes, o que naõ ha no caſo, de que ſe trata. Por tanto, abſolvo as RR do pedido pelos AA aos quaes condẽno nas cuſtas dos autos Lisboa 3. de Dezembro de 1673. Manoel Ferreira.

Et hæc ſententia fuit confirmata in Senatu. Judices: Ribeyro. Quifel. Doctor Freyre.

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus. 61

Cum totale libelli fundamentum nitatur in diſpoſitione teſtamenti fol. 16. & fol. 167. ex qua maioratus vinculum in bonis tertiæ conſtanter Actores intendunt; neceſſe eſt, ut expediam, quid noſtra ſentiat Minerva circa interpretationem præfatæ diſpoſitionis.

Et imprimis teſtatrix diſponens de tertia ſimpliciter, & integraliter eam reliquit filiæ Mariæ, cui ſubſtituit Ream etiam filiam, ſi prima vocata ſine filiis decederet, & ſimiliter etiam ad caſum defectus filiorum in Rea ſubſtituit filium Joannem Dominæ Actricis patrem naturalem, cui ſi ſine hæredibus decederet, id eſt, ſi ſine filiis obiret; id enim, 62

secundum commune loquendi usum important verba, *se de meus filhos naõ ficarem herdeiros*, tunc vocavit maritum, & hujusmodi post obitum sine filiis, disposuit, quod omnia bona allodialia, id est, illa, quæ tertiam capiebant, cum de aliis filios habens disponere non valebat testatrix ex *Ord. lib. 4 tit. 82.* in suffragiis consumerentur juxta formam datam, ut patet ex verbis, ibi: *Todo o demais de meus bens livres, o mando por minha alma, &c.* Ex hac dispositione non video, ex quo elici queat aliquod maioratus vinculum, cum clare testatrix in defectu filiorum, & mariti, & sic illorum descendentiæ voluit, ut bona tertiæ promissa ad mariti nutum, & arbitrium dividerentur, sine eo quod administrare aliquem nuncupasse.

63 Nam ad casum, quo filiæ succederent, & in defectum maritus, sive cum filiis, sive sine illis usque ad mariti obitum, sine descendentia fideicõmissa simplicia tantum, & temporalia erant, sine aliquo Missarum onere, in hoc tantum post omnium mortem, sine filiis adjectum esset, non vero antea, & sic male partitionibus, & non cum præfecta voluntatis disponentis notitia, pro tunc anniversarium fuit creatum fol. 24.

64 Quinimmo, si Missarum onus omnibus vocatis fuisset adjectum, quod non præcipio, adhuc illud onus cum vocationibus limitatis vinculum non inducebat secundum receptiorem sententiam, de qua *Reyuos observ. 69. Gam Val. & alii per Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 62. § 54 gloss. 60. & Forens. cap. 4. num. 225.*

65 Sed adhuc semoto vinculo, pro Domina Actrice urget; quod cum Rea originaria prima substituta decessit sine filiis, locus erat fratris substitutioni; & cum iste prius excessit sine filiis legitimis, videbatur, quod Actrix filia naturalis erat admittenda ad fideicommissum, substituto semoto marito si viveret: & ratio est, quia ex recepta sententia filia naturalis facit deficere conditionem, si sine liberis, etiam quando testatrix est fœmina, & nobilis, optimè *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. numer. 36. Fusar. q. 406. n. 28.*

66 Dupliciter tamen respondetur: primo, quia cum Joannes Actricis pater, & secundus substitutus decessit vivente Rea prima substituta, ad quam fideicõmissum devolutum extitit, caducavit fideicommissum juxta *text. in L. unica §. sin autem Cod ead. tollend.*

67 Secundo respondetur, quod cum Rea monialis decessit, Monasterium ob Religionis favorem facere deficere conditionem, si sine liberis, & repellit substitutum, ut tenet *communis sententia in capite in præsentia de probat. Gam decis. 326. Covas 1. resolut. cap. 19 numer. 6 Valasc consult. 24 num. 4 Costa in cap. si pater verbo si absque liberis numer. 20. Cald. de nominat. q. 6 num. 10.* estque *text.* & ibi *Scribentes in auth. nisi rogati Cod. ad Trebell.* & unde sumitur *Auth. de Ecclesiast. titulis §. sed hoc præsenti*; ita ut mortua R. bona remaneant penes Monasterium, *Gam. supra num 3.* cum & ipsa Monialis, ibi: *Decessit.*

Et quando pro hæredibus extraneis esset intelligenda illa verba, ibi: *Se de meus filhos, naõ ficarem herdeiros*, quomodo aliter præcipio, adhuc Domina Actrix hæres à patre non instituta ad fideicõmissum admittenda non erat, cum eis qualitas illa hæredis deficeret, ex his quæ *Cald. de nominat. q. 7. num. fin. Mantic. de conjectur. lib. 1. tit. 1. numer. 9.*

Neque urget, quod saltem tertiæ bona unita, sive annexa apparent maioratui da Maya, cujus Actrix Domina reperitur, & moveor ex dispositione fol. 16. ibi: *Declaro mais, que naõ tendo elle filho, torna a Maya ao morgado, e todo o demais de meus bens livres.* Nam respondetur, quod ibi vitiata invenitur scriptura in adjectione puncti, & virgulæ, eo quod sensus testantis, ibi annexare, non fuit, sed in verbis, *e todo o demais de meus bens livres*, incepit aliam dispositionem, quæ continuatur in verbis sequentibus, ibi: *O mando por minha alma &c.* & supra tetigi, ideo adjungi fecimus testamentũ fol. 167. ut veritas detegeretur.

His suppositis cum in præsenti, neque vinculum appareat, neque filia naturalis repellat Monasterium ad casum, quo simplex fideicõmissum esset; immo cum tale esset, in causam caduci fuit redactum per obitum Joannis: & ideo, ad Monasterium spectat, sine eo quod jus aliquod habeat Actrix; unde superflua est disputatio, an filia naturalis sit admittenda ad successionem maioratus. Ulyssipone 5. Junii 1674. Doctor Freyre.

Ego potius in revocationem judicati in clinarem, siquidem non inficiatur, quod filius naturalis facit deficere conditionem, si sine liberis, cum conditio si sine liberis expressa, defecta censeatur per filios naturales, non extantibus legitimis ad textum celebrem, & elegantem *in L. ex facto 17. § siquis rogatus 1. ff. ad Trebellianum conjunctio text. in L. hæredib. 77. §. 1. ff. eod. titul. ubi gloss. & Doctor. Sarmiento in L siquis posthumos 9. ff. de liber. & posthum. num. 5. Menoch. lib. 4. præsumpt. 78. à num. 39. & num 57. Peregrin. de fideicõmiss. art. 28. num 40. Mantic. de*

*de conject. ultim volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *uum.* 13. *& numer.* 17. *Joſephus de Ruſticis in L cum avus* 102. *ff. de cond. & demonſtr. lib.* 3. *cap.* 1 *à num.* 123 *Flores de Mena var. q* 16. *numer.* 28 *lib.* 1 *Coſta in cap. ſi pater* 1. *de teſtament. in* 6. *verbo ſi abſque liberis num* 39 & naturalis ſucceſſibilis facit deficere conditionem ſi ſine liberis, *Gloſſa verbo extiterit in L filius-famil.* 114 § *cum quis ff. de legat.* 1. *Joſephus de Ruſticis* ubi proxime *dict. cap* 1. *num* 135. *& num.* 237. *Mantic* ubi proxime *lib.* 11. *tit.* 9 *numer.* 2 *& lib.* 1. *tit* 8 *num.* 17. *Cald Pereir. de nominat. q* 20. *numer.* 22. Eo vel maxime quando non conſtat de contraria voluntate diſponentis, *Gabr lib.* 4. *tit. de fideicommiſſ. concl.* 2. *n.* 68.

72 Ratio à priori principalis, & proxima fundatur in conjectura pietatis, & amore avito, *text in L cum acutiſſimi* 30. *Cod. de fideicommiſſ & iu L generaliter* 6 §. *cum autem Cod. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib.* Addita etiã alia ratione, quia non eſt præſumendum teſtatricem voluiſſe alienas ſucceſſiones propriis anteponere, *Joſephus de Ruſticis ſupra lib.* 1. *cap.* 2. *à num* 2. *Menoch. lib.* 4 *præſumpt.* 16 *numer.* 5 *& præſumpt* 59 *numer.* 75. *Coſta dicto verbo ſi abſque liberis in princip. Anton. Faber de erroribus decad* 20. *errore* 10 *& de conjectur. lib.* 7. *cap* 14 *Tiraquel in præfation. L. ſi unquam* 8 *Cod. de revocand. donationib. num* 3 *& num* 7 *juvat text in L tale pactum* 41 § *fin ff. de pact. Joſeph dict. lib* 3. *cap.* 18. *n.* 21. *Gomes* 1 *variar cap.* 5 *n.* 32.

73 Plane præfata conjectura pietatis, & avitus amor efficit, quod per nepotem naturalem deficiat fideicõmiſſi traditio, ſi ſine liberis; ita ut fideicõmiſſum ad eam, & deſcendentes in infinitũ extendatur, idque deducitur *ex text. in dict. L in generaliter* 6 § *cũ autem* ibi: *Intelligentem, non eſſe veroſimile patrem ſi de nepotibus cogitaverit, talẽ feciſſe ſubſtitutionem humanitatis intuitu. hoc, & latius, & in pignus interpretandũ eſſe credidimus ut & ſiquis naturales filios habeat &c.* Conjunctis verbis ibi: *Sine ſobole*, quod verbum in infinitum ad filios trahi poteſt. *Gabr. ſupr. dict. concl.* 2. *numer* 4. *Menoch dict. lib* 4. *præſumpt.* 70 *num.* 25. *& dict. præſumpt.* 89. *num.* 73. *Mantic. de conjectur. dict. lib* 11 *tit.* 8. *num* 19. Aliter non videretur teſtatrix alienam poſteritatem propriæ anteponere, quod utique probatur; quia appellatione liberorum nepotes, & omnes deſcendentes continentur, *text. in L natorum* 104. *& in L. liberorum* 220. *ff. de verbor. ſignification & in L liberos* 10 *ff. de Senatoribus*, *Menoch. conſult* 215. *num.* 77. *& numer.* 97 *Parladuros differentia* 92 *uum.* 2. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 11. *Craſſus in* § *fideicommiſſ. q.* 36 *Caſtill. controv. lib.* 3. *cap.* 29 *numer.* 13. *Joſephus in dict. L cum avus* 102. *lib.* 6. *cap.* 8. *à numer.* 13. *& cap.* 11. *cum ſeqq & cap.* 14. *à num.* 21. *Gabriel lib* 6 *tit. de verbor. ſignificat. concl.* 1. *n.* 5. *Peregr de fideicõmiſſ. art* 22. *à numer.* 46 *& articul.* 28 *à num.* 32. *& lib.* 3. *conſ.* 36. *num.* 3. *Simon de Pretis de interpret ultim. volunt* 3. *interpretatione* 3. *dubit.* 4. *ſolutione* 1. *num.* 52.

Rurſus in noſtra inſpectione attenta ſupra poſita doctrina, dum diximus in conditione, ſi ſine liberis, venire deſcendentes, intelligitur, ſive maſculi ſint, ſive fœminæ, *Menoch conſ.* 150. *num.* 2. *Trentacinq. de ſubſtitut.* 4 *p. cap* 7 *num.* 9. *Mareſcot. variar. lib.* 2 *cap.* 49. *Galganet. de condit* 1. *p. cap.* 13. *numer.* 7 *& num* 11 *Peregrin. de fideicõmiſſ art.* 25. *n.* 13. *Joſeph. dict lib.* 6 *cap* 8 *à numer.* 13. *& cap.* 10. *à num* 9. *Gabriel* 4. *tit. de ſubſtitut concl* 2. *ex num.* 13. inſuper conditio, ſi ſine liberis, verificatur, non ſolum in pluribus, ſed etiam in unico tamen relicto, *text in L. non eſt ſine liberis* 148 *ff. de verbor ſignificat. gloſſ. verbo, ex voluntate in dict L. ex facto* 17 § *ſiquis rogatus o* 1. *Menoch conſ.* 204. *num.* 70. *Craſſus in* § *fideicommiſſ quæſt* 34. *num.* 2. *Galganet. ubi proxime dict cap.* 13. *uum* 6 *Peregrin. dict. artic.* 28. *num.* 37. Unde cum imprætentiarum Actrix inveniatur filia naturalis D. Joannis, & neptis teſtatricis ſubintrant conjecturæ ſupra dictæ, quæ canonizatæ extant in jure per jura ſuperius laudata; ſicque viſa una, & altera diſpoſitione pro Actrice dicerem revocato judicato. Ulyſſipone 17 Junii 1674. Doctor Cerveyra. 74

Tota quæſtio præſens in eo tantummodo verſatur; ſi teſtatrix de bonis tertiæ maioratum inſtituit, aperte conſtat ex verbis diſpoſitionis, quod teſtatrix tertiam reliquit ſimpliciter, & integraliter filiæ Mariæ, cui ſubſtituit Ream etiam filiam, ſi prima vocata ſine filiis decederet, & ſimiliter, ſi Rea ſine filiis etiam decederet, ei ſubſtituit filium Joannem Actricis patrem, cui ſi ſine hæredibus decederet, id eſt, ſine filiis è vivis deſcederet, ſubſtituit maritum, & tunc ſi ille etiam ſine filiis decederet, diſpoſuit, omnia bona allodialia, quæ continent tertiam juxta *Ord. lib.* 4. *tit.* 82. in ſuffragiis fuiſſe diſtributa, ut pateſcit ex teſtamenti verbis fol 16. 75

Ex qua diſpoſitione non percipio, quo jure Actores intendunt probare teſtatricem tertiam maioratui vinculaſſe; cum etiam oſtendatur onus Miſſarum poſt omnium obitum impoſitum fuiſſe, ſi vocati ſine filiis obirent; quia licet maioratus inſtitutio conjecturis probetur, *Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. 76

*num.*

*num.18 & cap.5 per tot. Gam decis.224 num. 9. Val cons 82. Flores q 17 numer.19 Cab 1 p. decis. 96. Phæb 2 p. decis.120. à numer.9.* Attamen in præsenti dispositione nulla conjectura apparet, ex qua probetur testatricem voluisse ejus tertiam maioratui fuisse abnoxiam : quas conjecturas adducunt *Molin. dict cap 5 num 34 & lib.2 cap.14. numer 47. Reynos. observ.53. num 27 Avend. L.41. Tauri gloss 3 numer.14 Gam.decis 224.n.9 Phæb. decis 120.n.9. & 10.*

77 Et quamvis onus Missarum omnibus vocatis fuisset impositum, non ideo judicarem maioratum bonorum tertiæ, ut optime *Val. cons.82.d num 6 Gam.decis 30. num 10. Reynos. observ.68 & 69. Phæb.2 p.decis 120 num. 9 & 16. Peg ad Ord. lib.1. tit 62. § 53. gloss. 60. & Forens cap.4 n.224.*

78 Deinde adhuc semoto vinculo licet ex cõmuni sententia filius naturalis faciat deficere conditionem, si sine liberis, ut optime *Fusar.q.406 num.28 & q.360. à numer. 4. & q 361 numer.13 Castr.decis.14 numer.4. Reynos observ.53.numer.6. Castill.quotid. tom.5. cap 82 à numer.1. Pelaes de maiorat. 2.p.q 2. à num.20.* Non ideo Actrix est admittenda ex duplici capite; ut primus Dominus erudite animadvertit; primum est deductum *ex L. unica §. sin autem Cod. caduc. tollend.* Quia cum Actricis pater secundus substitutus decessisset vivente Rea prima substituta, ad quam fideicommissum devolutum extitit, caducavit fideicõmissum. Secundum est, quia Monasterium ob favorem Religionis facit deficere conditionem, si sine liberis, & substitutum excludit, & cum Rea Monialis decessisset, fideicõmissum spectat ad Monasterium, & penes illud remanet, *Gam.dec. 316. num. 2. & 3. ubi Flor. in add* Igitur, his omnibus perpensis, & aliis erudite adductis à proximo Domino Doctissimo ejus deliberationem sequar. Ulyssipone 10. Augusti 674. Quisel.

79 Convenio cum primo, & tertio Domino, in quibus aureis deliberationibus satisfit doctissimè, & magistraliter deductis à sapientissimo Præceptore super conditione, si sine liberis decesserit, quam deficere facit filia naturalis, sed quomodo impræsentiarum hæc juris traditio intelligenda est, & adaptanda, optime visa una, & altera dispositione caluerunt latè Domini, quos sequor. Ulyssipone 29. Augusti 1674. Ribeyro.

80 Et optimo jure ita judicatum fuit, & nos resolvimus, non obstante opinione *Molinæ lib. 1. de primogen. cap 4.* Cujus fundamenta convincuntur manifeste, tum ex dictis *n.* 39. & 40. & etiam quia est communis resolutio, quod licet maioratus ex sua natura sit perpetuus, & extendatur etiam ad transversales ultra descendentes in perpetuum. Attamen si fundator instituit maioratum ad certas personas, & ad eorum descendentes absque transvertalium memoria, maioratus manet fundatus limitativè in favorẽ descendẽtium vocatorum, & illis finitis maioratus extinguitur, & manent bona libera in ultimo possessore, & non transit successio ad transversales, licet sint in descendentiam fundatoris, quia respectu ultimi possessoris sunt transversales, & ut tales reputantur in successione, ut inquit *Peregrin de fideicom. art. 22. numer. 14.* ibi: *Transversales autem non sunt de linea Franciſci, sed de alia linea, quamvis ab eadem stirpe procedant. Molin. de primogen. lib.3 cap.7. numer.7. & 8* ibi: *Ili etiam, qui quamvis ab eo descendant, ultimi tamen maioratus possessiori per lineam transversam conjunguntur, Gutièrr. cons. 13 n.12. Mier. de maior 2 p q 6.n 7.*

Atque ita manent excluſi transversales, & solum inclusi filii, & illorum descendentes vocati, qui cum de transversalibus non fieret mentio, non possunt habere inclusionem vulgarem, *L. cum ita §. in fideicõmiss. ff de legat. 2.* Cujus dispositionem procedere, non tantum in fideicommisso, de quo ibi disseritur, verum etiam in maioratibus, & primogeniis, docet *Covas practicar. cap 38. Barbat de fideicõmissis, maioratu & primogenitura personali 1. p. cap. 1 n.27. cum seqq. Xuar. in L. quoniam in priorib. limit 2 ad Leges Regni num.15. Gregor. Lopes in L. 2. tit. 15. partit. 2. verb. el mas propinquo, Menchac. de succession creat. lib 3. §.27 numer.11. Uterque Burgos de Paz, unus senior cons.34 num.12 & seqq & numer 39. alter junior q. 2 num.66. Azeved cons 18. numer.2 Gratian. forens.cap.847 num.6. Menoch cons 326.num. 72. Bardelon. cons.95. num.16. Mier. de maiorat. 4 p.q 29. numer.12.* ubi multos refert, improbat *Molin.* contrarium tenentem *lib. 1. cap. 4 num.11 & seqq* & eum notat à parum apta allegatione *Covas lib. 3. var. cap. 9.* & multa demùm adducit sententiam *Molinæ* evertentia, & subinde tradita *à Castilho tom. 2. cap. 22. numer.57 & tom.6 cap. 147 num.121. & cap.143 numer.1.* & demùm apte notat *Molinam* sibi ipsi adversari, cum enim *d cap 4 num. 1 cum seqq. & num. 31.* & iterum *cap seq. num.37.* docuerit, & tenuerit maioratum in favorem Magnatorum ultra personas nominatas non extendi, nil illi in causa esse potuit, cur non idem in maioratu in favorem descendentium, non senserit, & asseruerit.

Sed

Sed adhuc exactioris tractationis gratia diſquirenda ſuperſunt, quæ *Molina* hac in re lato calamo proſequutus fuit *in d. cap* 4. in ſuæ ſententiæ confirmationem, id facilius conſequemur primitus notantes, quòd *Molina* diſputat tres quæſtiones in hoc capite. Prima eſt, utrum ex ſui natura maioratus ſucceſſio perpetua ſit, quam diſputat *à n.* 1. *uſque ad* 30. & diverſa eſt à noſtro caſu. *Et num.* 31. *& ſeqq.* quærit quid tenendum, quando maioratus inſtitutio principaliter non ad bona, ſed ad perſonas dirigitur? Quo etiam caſu maioratum perpetuum eſſe teſtatur, & ad omnes gradus, & perſonas referendum, & poſtea *num.* 37. & noſtrum propoſitum inquit hæc verba: Dubium noſtrum verſabitur in caſu longe difficiliori, quando ſcilicet maioratus in filio teſtantis, & ejus deſcendentibus inſtitutus fuit, & dubitatur, an eis deficientibus, & etiam aliis filiis, & deſcendentibus inſtitutoris ad tranſverſales, ejuſdem maioratus ſucceſſio devolvatur? An vero maioratus deficiente linea deſcendentium ipſius inſtitutoris expiret. Et in hoc caſu concedit incluſionem, & vocationem tranſverſalibus in defectum deſcendentium primo loco vocatorum, & fundatur *num.* 39. in verbis ſeqq. *Quod ea eſt maioratus natura, ut ea bona, quæ maioratui ſubjiciuntur, in familia ipſius maioratus inſtitutoris perpetuò conſervari debeant*, & ſtatim infert *n.* 40. quod nomen, *familia*, non ſolum comprehendit ipſius inſtitutoris deſcendentes, ſed ex eadem ratione omnes ſuos tranſverſales, & circa hoc fundamentum multa refert, quem videtur ſequi, *Caſtill. lib.* 2. *contr. cap.* 22. *numer.* 75. illi eidem enixus cauſæ; quod motivum eſt leve, ut clare demonſtrabunt ſequentia.

83 Fatemur enim nomen hoc, *Maioratus*, apud omnes perpetuitatem, & tractum ſimul ſucceſſivum per ſe ferre, ut late probant *Molin. d. cap.* 4 *num.* 21. *& alii à nobis* citati *cap.* 6. *num.* 51. *& ſeqq.* At vero in noſtro caſu aliter res ſe habet, quia fuit factus maioratus non ſimpliciter, ſed limitative ad certas perſonas, & ut ſupra diximus *num.* 37. verbum, *Maioratus*, tantum verificatur in maioratu temporali, & graduali, quantũ in perpetuo, & abſoluto primogenio, & ſtantibus, & durantibus gradibus vocatorum, eſt vere maioratus, quoad omnes juris effectus, *L.* 27. *Tauri in fine*. ibi: *Para ſiempre, o para el tiempo que el teſtador declarare. L.* 11. *tit* 7. *lib.* 5. *recopil. Freccia lib.* 3. *de ſubfeud. poſt princip. § q* 2. ex forma *numer.* 3. *Molin. de primogen lib.* 1. *cap.* 5. *Paz de teuut. cap.* 60. & diximus *cap.* 1. *num.* 55. & ſane ab iſtis facile eliditur conſideratio *Molinæ*, dum inquit, quòd talis diſpoſitio maioratus eſt abſoluta ad omnes de familia quando eſt facta in favorem primi vocati, & eorum deſcendentium, ut patet ibi: *Ex quo maioratum inſtituens, videtur conſequenter velle bona ſua in familia perpetuo permanere.* Quæ reſolutio adaptatur fundationi maioratus abſolutæ, & non accõmodatur ad fundationem reductam ad certos gradus, vel perſonas, ſicut in noſtro caſu, in quo abſque dubio procedit deciſio *textus in L qui ſolidum* §. *prædium ff. de legat.* 2. cum aliis jam relatis, & expendendis inferius; neque enim tanta debet eſſe authoritas *Molinæ*, ut leges iſtas, rationemque ipſam vincere poſſit.

Deſtructo hoc potiſſimo fundamento *Molin* nunc veniunt examinanda, quæ duobus prioribus caſibus ſupra poſitis is ipſe tractavit, in comprobationem perpetuitatis maioratuum, & vocationum tacitorum, & ſubintellectorum tranſverſalium, ait enim primũ *in d cap.* 4 *numer.* 16 quod in maioratibus ſucceditur in omnibus, & per omnia ſicut in Regno, & inquit quod eodem modo, quo in ſucceſſione Regni defertur ſucceſſio tranſverſalibus in deſcendentium defectum, ita etiam in maioratibus; ſed hæc ratiocinatio à ſeparatis fit, & non concludit, arguit enim à diſpoſitione legis generalis, & expreſſa ad hominis diſpoſitionẽ: parum ergo apte argumentum deſumitur à caſu generaliter proviſo ad caſum limitatum, in quo contrarium proviſum extat, & in quo non ſumus. 84

Subinde *Molin. d. cap* 4 *num.* 27. notat in maioratibus, voluntatem fundatoris, veluti in fideicõmiſſis, attendi debere, id, quod nos non negamus, quando ſtamus verbis fundatoris, ejus mentem aperte denotantibus, & quis facit maioratum in favorem primi vocati, & ſuorum filiorum, deſcendentiumque abſque tranſverſalium mentione, clarum eſt, quod ad eos voluntatem ſuam non extendit, ut alias *dixit J. C. in L cum ita* §. *in fideicommiſſo ff. leg* 2. 85

Et quamvis voluntas teſtatoris, ex veriſimili eorum mente ad alios caſus præter expreſſos trahi poſſit, hoc intelligi debet in quibus caſibus indicia, conjecturæ, aut veriſimilitudines id expoſuerint; at vero quando datur diſpoſitio cum vocationibus limitatis, ut in noſtro caſu, nemo jurisdice poteſt dicere, quòd diſpoſitio, & proviſio expreſſa reſtricta ad caſus limitatos, debeat extẽdi ad alios non contentos in diſpoſitione, ex capite veriſimilitudinis. Et ſi hoc valet, nulla diſpoſitio datur, quæ non admittat extenſionem ultra caſus expreſſe proviſos. 86

87 Inquit etiam *Molin.d.cap.4.num.20.* idem procedere in maioratu fundato per contractum, *quia etiam in contractibus mens contrahentium attendi debet*, sed hæc consideratio cessat tam ex dictis, quam ex eo quod in contractibus verba maxime sunt expendenda exposa quacumque extensione, *L quidquid adstringendæ ff. verbor. oblig. Ramon. cons.444. numer.3. Bald. in cap. venerabilem num 15. in fine de elect.* dicens nullam conventionem trahi debere extra terminos, sive reales, sive temporales, sive verbales, & sequitur *Afflict.dec.* 403 *n* 5.

88 Cætera, quæ *Molin* inducit *d.cap.4.numer.* 21. *&* 22. arguens à verbo maioratus, & notans maioratus constitutionem in rem scriptam censeri debere, jam respondimus supra, & vere procedunt in maiotatu simpliciter, & absolute instituto, non in temporali, aut graduali, certos gradus, aut personas respiciente, ut in nostris terminis.

89 Hæc cum ita se habeant, adhuc supereſt obfirmanda contraria sententia in *Molin.* aliquibus mediis, & authoritatibus, & primum in eum objicimus, quæ is ipse sibi opposuit, *d cap.4. num.* 20 de provisione per modum dispositionis, facta de casu ad casum non extendenda ex *L commodissime ff. liber. & posthum.* quæ ratio, & propositio, maxime urget, quidquid *Molin.* commentatus fuerit *n.* 24. dicens, hanc propositionem limitandam, in quibus casibus verisimilis disponentis convenit voluntas, hac enim evasione nihil agit, nam subterfugium istud verisimilis voluntatis, vel dicentium dispositionem extendendam ad casum, quem testator, si fuisset interrogatus, verosimiliter provisisset, *in L. tale pactum § fin. ff de pact.* nullius enim frugis est, quod nostra attinet, cum simus in dispositione expressa, & deliberata, geminataque oratione emissa ab institutore, qui vocavit filios suos, & descendentes, eorumque filios, nec ad alios transversales fuit progressus, id autem quod de verosimili disponentis mente passim cõminisci solent, tunc tantum debet admitti, quando ex verbis dispositionis verisimilitudo percipitur, neque enim in casu nullo modo expresso, atque ideo omnino omisso induci potest extensiva interpretatio ex capite verisimilitudinis, ut ex pluribus probat *Castill. lib 4. contr. cap. 12.num 8. & seqq.* & quando daretur, fuisset de casu ad casum, non de persona ad personam, *L quæ conditio ff. cond. & demonstr. idem Molin d.cap.4.n.3. Cassanat. cons.4.num. 59. & seqq.*

90 Neque quidquam egit *Molin.ibidem num.* 24. *vers. similiter*; nam & si daremus ex verisimili mente disponentis extensionẽ itidem admittendam de persona ad personam, intelligendum est, quando verba dispositionis id permittunt, ut in casibus propositis in *num. antecedenti*; non vero quando dispositio, ut hic, continet dispositionem absolutam, & præcisam casuum, & personarum in illa contentarum, tunc enim nulla fieri debet extensio juxta supra dicta.

Et vere hoc ipsum ratum est, *Molin.num.* 28. *&* 29. *d. cap.* 4. ubi cum aliis suæ adversantibus sententiæ occurrere contendit, demum agnoscit, quod cum testator nullum, ut ipse ait, verbum expressit, quod saltem ex larga, & generali interpretatione casum omissum comprehendere possit, nisi causa (ut inquit *num.*29) ex qua prohibitio alienationis sit, ejus naturæ sit, ut etiam nepotes, ac alios descendentes comprehendat, prout si testator ea bona alienare prohibuerit, ut in familia conserventur. tunc namque alienationis prohibitio facta filiis etiam nepotes, aliosque descendentes comprehendet. Quo nihil dissertius, nec expressius dici potuit, in confirmationem nostræ resolutionis, & in exclusionem contrariæ *Molin.* ipsius, cum nullum sit verbum in nostro casu proposito, quod ex larga, aut generali interpretatione, ad inclusiones, vocationes, aut substitutiones transversalium, quas contrarii oppositores commenti sunt, possit referri, nec ultra sit ratio, tale quid inducens, quæ nos adstringat, ad extendendam, vel ampliandam dispositionem; sed potius pro nostra resolutione est *text. expressus in d L. qui solidum* 78. §. *prædium*, cum aliis supra adductis, ubi bona fideicommissi alienari prohibita descendentibus de familia relictis, in persona ultimi descendentis libera sunt, deque ipsis is ultimus ad libitum disponere potest; neque admittenda est subauditio *Molin n.* 23. dum oppressius illius *text.* per aperta in contrarium decisione recurrit ad verbum maioratus, aptum (ut ipse ait) comprehendere omnes de familia, ut inde juxta *d.* § *prædium* inquit *Molin.* ultimum, quod potest disponere de bonis fideicõmisso subjectis cum prohibitione alienationis, non ille, qui ultimo in scriptura maioratus nominatus fuerit, sed ultimus, qui ex familia supererit. quia hoc intelligitur in suo casu, & loco, quando scilicet quis simpliciter, aut generaliter fundavit maioratum in persona unius, tunc enim supplentur cæteræ vocationes ex dictis supra: secus est quando ut in nostris terminis dispositio maioratus est gradualis, & temporalis, fundata in favorem certarum personarum, tunc enim cum verbum

desta parte livre, se contarão do mesmo tempo da entrega das joyas, até real entrega, e a satisfação da dita parte livre, para o que irá o feito ao Contador, e outrosim condemno aos RR. nos ordenados da Capitanía de Pernambuco, a razaõ de mil cruzados cada anno, que se liquidará na execução, e do pedido pelo RR. em sua reconvenção contra a A. a absolvo, por se naõ provar legitimamente o deduzido nella, e pelas mais razoens por sua parte allegadas em suas finaes razoens. E paguem os RR. as duas partes das custas dos autos, e a A. huma. Lisboa 26. de Julho de 1670. Antonio Lobo de Torneyo.

240 A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata sententia sequens.

Acordaõ os do Desembargo, &c. Naõ saõ aggravados os aggravantes os Condes do Vimioso pelo Corregedor do Civel da Corte em os condẽnar nos redditos, que se nomearaõ na parte das joyas, que em si arrematou o R. originario Duarte de Albuquerque Coelho seu sogro, e pay, desde o anno de 1615. até o tempo em que foy consignada para o morgado instituido pelo ViseRey da India Mathias de Albuquerque a quinta de Carcavellos, mas foraõ por elles aggravados em condemnar dahi em diante, como em lhe naõ mandar compensar a parte livre das joyas feita primeiro liquidação das partidas, que deduzem os RR. em suas razoens, que pagou, e despendeo o R. originario, por conta, e contemplação de seu irmaõ o Conde de Alegrete A. originario, e tambem foraõ por elle aggravados em os condẽnar nos ordenados da Capitanía de Pernambuco, sem distinção, e em absolver a Cõdessa A. de dar ás contas pedidas na reconvenção, desde o anno de 1620. até o de 1627. Deferindo ao aggravo dos RR. cumprase o confirmado por seus fundamentos, e o mais dos autos; os quaes vistos, como a quinta de Carcavellos fosse judicialmente por sentẽça do Provedor dos Resíduos avinculada, e dandose noticia pelo R. originario ao A. seu irmaõ de como estava esta consignação feita a approvosse, e lhe agradecesse o telo feito, ficaraõ desse mesmo tempo cessando os redditos pedidos, sem que obste a sentença dada sobre a posse, que foy julgada á Condessa A. da dita quinta, por nella se deixar direito reservado sobre o direito da propriedade, e a sentença dada sobre o possessorio naõ prejudicar ao da propriedade tratado via ordinaria, como no caso presente, e passar a sentença dada pelo Provedor dos Resíduos em cousa julgada, sem a contradizer em todo o tempo, que viveo o Conde A. originario, antes constar de suas cartas da approvação referida de mais do que consta da arrematação da dita quinta ser feita pelo R. originario, e ser elle o que deu o preço da venda, e conforme a Direito entenderse o pagamento do preço ser feito do dinheiro proprio, de que o fez, e pagou, inda que em nome de outrem o fizera, quanto mais naõ constando legalmente, que o R. originario tivesse dinheiro, que fosse do A. originario seu irmaõ, por tanto nesta parte julgaõ naõ deverem os RR. os referidos redditos, mais que até o tempo em que foy consignada a dita quinta, e que pela parte livre das joyas se liquidem na execução desta as partidas deduzidas pelos RR. em suas razoens, e feita liquidação o que constar devem della, paguem a A. e seus redditos. E como sem estarem examinadas as contas, que se referem no rol de Manoel de Miranda senaõ póde entender, se era acredor o A. originario, se devedor, e se nas contas, que entre si fizeraõ o A. e R. originarios no anno 1619. foraõ nelles incluidos os ordenados de Capitaõ de Pernambuco, declaraõ, que constando naõ estarem nellas incluidos, os paguem os RR. liquidandose o tempo, que o Conde A. originario servio na dita Capitanía, como tambem será obrigada a A. a dar as contas pedidas na reconvenção da administração, que o A. seu marido teve dos bens do R. originario seu irmaõ, desde o anno de 1620. até o de 1627. no caso que nas contas referidas que tiveraõ no de 1629. naõ estejaõ incluidas. Deferindo ao aggravo da Condessa A. be por elle Corregedor aggravada em absolver os RR das partidas do rol feito por Manoel de Miranda, reservando só o direito á A. contra elle. Revogando nesta parte sua sentẽça: mandaõ, que sendo obrigado na execução desta o dito Manoel de Miranda a justificar por documentos o que gastou dos bens, e rendas do A. originario, de mais de que recebeo por conta do R. originario Duarte de Albuquerque sogro, e pay dos RR. que o que de mais se mostrar despendeo com elle, e ás suas ordens, se entenda ser do Conde A. seu irmaõ, e que neste alcance sejaõ os RR. condẽnados, com declaração, que nas Letras de Cambio passadas de Madrid, pagardõ só a metade da quantia dellas os RR. por procederem de gastos, que o R originario fez na Corte de Madrid em negocios, que respeitavaõ á cõmodidade, e interesse de ambos os irmaõs. E condẽnaõ a A e RR. nas custas dos autos de permeyo. Lisboa 28. de Abril de 1672. Ribeyro. Doutor Coutinho. Quifel. Pereyra de Sousa.

Hæc sententia fuit fundata in deliberatione sequenti. 241

Quoad

Quoad Cathalogum probationem abundantem reperio, inſpecta ſubſtitutione ad adminiſtrationem facta fol. 16. attentaque declaratione ſubſtituti Emmanuelis in frõte ipſius Cathalogi, & conſiderata extra-judiciali originarii debitoris geminata cõfeſſione in epiſtolis fol. 478. verſ. ad med. & fol. 476 poſt medium, quæ ſola ſemiplenam probationem faciebat, *Ord. lib.3. tit.52. in princ. Mancin.de confiſc.cap.2.num.6. Poſth. reſol.52 num.2.* Juncta facultate Emmanueli permiſſa ab A. originario ad illas faciendas expenſas accedentibus teſtium dictisfol. ex quibus, & fere tota proceſſus ſerie fit palam de cauſa, ob quam originarius debitor in paupertatem inciderat, ſiniſtra præſumptio, quam de legalitate,ac veritate ejuſdem ſubſtituti Emmanuelis habendam eſſe contendunt illuſtriſſimi aggravati, potius imputari debet originario debitori ad adminiſtrationem illum eligunti, & ſubſtituenti. Unde in re antiqua, & geſta inter perſonas adeo conjunctas, & huius qualitatis probationi talium expenſarum potius inclinarem. Verum cum Actrix illuſtriſſima voluntati conjugis ſtare tentatur, utpote illius hæres ex vulgaribus juris principiis, illeque poſt motam hujuſmodi litem codicillari voluntate diſponeret tempore mortis, quod fierent calculationes cum præfato Emmanuele,ut etiam dixerat in teſtamento fol.cõſentaneum rationi judico, quod in executione hujus ſententiæ dictus Cathalogus liquidetur judicialiter compulſo Emmanuele ad ſummarie rationes præſtandas expenſarum illius Cathalogi, exhibendaque omnia illa documenta, de quibus ad calcem illius mentionem facit, & fatetur penes ſe habere ad ratiocinia, ut ſi hujuſmodi calculatione de veritate documentorum appareat, quibus Cathalogus fulcitur, Reorum ſequatur condemnatio in concurrenti quantitate ad novi litigii circuitum in hac parte eximio Præſide Curiali.

242 Quoad pretium unionum, & pecuniarum intereſſe Præſidis ſententiam nullam dicerem: moveor, quia in judicio reſiduorum privativo, & competenti ad inſtantiam A. originarii, ac ex illius confeſſione judiciali, legitimo procuratore interveniente,ut conſtat fol. junctis documentis,& ad inſtantiam utique Promotoris reſiduorum, cujus erat inſtare pro ſecuritate, & validitate vinculi, de quo agebatur, fuit à Proviſore lata ſententia, quæ in judicatum tranſit fol.779. & per illam maioratui vinculata Villa nuncupata de Carcavellos, utpote empta unionum pretio, cujus Eduardus debitor erat, quod aliquo modo etiam fulcitur ſubhaſtationis titulo. Unde ſequitur, quod ſtante illa ſententia, qua fuerunt confirmatæ rationes præſtitæ in illo judicio, ad quod ſpectábant, ac in illis facta calculatio de omni intereſſe debito ab Eduardo, Villaque vinculata tanquam empta unionum pretio, minime poterat Præſes Curialis contrarium decidere, & falcem in alienam ſegetem imittere inaudito Promotore, cui ſpectat de quocumque præjudicio vinculi conſtituti allegatio, *Ord. lib.3. tit. 75. in princ.* Igitur hujus puncti materiam ad illud reſiduorum judicium reſervarem, non obſtante ſententia Senatus fol.ſiquidem quoad proprietatem de judicio competenti intelligi debet, & poſſeſſoriam litem tantummodo judicavit, ut ex illa inſpici poteſt. Et idem dicerem de illa parte principalis pretii, & illius intereſſe, quæ nuncupatur libera,ſiquidem pertinet ad eaſdem rationes confirmatas à Proviſore fol. quorum quò de hac materia clarius diſceptabitur audito Promotore; in hoc enim proceſſu facile non percipitur inſpecta illius nimia confeſſione ex multiplici documentorũ congerie.

Quoad ſtipendia parvi facerem dubium 243
de tempore, nam licet abſque ulla hæſitatione pateret de petitione reſpectu prioris gubernii, adhuc tamen ſententiam revocandam opinor. Moveor, quia in eodem tempore Actor originarius fuerat fratris procurator, & adminiſtrator bonorum, quæ ſtipendii ſolutioni conſignata erant, ut infra clarius monſtrabitur, & ideo præſumitur ſatisfactus ex bonis adminiſtratis, quatenus à rationibus adminiſtrationis aliud non appareat, *Maſcard de probat. concl.53 numer.4. Menoch.de præſumpt lib.3 præſumpt.143.n. 14. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4 gloſſ.18. p.5. à numer.42. Menoch. de arbitr. caſ.209. Noguerol alleg.40. à num.25. Lanfranc. de ſalar. q.51. à numer 77* Juncta conſideratione, quæ fieri debet de tempore hujus motæ litis adverſus Procuratorem Regium penes ſe habentem univerſa debitoris originarii bona in ſequeſtratione poſita ob illius abſentiam apud hoſtes, tunc enim facilius conſanguinei adverſus abſentes, vel potius adverſus fiſcum pro ſomniatis debitis inſurgunt: unde in hac parte potius pro nunc abſolutioni Reorum inclinarem.

Quoad reconventionem Præſidem utique 244
revocarem in illa parte, qua Reorum poſtulationi non annuit circa rationes ab A.præſtandas nomine conjugis adminiſtrationis bonorum fratris Eduardi ab anno 1620. uſque ad annum 1627. ſimiliter namque parvi

facio petitionis æquivocationem de tempore, cum de veritate constet ex procuratorio mandato fol. utique de administratione, & rationibus illius reddendis ex epistola fol. & alio documento junctis testium dictis, & confessione ejusdem Actricis dicentis conjugem non per se, sed per famulos fratris administrationem gessisse; hoc enim sufficit ad rationes reddendas, cum per se facere videatur, qui per alium facit, *L. qui per alium ff. de reg. jur. cum vulgarib.* Non enim æquale erat, quod Actrix velit originarium Reum pro rationibus administrationis factæ ab Emmanuele condemnari, & Actorem originarium ab illis reddendis administrationis factæ, licet per famulos ab illo nominatos, & electos liberari quoad alias reconventionis partes Præsidi meritissimo concors fum. Ulyssipone 4. Julii 1671. Pereyra de Sousa.

245 Laudo equidem inter illustrissimos fratres, ac strenuissimos viros, ac Duces in adversitatibus generoso animo, ac liberali corde, quasi fraternalem contrahere societatem, non solum in bonis nulla adhibita patrimoniorum distinctione, ita ut quod in Brasilia illustrissimus Comes clarissime fratris Eduardi maximas fortunas ante hostis ingressum ejus permisso, ac mandato administrabat, ac recipiebat, Eduardus vero in Lusitania ipsius Mathiæ patrimonium aliquando per procuratorem subrogatum Emmanuelem eodem modo gerebat, sed etiam in reciproco amore, quo semper, tam in bona, quam inadversa fortuna se ad invicem coadjuvarunt meo judicio in multis sine retributionis spe, quia quod unus in sua expendebat, alius eras similiter faciebat. Verum cum mors omnia solvat, ut testatur *Justin. in §. Solvatur inst. de societ. L societatem 4. § dissociamur ff. pro socio*, illa sequuta fraternalem communicationem, ac morem dissolutum vidimus, ne deficeret vulgare dicterium, quod societas discordias excitare solet, *ad text in L cum pater 79. §. dulcissimus ff. legat. 2.* hos inter illustrissimos A. & R. sententiæ definitivæ calculo terminare convenit.

246 Sed primo loco pro veritate eruenda suppono impossibile esse, quod ex redditibus bonorum illustris Comitis A. originarii ita uberiores possent oriri obligationes, ut in libello continentur, & ex infra dicendis dilucide apparebit.

247 Patentur Actores in sua replica, quod inter amantissimos fratres Mathiam, & Eduardum ratiocinia facta fuere anno 1629. excepto censu valoris viriolarum in 13. articulo, ibi: *Excepto o juro do valor das joyas*, quare recte colligitur, quod actiones intentatæ in libello exceptis parcellis expositis in 9. articulo, omnes contractæ fuere ab anno 1631. quo tempore Eduardus fratris mandatum suscepit, ut Actores fatentur in 11 libelli articulo in fine, ibi: *Por virtude da procuraçaõ, que lhe fez, e deixou depois de se hir para Pernambuco no anno de 1631.* usque ad annum 1640. ut idem Actores declarant in 13. articulo libelli, nulla est melior probatio, quam partis confessio in articulis facta *ad text. in L cum precum Cod liberal caus. Ord. lib. 3. tit. 53. §. 9. & tit. 50. §. 1.*

Plane ab anno 1631. ad 1640. numeran- 24
tur decem anni, Actores affirmant in primo sui libelli articulo, Mathiæ bonorum redditus singulis annis importare tres mille aureos, & licet in undecimo articulo ibi sigilatim exponendo, asseruit amplius importare, ibi: *Hum conto seiscentos quarenta e quatro mil reis.* Attamen deductis expensis domorum, & jea, quæ in debitorum, sive regiorum censuum, & cõmendarum, quæ multoties accidit, & apparet ex epistola fol & aliis oneribus, valorem de quo in primo articulo æquiorem judico, si ad illum redditus proveniant consideratis super relatis; habito respectu ad illum in decem annis important 30U. aureos; Actores vero petunt, 38U. aureos exceptis parcellis articuli noni, ut in libello cernitur, ergo dato, & non concesso, quod Eduardus Mathiæ fratris bonorũ redditus omnes in se absolveret virtute mandati per spatium prædicti temporis, ut Actores intendunt, amplius petunt à Reis 8U. aureos, ut redditus important, & clare illucidatum manet præter quæ in hac parte ociosum judico libellum, & etiam in alia maiori, ut ostenditur, ex eo quia:

Illustrissimus Comes Mathias in spatio 24
prædictorum decem annorum vixit, & alere se debebat ex redditibus suorum bonorum, ut patet fol. quia aliunde se alere non debebat, & charitas bene ordinata id expostulat *ex L. præses Cod servit. & aqua.* Considerata ergo ejus qualitate, & expensis suæ domus, & familiæ una cum extraordinariis sumptibus factis in Brasiliæ Regione, & in profectione ad illam, & iterum ad hoc Regnum ad quæ omnia facienda non ubertimos judico bonorum suorum redditus, de quibus in primo articulo sui libelli, eo vel maxime, quando idemmet Actores affirmant redditus Eduardi, quos in hoc Regno habebat, importare 436U. ut patet ex secundo articulo libelli, quos omnes dicunt non sufficere ad tres anni menses, ibi: 436U. *cada anno*

em

*em juros, o que naõ baſtava para tres mezes do anno, para poder ſuſtentar ſua familia cõforme ſua qualidade.* Si ergo Eduardo non ſufficerent, unde Mathias alere debebat, quorum ſumptus parum minus, magisve diſtare poterant. Suppono tamen, quod Mathiæ ſumptus annuatim ſaltem miſerrime degendo non poterant eſſe minores 800000U. terunt. præcipue conſiderato dicto teſtis fol. 585. aliorum fol. 285. ex quibus oſtenditur non eſſe Comitem avarum in ſumptibus in prædicto tempore, & poſtea, poterat ergo ad plurimum frater Eduardus capere ex redditibus fratris annuatim 400000U. qui in decem annis poterant importare, dato quod eos caperet decem millibus aureis, ergo libellus in tam exceſſiva quantitate conceptus inutilis mihi videtur, quia non ita divitem judico Comitem Mathiam, ut alendo ſe, & familiam valuiſſet mutuare fratri Eduardo tam extraordinariam pecuniæ quantitatem, ut in libello petitur in ſpatio decem annorum, cum antequam hoſtis Batavus præfecturam invaderet, longe magis Eduardus Mathia frater dictior erat, & divitiis abundabat, nulloque modo fratris patrimonio indigebat, ſic teſtes, quod dubio caret. Eo vel maxime, quando ſatis abunde ex actis probatur, quod poſt hoſtis ingreſſum in præfectura, Eduardus redditus præfecturæ ex aliquibus locis percipiebat ad ſe alendum per ſpatium aliquorum annorum, & Emmanueli Sachari proventus mitebat ad ſolvenda debita, ita teſtes fol 669. ibi: *Ficou livre o mais quatro annos.* Et teſtis, quod Eduardus miſit Sacharum Emmanueli uſque ad annum 1637. ita teſtes contra producentem omnia conducunt ad oſtendendum, quod Comes Mathias non poterat ex redditibus fratri Eduardo mutuare tantam pecuniæ quantitatem, quia non ita dives erat, nec Eduardus ita pauper, ut unde ſe alere non habuiſſet, tam ex bonis ante ingreſſum hoſtis acquiſitis, quam etiam ex illis, quæ poſtea per aliquorum annorum ſpatium ex præfectura provenerunt, ex quibus recte conſtat immenſam eſſe belli petitionem, ut vero in tanta confuſione, certa ab incertis ſeperamus, & quod verum eſt agnoſcatur, ſigillatim circa omnes parcellas petitas in libello diſcurrere neceſſe eſt, judex namque pronuntiare debet ſuper omnibus deductis in libello, *text. in L. de quare 74 in princ ff. judic. Ord. lib. 3. tit. 66 §. 1.* tot ſunt capita, ſive parcellæ diſtinctæ, tot debent eſſe ſententiæ, *L etiam ff. minorib. Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 73. in princ. numer. 3. & tit 79 §. 2.* Quod feciſſe non invenit doctiſſimus Curialis præſes in ſua ſententia fol. ſolum enim ſententiam dixit circa tres parcellas libelli cæteras omittendo, ſuper quibus dicere debebat, & diſertiſſimus præcedens Dominus ſuper illis etiam deliberare, ſi ni fallor acta ad illos iterum remitti debebant, ego vero muneri meo ſatisfaciendo ſequẽtia reſolvo.

In primis circa primam parcellam in ter- 250
tio libelli articulo petitam expenſarum factarum ab Eduardo in profectione ab hoc Regno in Braſiliam Reos abſolverem ex probationis defectu, tunc etiam quia Eduardus tempore illo divitiis ſuperabundabat, erat enim ſtatim in principio, quo hoſtis Batavus præfecturam fuit ingreſſus.

Eodem modo abſolverem Reos à parcella 251
dotium monialium petita in quarto articulo, nam ab Eduardo conſtituta fuit in cenſu Regio, ut deponit teſtis fol. 186. recognoſcunt AA. in ſua replica in octavo articulo fol. 235. circa exceſſum ibi allegatũ pervenisſe ex redditibus bonorum Mathiæ non invenio probatum.

Tota difficultas eſt ſuper petitis in quin- 252
to articulo libelli, in quo jurgii deciſio conſiſtit, conſtat namque latiſſime ex actis Mathiam fratrem Eduardum procuratorem cõſtituiſſe anno 1631. ut ſupra oſtendimus n. 3. poſt facta ratiocinia anno 1629. ut dicto numero conſtat, qui proficiſcens in præfecturam ſuam, ut Actores dicunt in quarto articulo ſuæ replicæ fol. mandatum ſubrogavit in Emmanuele, ejuſdem Eduardi famulo, ac procuratore, vulgo *Feitor*, qui Emmanuel virtute mandati redditus bonorum Mathiæ ſelegit, de quo non eſt dubium, dum in Braſilia degit, teſtis fol. cum aliis multis, quare RR. in judicio conveniri non poterant ex multa adminiſtratione ſubrogati, niſi R. originarius doloſe ſe egiſſet in ſubrogatione mandati, & ex redditibus bonorum aliquid reciperet à ſubrogato, *L ſi procuratorem §. dolo ff. mandat. Caſtr. in prax p. 1. lib. 4. cap. num. 40. & 41.* Quod AA. deduxerunt in dicto quinto articulo nempe Reum originarium virtute mandati ab Emmanuele ſubrogati accepiſſe pecuniæ quantitates, de quibus fol. 19. & in ſuos uſus eos convertere, ex his tamen agnoſcendis hoc opus hic labor, licet multorum teſtium copia patefiat Emmanuelem ſolviſſe de mandato Eduardi varias pecuniæ quantitates, dum commoratus fuit in Braſilia regione, verum an ſolutio prædictæ pecuniæ facta fuiſſet ex patrimonio Mathiæ, an fratris Eduardi, in hoc conſiſtit totus cardo rei, nam ex teſtibus probatur latiſſime, quod Eduardus dum fuit in præfectura poſt hoſtis ingreſſum

multoties summa in quantitate misisse Emmanueli Sachari arcas ad solvendas literas cambii, ut constat ex ejusdem Eduardi epistolis Emmanueli missis fol. 480. & ibi: *Eu vos hirei mandando assucares com que possais satisfazer tudo*, ibi: *Sete caixas*, & infra, *doze caixas*, ibi: *Muitas caixas faço embarcar*, & infra ibi: *E assim desejo mandar com que vos desempenhe*, ibi: *Treze caixas* ibi: *E nestes sete me vaõ quasi oitenta caixas, e mais estaõ embarcadas de cento.* Ita testes.

253 Igitur non exhibitis ratiociniis ab Emmanuele, illius quod recepit ex Eduardo, & illius, quod solvit per literas cambii ab eo missas, non possumus cognoscere, nec decidere, si quantitates descriptæ ab Emmanuele fuerunt solutæ cum pecunia proveniente ex sacharo, an ex Mathiæ redditibus, ad hoc ut RR. teneantur solvere, quare optimum judicio arbitrium sapientissimi Domini præcedentis, quod fiant ratiocinia cum Emmanuele, illius quod expendit, & solvit contemplatione Eduardi, & quod ab illo recepit ex sacharo, & aliis redditibus, & quod factis rationibus constiterit plus expendisse, quam recipisse, quod in executione liquidabitur, solvant illustrissimi RR. in hoc consistit clavis decisionis incomprehensibilis jurgii, & in hac forma, & hoc additamento præcedentis Domini sententiam amplector, super quo conferam cum illo: assertioni Emmanuelis nihil credendum in hac materia, nisi visis documentis, illa namque agit de se exonerando, sic reformata in hac parte meritissimi Præsidis sententia.

254 Quod attinet ad literas cambii, quas misit Emmanuel Eduardo apud Castellanos degenti usque ad annum 1640. ab anno prope finem 1638. apparet ex epistola fol. 515. *De sete mezes que ha que aqui estou.* Quæ epistola facta fuit 27. Junii 1639. de quibus literis continetur petitio in 7. & 13. articulo, circa illas petitioni annuo eodem modo, quo super dixi de literis cambii, ex Brasilia missis, ita utsi factis rationibus apparuit solutas fuisse ex Mathiæ patrimonio, tunc in illa quantitate, quæ liquidata fuerit in executione, solū solvant Rei dimidiam partem, quia Eduardus in Castellanam curiam missus fuit ab A. originario Mathia tunc in vinculis constituto ad gerendam illius libertatem, ut constat ex epistolis recognitis: *Que logologo viesse a esta Corte*, & ibi: *No negocio de meu irmaõ*, & fol. 524. quæ ab Actore fuere oblatæ, & adversus eos legitimam efficiunt probationem. *Cald de empt. cap. 19 numer. 44. & 45. Barb ad Ord. lib. 3. tit. 55. §. 12. numer. 2.* Cumque sua, & fratris Mathiæ negotia gesfit, expensæ pro dimidietate solvi debent, ut socii in lucro, & in expensis, *L. pro socio 38. L. cum duobus §. damna ff pro socio, principium inst. de societate, Gam decis. 210. num. 29. Valasc consult. 118 num 9 Castr. in prax. p. 1. lib. 4. cap. 8. § 9. n. 30.*

Fratres amantissimi quasi in societatem ad hæc negotia in Castellana Curia facienda bona sua obtulerunt, & ego ita censeo ad conspectum epistolarum, ut colligitur ex Mathiæ epistola patrimoniis communicatis, quod multoties tacito inducitur consensu, teste *Valasc. consult. 34.*

Deveniendo ad 14. mil. aureos petitos in octavo articulo, ut expensæ Capellæ factæ ex redditibus bonorum Mathiæ Reos absolverem, quia Actores non probarunt ex Mathiæ bonis provenisse, quod totum pendet à ratiociniis, quæ cum Emmanuele sunt facienda, ut Actor originarius in suo testamento decrevit.

Quoad censum petitum ex pretio viriolarum, de quo fit mentio in nono libelli articulo, & pretio pateræ, vulgo *Salva*, quod Eduardo traditum fuit, ut exprimitur in perorationibus AA. ad emenda bona, ut maioratui vincularentur ab anno 1615. usquequo traditum fuit usque ad tempus, quo loco pretii vinculata fuit Villa de Carcavellos, quod in executione liquidabitur, RR. condemnarem juxta formam obligationis Eduardi in hoc confirmato Præside, Reos vero absolverem à prædicto censu annuo à tempore, quo loco illius prædicta Villa de Carcavellos subrogata fuit, & vinculata per judicem Residuorum, ut ex ejus sententia patet, junctoque documento, quod vinculum Comes Mathias approbavit, ut ex ejus epistola constat fol. 90. ibi vers. Eduardo fratri gratias agendo propter vinculum, & Villæ unionem, ibi: *Vivame vossa mercé muitos annos pela instituiçaõ, que fez do meu morgado*, & infra ibi: *Pelo grande gosto que tinha da quinta de Carcavellos*, & ibi: *Naõ foy cara*, & infra: *Que vossa mercé buscava este dinheiro para satisfazer ao que devia, &c.* Quibus eliduntur ea, quæ ponderavit in contrarium doctus illustrissimæ Actricis patronus, sic in hac parte confirmata, & revocata doctissimi Curialis Præsidis sententia.

Nec hujus negotii cognitio ad judicem 255
Residuorum remitti debet, cognitio causæ devoluta est ad Senatum, qui ad omnes causas competens est, *Valasc consult. 65. ad fin. & de part. cap. 39. num. 72. Thom. Valasc allegat. 96 n. 71.*

Quod attinet ad partem liberam princi- 256
palis, sive capitalis, & census annui respectu illius,

illius, quæ vinculo maioratus ſubjecta non fuerunt, ut ponderatur in perorationibus RR. condemnarem in eo quod in executione liquidatum fuerit cum Reis auditis ſuper illis, quæ in ſuis perorationibus tradere Actori originario reſpectu partis liberæ affirmant: ſic confirmato, & modificato ſapientiſſimo Præſide.

259 Deveniendo ad ultimam parcellam, de qua in 14 articulo reſpiciente Mathiæ ſalarium, doctiſſimi Præſidis revocarem ſententiam, Reos abſolvendo cum præcedente diſertiſſimo Domino ex fundamentis ab eo doctiſſime ponderatis in verſ. quoad ſtipendia, hæ ſufficiant pro libello AA.

260 Accedendo ad reconventionem cum præcedente Domino convenio reformato ſapientiſſimo Curiali Præſide; ea tamen lege, ut ſi præſtandis ratiociniis apparuerit illas inclusas fuiſſe in factis anno 1629. ut oſtendi ſupra, de illis reddendis nihil curandum. Ulyſſipone 15. Septembris 1671. Doctor Gouvea.

261 Meo videri nihil injudicatum reliquit meritiſſimus Præſes Curialis, immo omnia in libello contenta decrevit, licet enim in illo multæ reperiantur parcellæ, ſcilicet parcella ſumptuum, quos illuſtris Eduardus fecit ad proficiſcendum ad partes Braſilicas, parcella dotium, quas dedit quatuor filiabus religionem ingredientibus parcella literarum cambii, quas illuſtris Eduardus degendo in Braſilica miſit, ut Emmanuel ſolveret, parcella aliarum literarum cambii, quas dictus Emmanuel mittebat ad illuſtriſſimum Eduardum apud Caſtellanos degentem in oppido Madrid, quo profectus fuit, poſtquam ex Braſilica rediit, & parcella ſumptuum Capellæ maioris Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis hujus Civitatis, hæ omnes parcellæ ad unam tantummodo redducuntur, nempe ad parcellam reddituum illuſtris Mathiæ, qui in libello poſtulantur, tanquam expenſi, & converſi in utilitatem, & proprios illuſtris Eduardi uſus.

262 Secunda parcella procedit ex pretio unionum, & viriolarum, quæ per obitum Mathiæ illuſtris Viceregis Indiæ remanſerunt, quia omnia ſua bona maioratui vinculavit, nominando ad ſucceſſionem illius illuſtrem Mathiam Actorem originalem, quos uniones illuſtris Eduardus ſub haſta publica emit, & ad pretii ſatisfactionem ſe obligavit menſe Auguſti 1615. ut patet fol. 545. & verſ. ad ſolvendum quotanis 170U. terunt. illuſtri Mathiæ fratri ſuo tanquam maioratus poſſeſſori.

263 Tertia parcella procedit ex ſallarii illeſtris Mathiæ de tempore, quo officium Ducis nomine fratris ſui exercuit, quod ſalarium erat 400U. terunt. ſingulis annis, & ad hoc ſolvendum tenebatur illuſtris ejus frater Eduardus, tanquam donatarius, & proprietarius dicti Gubernii, ut videre eſt ex diplomate Regio, & cum Curialis præſes has omnes parcellas judicavit, meo videri nihil intactum reliquit.

Deveniendo igitur ad has tres parcellas, 264
ad quas omnes alias reduximus ſeparàtis tamen de ſingulis earum tractabimus, ut certa ab incertis ſeparari poſſint.

*Et quoad primam*

Cum ſumma in illa petita æquet, imo po- 265
tius excedat redditus illuſtriſſimi Mathiæ A. originalis, mihi videtur petitorium in illa contentum eſſe nimis exceſſivum, ſiquidem illuſtris Mathias ab anno 1629. uſque ad annum 1640. (de quo tempore redditus poſtulat) debebat ſe alere, tam in Braſilica, quam in oppido de Caſtello de Vide, ubi prædictum tempus conſumpſit, & alimenta debebant eſſe juxta ſuam qualitatem, deductiſque his ſumptibus ex ſuis redditibus, neſcio quomodo poterat tam ingentem ſummam habere ad ſubveniendum illuſtriſſimum fratrem Eduardum, ei tam magnas ſummas mutuando, præcipue cum ex inſpectione actorum conſtet, illum ſolere ſe gerere magna oſtentatione, & authoritate, ſed cum appareat ex allegatis, & notatis á primo Domino ſapientiſſimo, illuſtris Eduardus aliqua fratri debuiſſe, ut in epiſtolis ibi citatis fatetur, exiſtimo præſentem quæſtionem dirimi debere per ratiocinia ſummarie facta audito Emmanuele, & oſtenſis documentis, de quibus mentionem facit in fine ſui Cathalogi fol. 19. cum duabus ſequentibus, ſi conſtiterit illuſtriſſimum Eduardum aliquod conſumpſiſſe de redditibus ſui fratris Mathiæ, illuſtriſſimi Rei condemnentur tanquam ſui hæredes, ſic revocato Præſide Curiali.

*Quoad ſecundam.*

Conſtat illuſtriſſimum Eduardum emiſſe 266
ſub haſta publica uniones, & veriolas, quæ per obitum illuſtris Mathiæ Indiarum Viceregis extitere, & has pertinere illuſtri Mathiæ Actori originali, & pretium venditionis eſſe 3. 261U. terunt. ut patet, ob quam quantitatem ſe obligavit ad ſolvendum quotanis 163U500. terunt. ut apparet, conſtat etiam eundem ſe obligaſſe ad ſolvendum quotanis 4U800. terunt. ob pretium pateræ aureæ, & pecuniam Mathiæ Viceregis, quam jam in ſe habebat, & pertinebat maioratui, quem inſtitueret: cujus poſſeſſor erit Actor originarius, ut patet fol. 347. & important

omnes

omnes hi redditus annui, ad quos solvendos dictus Eduardus se obligavit 167U850. terunt.

Cum ageretur de ratiociniis testamenti
267 illustris Mathiæ Viceregis judicatum fuit, quod de capitali pretio unionum,& veriolarum solum pertinebant ad maioratum ab illo institutum 1.856U512. terunt. & quod reliquum liberum remanebat illustri Mathiæ Actori originali, eo quod fecerat expensas dicti testamenti fructibus maioratus illi pertinentibus, & quod de hoc residuo libero poterat disponere, tamquam de re propria, ut patet fol. 555. & summa, quæ mansit libera, est 1.500U488. terunt. propter quod cum per illustrem Eduardum, & ejus hæredes solutio probata non ostendatur facta illustris Mathiæ,nec de capitali, nec de redditibus, & hæc de jure non præsumatur, *text. in L quinque ff. de solutionibus cum vulgaribus*, illustres Reos condemnarem in omnibus redditibus, usque ad obitum illustris Mathiæ, & in 1. 500U488 terunt. partis liberæ cum suis redditibus à tempore mortis illustris Mathiæ, usquequo realiter tradantur actrici illustri, cui pertinent tamquam illustris Mathiæ sui conjugis hæredi.

268 Neque obstabit dicere, quod in solutionem pretii dictorum unionum, & eorum reddituum data fuisset illustri Mathiæ, ad vinculum dicti maioratus Villa, quæ vulgo dicitur de Carcavelos,& ita judicatum fuisse in residuorum judicio per confessionem judicialem, quam fecerat legitimus illustris Mathiæ procurator, siquidem constat fol. 559. eundem illustrem Mathiam per suum procuratorem dictam Villam de Carcavellos sub hasta publica expresse, ex qua illius Dominus remansit, & non poterat ei dari in solutum Villam, de qua jam Dominus erat, neque procurator, qui fecit confessionem, dicendo illustrem Mathiam accepisse pretium unionum in dicta Villa (præterquam quod constat esse solum procuratorem ad agendum) non poterat in tam notabile præjudicium sui constituentis facere talem confessionem,cum ad id speciale mandatum non haberet, nam procurator, qui dat liberationem, aut facit confessionem contra formam suæ procurationis, & mandati sui constituentis, non deobligat debitorem, nec liberatio, aut confessio est valida, *Grat forens cap. 699.numer 2. & 3 Mantic de tacit. lib.7. tit. 15.num.16.Milanens. 2.p decis 13.numer.93.* Neque procurator potest facere actum præjudicialem suo domino. *L procurator ff.cond. indeb. L. creditor § Lucius ff. mandat gloss.in cap.delicto de præbend.Rotta decis.81.sub tit. ut lite pendente, absque speciali mandato, ut supra dictum est, Scacia de comerc. gloss 5.§. 2. numer. 26.* Neque etiam obstat illustrissimum Mathiam in Epistola fol. 920. gratificasse illustri fratri suo Eduardo vinculum, quod fecerat ad dictum maioratum, ex quo arguitur Villam de Carcavellos contineri in dicto vinculo, & insinuari solutio pretii dictorum unionum, & illustrem Mathiam hac epistola vinculum approbasse,hoc enim meo videri minime colligi potest ex dicta epistola,nam in illa,ut videtur in capitulo separato, reddit gratias illustri fratri suo Eduardo, in alio vero capitulo loquitur in Villa de Carcavellos, sed statim affirmat, se non posse percipere, quod ei frater dicebat, ibi: *Dizerlhe seu irmaõ, que buscava este dinheiro para satisfazer ao que devia.* Ex qua epistola de ejus inspectione minime colligi potest illustrem Mathiam sui procuratoris confessionem approbasse,nec vinculum factum in dicta Villa de Carcavellos.

Quod corroboratur per sententiam, quia 269
per obitum illustris Mathiæ Actoris originarii, illustris Rei tamquam successores maioratus, quem instituerat illustris Mathias Vicerex,possessionem dictæ Villæ occuparũt tamquam bona dicti maioratus fundati in vinculo, quod factum fuerat de illa in judicio Residuorum, & illustris Actrix,tamquam Casalis caput per privilegium Legis Regni capitibus Casalis concessum petitionem spolii contra illos obtulit, quam illustres Rei contestarunt, nitendo ostendere se esse legitimos contradictores, quia dicta Villa pertinebat ad dictum maioratum virtute vinculi in dicto judicio facti; verumtamen illustres Rei succubere, ex eo quia non legitime cõstabat dictam Villam esse maioratui subiectam, non obstante dicto vinculo, & confessione, quam procurator illustris Mathiæ fecerat in dicto Residuorum judicio,nec etiam obstante sententia, quæ ibi virtute dictæ cõfessionis prolata fuit. Et quod magis est, dicta confessio fuit facta tempore, quo illustrissimus Mathias residebat in Brasilica parte, & illustris Eduardus suus frater erat ejus procurator, & dabat advocatis informationes,& præsumi per illas dare in sui favorem, ne illum obligarent ad deponendum in judicio pretium dictorum unionum, & bona dicti maioratui emerentur, ut ei jussum fuit, constat, confirmato sic in hac parcella eximio Præside Curiali. 270

*Quoad tertiam.*

Constat ex diplomate Regio fol.561, illus- 271
trem Mathiam Actorem originalem usum fuisse

fuiſſe nomine illuſtris fratris ſui exercere officium ducis in partes Braſilicas, vulgo *na Capitania chamada de Pernambuco*, cujus proprietarius, & donatarius erat illuſtris ejus frater Eduardus, & ei in ſalarium per ſingulos annos arbitratum fuiſſe 400U. terunt. cui ſolutioni obligatus erat illuſtris ejus frater Eduardus, & cum eodem tempore illuſtris Actor originarius eſſet fratris procurator, & adminiſtrator bonorum, habens penes ſe bona ſui debitoris, de illis ſibi ſatisfeciſſe præſumitur, *Maſcard. de probat. volum.1. concl.53 num.4.* cum aliis relatis à ſapientiſſimo primo Domino, & conjunctio ſanguinis,& curſus temporis ſine calculatione rationis habitæ inter conjunctos idem operatur, *Afflict.deciſ.13.num.14* facit, quia tutor ſibi ipſi oblviſſe præſumitur de bonis pupilli, *Afflict dict.deciſ. num.19.* Attamen ſolutio non præſumitur, quin probetur,*text. in L. fin. Cod. de ſolut. L.in libello §. facti ff. de captivis, L.quinquaginta ff ſolut.Menoch. de præſumpt. lib 3 præſumpt.135.* Igitur, ut quid tute eligendum ſit, juberem, ut de hac parcella in calculatione mentio fiat, ſic reformato, & declarato doctiſſimo Præſide Curiali.

*Quoad partem reconventionis, in qua mihi licitum eſt dicere.*

272 Convenio cum ſapientiſſimis Dominis judicando illuſtriſſimam Actricem tanquam conjugem illuſtris Mathiæ, & hæredem, debere ratiocinia dare de redditibus,quos illuſtris Mathias in Braſilica Regione recepit, & pertinebant ad illuſtrem Eduardum ab anno 1620. quo per illuſtriſſimum fratrem fuit ejus procurator conſtitutus, ut patet, facta liquidatione temporis, per cujus diſcurſum res fratris geſſit in adhibita declaratione, ut fiant prædicta ratiocinia, ſi aliunde quamvis ad illa deventum fuerit, non conſtiterit,fratres omnia ſua ratiocinia calculave anno 1629. ſic revocato Præſide Curiali meritiſſimo.Ulyſſipone 16.Decembris 1671. Doctor Coutinho.

273 Jam evictum eſt, quod illuſtriſſimi Rei ſolvant illuſtriſſimæ Actrici intereſſe pecuniæ unionum,& viriolarum, quæ tradita fuit illuſtriſſimo Eduardo ad emptionem bonorum immobilium, ut maioratui vincularentur uſque ad tempus, quo Villa de Carcavellos maioratui vinculata fuit.

274 Tota vero quæſtio eſt, quæ adhuc evicta non reperitur, ſi à tempore quo præfata Villa de Carcavellos maioratui vinculata fuit per Proviſorem Reſiduorum uſque ad obitum illuſtriſſimi Comitis Actoris originarii, debeant Rei condēnari in prædicta intereſſe, ad quod illuſtriſſimus Eduardus erat obſtrictus juxta obligationem fol. 545. vel ab eo debeant abſolvi, à quo ſecundus Dominus Reos abſolvit, tertius vero Dominus in illo eos condemnavit.

Ego Reos abſolverem à prædicto intereſſe, 275
à tempore quo prædicta Villa maioratui vinculata fuit per ſententiam Proviſoris Reſiduorum.

Conſtat enim per certitudines fol. 773. 276
verſ. & ſequenti, & 932. verſ. quod ad inſtantiam Actoris originarii legitimis procuratoribus intervenientibus fol.880. prædicta Villa maioratui vinculata fuit, utpote empta unionum, & viriolarum pretio.

Quia etiam apparet ex prædictis certitu- 277
dinibus, quod Actor originarius in articulis, & rationibus confeſſus fuit, quod ejus frater Eduardus impendit in emptione prædictæ Villæ pretium unionum, & viriolarum, & eam emit ad maioratum, & poſtulavit, quod prædictus Eduardus deobligatus eſſet, & ei quietatio tradita fuiſſet.

Quod etiam fulcitur ex epiſtola Actoris 278
originarii. Ubi approbavit emptionem prædictæ Villæ ad maioratum agendo gratias frater Eduardo propter prædictam emptionem, & vinculum.

Oſtenditur etiam per certitudinem, quod 279
frater Eduardus notificatus fuit, ut deponeret in judicio pretium additionis prædictæ Villæ, & ex eadem certitudine fol 988. manifeſte apparet eum ſolviſſe pretium præfatæ additionis, & per ſolutionem debiti omnis tollitur obligatio,totus titulus *ff ſolutionib.princip. inſt.quib. mod tollitur obligatio*, non ſolum reſpectu ſortis principalis, ſed etiam reſpectu intereſſe, *L. qui liberis ff. de vulg. & pupil. L. cum principalis ff. regul. jur.Surd conſ.318.n.5.*

Unde cum pars pretii unionum, & virio- 280
larum eſſet ad emenda bona ad maioratum fol. 554 & ad inſtantiam Actori originarii præfata Villa maioratui vinculata fuiſſet tanquam empta unionum, & viriolarum pretio per ſententiam Proviſoris Reſiduorū fol. 779 & res judicata faciat, & pro veritate habeatur, *L. res judicata ff. de reg jur. L. penult. § penult. ff. de juſt. & jur.* Non audeo ſtante prædicta ſententia tranſacta in rem judicatam Reos condemnare in prædicto intereſſe partis pretii unionum, & viriolarum, quæ deſtinata erat ad maioratum.

Fundamento ſententiæ fol.866. verſ. & 281
ſequenti adducto per ſapientiſſimum Patronum illuſtriſſimæ Actricis eleganter ſatisfacit doctiſſimus Patronus Reorum fol. 1099.

289 Circa vero partem liberam, & ejus interesse Reos condemnarem in eo, quod in executione liquidatum fuerit, ut inquit secundus Dominus, inspectis solutionibus, & expensis factis ab illustrissimo Eduardo, quas proponit Patronus Reorum fol. 1042. & aliquæ statim probatæ apparent, & bona fides non patitur, ut quod jam solutum est, iterum persolvatur, & interesse semper erit attenta obligatione fol. 545. & à tempore illius.

290 Et optimo jure Domini antecedentes circa merita unius, & alterius parcellæ deliberationes suas interposuerunt, cum causa introducta sit in Senatu, ad quem erat ventura, vel hoc, vel illo judicio finiretur. *Pereir. decis.* 22 *num.* 3. *in fin.* & hoc jam evictum est per ipsosmet Dominos antecedentes.

291 Quoad stipendia convenio cum primo, & secundo Dominis ex fundamentis ab eis perpensis, ea tamen lege adhibita, ut si in rationibus ab Actore præstandis non ostensum fuerit, quod Actor originarius de prædictis stipendiis est satisfactus, solvant Rei illustrissimæ Actrici stipendia postulata inspecta certitudine diplomatis fol. 561. & sequenti, & perpensis actis sedulo examinaris, & anni gubernii liquidari debent, cum de eis manifeste non appareat, ut liquidatio excusetur, & ita finis litibus imponitur, & novæ lites non oriuntur, cum de debito constet, & solum cum in eodem tempore gubernii Actor originarius fuisset fratris procurator, & administrator bonorum, quæ stipendii solutioni consignata erant, ideo præsumitur satisfactum ex bonis administratis, quatenus ex rationibus administrationis aliud non apparet, *Mascard. de probat. conclus.* 53 *numer.* 4. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *p.* 5. *à n.* 42. *Noguerol alleg.* 4. *à n* 25.

292 In condemnatione Reorum literarũ cambii pro medietate, de qua agit secundus Dominus, in ejus deliberatione n. 11. convenio ex rationibus ab eo animadversis, ut in hac condemnatione mihi dicere licet in forma perpensa ab ipsomet secundo Domino.

293 Circa parcellas, de quibus agit secundus Dominus in ejus deliberatione n. 7. & 8. dictis à tertio Domino in principio ejus deliberationis adhæreo, & quando contrarium placeret: debebant acta remiti ad sapientissimum Præsidem, ut super illis sententiam protulisset, sed hoc jam evictum erat.

294 Quoad reconventionem jam evictum est, & in ea mihi tantum dicere fas est circa declarationem positam à secundo Domino in fine ejus deliberationis, & eam adjectionem juri consentaneam libenter amplector, cum rationes semel legitime expunctæ iterum reiterari non debeant, *L. semel Cod de apoch. lib.* 10. *Scob. de ratioc. cap* 41. *à numer.* 1 & in hoc casu Reos condemnarem in stipendiis anni liquidatis, cum non ostendatur solutio, nec de jure præsumatur, & tenebantur Rei ostendere in prædictis ratiociniis stipendia satisfacta fuisse. Ulyssipone 26 Februarii 1672. Ribeyro.

Cum præcedenti Domino convenio. Coutinho.

Ex quibus potest dubitari, an maioratus dicatur erectus à die emptionis bonorum ad maioratum factæ ab eo, qui apud se habebat pecunias, & solvebat redditus, an vero à die sententiæ approbationis: & judicatum fuit in executione dictæ causæ dici erectum maioratũ à die emptionis: sic explicata verba sententiæ: quod probari potest ex dictis à *Mier. de maior. p.* 1 *q.* 11 *numer.* 41 de quare *Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 24. & *seqq & num.* 34. de qua re vide etiam infra, & supra, & sententiam sequentem.

No feito da Condessa Marqueza de Castello Melhor, e aggravado o Conde de Figueiró, Escrivaõ Manoel Soares Ribeiro, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello do A. Dom Pedro de Alemcastro, Conde de Figueiró, a quem succedeo D. Joseph Luiz de Alemcastro seu filho, e herdeiro habilitado, contrariedade, e reconvençaõ da Condessa de Figueiró R. nestes autos, mais artigos recebidos, papeis, e inquiriçoens, e mais documentos juntos. Mostrase por parte do A. que falecendo Manoel de Vasconcellos, annexou a sua terça ao morgado do Esporaõ, com as clausulas insertas nelle, e que outrosim o Padre Mestre Frey Joaõ de Vasconcellos seu filho, renunciou as suas legitimas em favor do dito morgado, mandandoo annexar, e que fazẽdose partilhas por morte do dito Manoel de Vasconcellos, importando a dita terça, e ligitimas vinte e tres contos, cento e vinte e hum mil e tantos reis, foraõ entregues a Francisco de Vasconcellos, Conde de Figueiró, seu filho marido da R onze contos e trinta e hum mil, e tantos reis, para se fazer o dito emprego; e naõ consta haverse feito Mostrase, que a Condessa R tem hum livro de razaõ, e muitos papeis pertencentes ao dito morgado os quaes o A. pede como administrador, e successor do dito morgado, por ser sobrinho do dito Conde Francisco de Vasconcellos, filho de sua irmã Dona Felippa de Mendoça, neta do dito Manoel de Vasconcellos, a cujo respeito tem legitimamente auçaõ para pedir o livro, e papeis da dita divida, que ha de resultar em emprego,*

go,e acreſcentamento do dito morgado. Por parte da Condeſſa R. ſe moſtra, que ella cazou com o dito Conde Franciſco de Vaſconcellos, por dote, e arras, e foy ſua herdeira ſómente a beneficio de inventario, e que aſſim naõ eſtá obrigada a pagar eſta divida,por naõ haver bens.Moſtraſe, que eſte negocio,por ter conta, e ſuprimento de teſtamento, pertence privativamente ao Juizo dos Reſiduos,aonde já ſe tratou della, e ſe julgou eſtarſe a dever muito menos, que o A.pede, por conſtar haveremſe já feito empregos para o dito morgado; e que aſſim neſte Juizo ſe naõ devia tomar conhecimẽto deſta materia, por eſtar affecta a outro, e ſe naõ poder decidir a continencia da cauſa Moſtraſe, que ainda que Manoel de Vaſconcellos annexou ſua terça ao morgado della, ſe deviaõ primeiro dividir as dividas, que o defunto devia ao Conde ſeu filho, que eraõ de grande importancia; por quanto ſe moſtrava, que falecendo Dona Luiza primeira mulher do defunto Manoel de Vaſconcellos, couberaõ em partilha ao Conde ſeu filho, marido da R ſete mil cruzados, os quaes o dito Manoel de Vaſconcellos logrou em ſua vida, e acreſcentando trez, comprou hum juro de duzentos mil reis, que annexou ao morgado,devendo o dito ſeu filho o rendimento de dezanove annos. Moſtraſe, que cazando o dito Conde Franciſco de Vaſconcellos com a Condeſſa R. ſe obrigou Manoel de Vaſconcellos pay do dito Conde a lhe dar em cada hum anno effectivos trez mil cruzados, ſuccedẽdo elle nos bens de Dona Elena ſua madraſta, e que com effeito falecendo ella, o dito Manoel de Vaſconcellos tomou em ſi os bens, e rendimento delles, e naõ dava ao dito ſeu filho em cada hum anno, mais que hum conto, ficandolhe a dever duzentos mil reis, que em dezaſete annos,que o dito Manoel de Vaſconcellos logrou a dita fazenda, importaõ trez contos e quatrocentos mil reis, fóra o que de mais de trez mil cruzados valiaõ os bens da dita Dona Elena de renda, que tambem a fazenda do dito Manoel de Vaſconcellos lhe ficou a dever ao dito ſeu filho. O que tudo a R. pertende ſe deduza da dita terça de Manoel de Vaſcancellos, por ſer divida, que primeiro ſe deve pagar, e ver o que reſta para a deixaçaõ. E quanto aos artigos de reconvençaõ. Moſtraſe por parte da meſma R. que caſando ella com o Conde ſeu marido lhe prometteo ſeu pay Pedro de Alcaſſova de Vaſconcellos trinta mil cruzados, pela fórma contheuda na eſcritura fol 159 & ſequentibus,os quaes ſe lhe fizeraõ effectivos. porque fazendoſe o dito cõtrato em 17. de Novembro do anno de 1616. em que ſe começou a fazer pagamento da parte do dito dote, logo em 12. de Setembro do anno ſeguinte de 1617. faleceo o dito ſeu pay, e ella entrou com o Conde ſeu marido na ſucceſſaõ da ſua caſa, com o que ficou largamente ſatisfeito o dito dote. Moſtraſe, que ſe prometteraõ á Condeſſa R. de arras dez mil cruzados, e ſeis mais; ſe ao tempo da ſeparaçaõ do matrimonio a R. tiveſſe entrado na ſucceſſaõ da caſa de ſeu pay, como em effeito tinha; e que aſſim lhe deve reſtituir o A. como poſſuidor do morgado trinta mil cruzados de ſeu dote, e dezaſeis de arras; por quãto o dito Manoel de Vaſconcellos, e o Conde ſeu filho haver tido Proviſaõ de Sua Mageſtade fol.58 ſe obrigaraõ á reſtituiçaõ dos ditos dote, e arras, por todos ſeus bens livres da Coroa, e morgado, como ſe vé da eſcritura dotal fol.61. verſ. E que aſſim naõ havendo, como naõ ha outros bens, e eſtando o dito morgado obrigado validamente ás ditas reſtituiçoens, o A. como poſſuidor delle lhas deve fazer. Moſtraſe outroſim, que tendo a R. noticia da morte de ſeu marido. ſe deliberou a ſer ſua herdeira a beneficio de inventario, como conſta da procuraçaõ, e proteſtaçaõ fol. 408. e o começou a fazer como conſta da certidaõ fol. 310. e que o naõ acabou, por naõ poder ter noticia aos bens,que ficaraõ em Caſtella; e que aſſim, por ſer notorio o impedimento, ſe lhe naõ póde imputar eſtar imperfeito o dito inventario. O A. no que toca á reconvençaõ ſe defende,que os bens,quecouberaõ ao Conde Franciſco de Vaſconcellos por morte de ſua mãy D. Luiza de Vilhena, ſe entregaraõ ao dito Conde, como conſta da certidaõ fol.184 verſ. e que aſſim ſeu pay lhe naõ podia ſer devedor de nada por eſta via, e que o dito Manoel de Vaſconcellos deu inteiro cumprimento aos trez mil cruzados, que prometteo ao dito ſeu filho em cada hum anno, por quanto ainda que lhe dava ſómente hum conto, lhe dava as mezadas ſem eſperar pela incerteza, e diminuiçaõ dos fructos, e rendas da fazenda, que coſtuma ter grande, e que eſte intereſſe vem a importar mais de duzentos mil reis, que de menos lhe dava; quanto mais, que lhe pagava em prata corrente, e em Caſtella, ſem lhe abater, o que cuſtava de mais o darſe lá corrente em prata, e que outroſim, além do conto de reis, quando o dito Manoel de Vaſconcellos dava a ſeu filho Conde as mezadas, o tinha em ſua caſa, e lhe dava cavallos, criados, e coches, de que o dito Conde ſe ſervia, e ſeu pay pagava, e ſuſtentava, e que neſtes intereſſes vinha a dar muito mais dos duzentos mil reis; quanto mais, que quem paga as mezadas pela promptidaõ do pagamento coſtuma a tomar huma para ſi, e

licet postea dicat fuisse emptam rem ex pecunia maioratus, non cēsetur ex illa erectus, nec habet locum actio reivendicationis intentata à successore, ut judicatum fuit.

No feito de appellaçaõ de Dom Lopo Rodrigues de Evora, e Veiga, contra D. Isabel Henriques, Escrivaõ Manoel Gomes Machado, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, &c. Mostrase por parte do A. que no testvmento, com que faleceo Nicolao da Veiga, Cavalleiro da Ordem de Christo, instituira de seus bens hum morgado, e para a sua constituiçaõ ordenou, que os dito bens fossem entregues a Martim Alonso de Palma, e por elle, e os mais testamenteiros, que nomeava, fossem vendidos; e do procedido delles se constituisse o dito morgado. Mostrase, que succedendo na dita testamentaria o Padre Nicolao da Veiga Ximenes, tendo em seu poder novecentos mil reis dinheiro, procedidos dos ditos bens, para os haver de empregar em fazenda de raiz para o dito morgado, com effeito arrematara em seu nome cõ o dito dinheiro huma casas, sitas nesta Cidade á Cordoaria Velha, em que está a Botica, faltando ao tempo em que fizera a dita compra, com a declaraçaõ de que as ditas casas eraõ para o dito morgado: e celebradas as Pazes deste Reyno com o de Castella, fizera o dito Padre Nicoláo da Veiga Ximenes entrega das ditas casas a Dona Isabel Maria Pacheco, mulher de seu sobrinho Dom Lopo de Menezes, que era o successor do dito morgado, imaginando, que lhe haviaõ ficado filhos, de que se fez a escritura, da qual tendo ao depois noticia o A. e sabendo, que do dito Dom Lopo de Menezes naõ havia ficado descendencia, e que no tal caso entrava elle a succeder no dito morgado, e que com effeito entrara na posse delle; advertira ao dito Padre Nicoláo da Veiga Ximenes, o erro com que havia feito a dita escritura fol. 24. e em razaõ desta advertencia fizera o dito Padre Nicoláo da Veiga Ximenes ao depois a outra escritura fol. 7. declarando nella em como comprara as ditas casas, como testamenteiro do instituidor Nicoláo da Veiga para o dito morgado, que ordenara em seu testamento, e que assim pertenciaõ ao possuidor, que fosse em qualquer tempo do dito morgado. Mostrase finalmente, estar de posse das ditas casas a R sem titulo algũ juridico, pois o que tinha pela escritura fol. 7. estava convencido de menos verdadeiro pela outra escritura de declaraçaõ fol. 7. e que assim sendo o A. o possuidor do dito morgado, lhe pertenciaõ as ditas casas como compradas com o dinheiro do instituidor, para ficarem com o dito vinculo, e nesta conformidade devia a R. ser condẽnada na restituiçaõ das ditas casas, com as fructos da individa occupaçaõ até real entrega. Defendese a R. mostrando, que as ditas casas rematara em praça publica o Padre Nicoláo da Veiga Ximenes em seu proprio nome, e com o seu proprio dinheiro, e que naõ era do instituidor, como erradamente dizia o A. e que pela razaõ de serem suas proprias, e havellas comprado com o seu dinheiro, fizera della doaçaõ irrevogavel a Dona Isabel Maria Pacheco, casada com o dito Dom Lopo de Menezes, chamando a sua sobrinha, e estando a dita Dona Isabel em virtude da dita doaçaõ de posse das dita casas, as vendéra por maõ de seu Procurador Antonio Soares de Mello, a Antonio de Torres, filho della R como consta da escritura fol. 7. o qual, para se assegurar na compra, que fazia das ditas casas, valendose da disposiçaõ da Ordenaçaõ do lib. 4 tit 6 fizera editos, na fórma da dita Ley, consignando o preço em juizo, e que precedendo as ditas diligencias, foraõ julgadas ao dito cõprador as ditas casas por livres, e desobrigadas de quaesquer encargos, que tivessem, excepto o de foro, que pagavaõ á Sé desta Cidade, em cujo titulo, e boa fé entrara na posse das ditas casas o dito comprador Antonio de Torres, e por sua morte, a R. sua mãy, como sua herdeira universal. Mostrase finalmente, que havendo adquirido direito a dita D. Isabel Maria Pacheco ás ditas casas, pela escritura irrevogavel de doaçaõ que lhe fizera o dito Padre Nicoláo da Veiga, senaõ podia retrogar a dita escritura fol 5. e 7. nem em prejuizo do direito, que havia adquirido o dito Antonio de Torres pelo titulo de compra, nem ella R. pelo de herdeira, sem serem citados, e vencidos, com o que por nenhuma via tinha lugar a auçaõ intentada pelo A. de que ella R devia ser absaluta. O que tudo visto, com o mais dos autas, disposiçaõ de Direito neste caso, e como por parte do A senaõ prove ser o dito dinheiro, com que o dito Padre Nicoláo da Veiga comprara as ditas casas, procedido dos bens do dito instituidor, a qual prova devia ser concludente nos termos presentes, por assistir em contrario a presumpçaõ de Direito, de serem as ditas casas compradas com o proprio dinheiro do comprador, maiormente faltando ao tempo da rematação em declarar serem compradas com o dinheiro do dito defunto, para a constituiçaõ do morgado, que ordenava, sem que obste a declaraçaõ, que ao depois fez pela escritura fol. 5. por esta se presumir dolosa, e se naõ poder por ella em nenhuma materia haverse de revogar a escritura de doaçaõ inserta a fol. 47. vers feita anterior-*

*teriormente, por ſer celebrada por contrato irrevogavel, que ſe naõ podia desfazer, ſenaõ pela cauſa de ingratidaõ, ou outras, que o Direito diſpoem ſómente, para ſe poderem revogar ſemelhantes doaçoens, o que naõ ouve no caſo preſente, ſem que obſte o fundamento, q̃ em contrario ſe tomou, de que ſendo feita a dita doaçaõ á dita Dona Iſabel Maria Pacheco, pelo dito Padre Nicolao da Veiga Ximenes, pela razaõ de ſer ſua ſobrinha, e que ſendo eſte proteſto falſo, ficava ſendo nulla a dita doaçaõ, porquãto ſe prova deſtes autos, ſer o marido da dita Dona Iſabel, Dom Lopo de Menezes, ſobrinho do dito Padre doador, e aſſim ſe naõ póde dizer, que fora feita a dita doaçaõ por falſa cauſa em o dito Padre chamar ſobrinha á mulher de ſeu ſobrinho, e por eſſe reſpeito, fazerlhe a dita doaçaõ, e como outroſim ſe prova, que as ditas caſas ſaõ foreiras em tres vidas ao Cabido da Sé deſta Cidade, em foro de quinhentos e trinta reis, como ſe vê da certidaõ a fol. 46. verſ. e que no tempo em que o dito Padre as comprara, pedira logo renovaçaõ das vidas, ſendo elle a primeira vida, ſe corobora, que o dito Padre as comprara para ſi, e naõ para o morgado, por naõ poderem ſer ſogeitas ao dito vinculo, pela natureza que tinhaõ de ſerem foreiras em vidas. Pelo que tudo abſolvo a R. do pedido pelo A. em ſeu libello, a qual condẽno nas cuſtas dos autos. Lisboa 18. de Outubro de 1678. Antonio Leytaõ Rombo.*

341 A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Mouſinho. Andrade Rua. Pereyra.

Et hæc ſententia fuit fundata in deliberatione ſequenti.

342 Qui aliena pecunia comparat, non ei, cujus numi fuerunt, ſed ſibi, tam actionem empti, quam dominium, ſi ei tradita poſſeſſio, quærit: ſunt formalia *Imp.* verba in *L. qui aliena 8. Cod ſiquis alteri, vel ſibi*, quam regulam probat etiam *text. in L. ab ea ff. de negot. geſt. L & magis ff de ſolutiouib L. ſi ex pecunia, L ſi ut proponis Cod. de reivend.*

343 Hanc regulam in præſenti doctiſſimus Actoris Patronus, ex *Noguerol. alleg. 20. à n.* 33. ubi plures, & plura congerit, limitare intendit, ſed non æquè. Primo, quia pecuniam ad maioratum pertinentem, penes Nicolaum emptorem fuiſſe neutiquam oſtenditur. Secundo, quia ut diligens, & doctus Reæ advocatus in peroratione, ex *Molin* ab eo citato recte adnotavit, emptor ſibi expreſſim, & non maioratui, vel cui emeret tacendo, domum comparavit. Tertio, quia domus, cum emphyteutica ad generationes ſit, maioratui annecti nequit, *Gam deciſ. 70. num. 1. Cabed. 1 p. deciſ. 130. num. 2. Phæb. deciſ. 5. numer. 2.* pluribus *Additio ad Molin. lib. 4. cap.* 10. *num. 71. & 72.* & ita ſuccedit doctrina ejuſdem *Molin. lib. 4 cap. 4. num. 34.* ibi: *Si vero res empta nobilis ſit, vel ejus naturæ, ut in maioram ſubrogari non valeat, contrarium dicendum erit.*

Nicolaus ſibi expreſſim domum comparavir (dato, non oſtenſo pecuniam ad maioratum attinentem penes ſe habuiſſe) renovationem ſibi, ſuoque nomine à directo domino impetravit, ut fol. 74. liberam, & ſuam eſſe fol. 53. verſ. adſtruit, quid ergo. 344

Inſtrumentum illud declarationis floci pendo, vel ex illo unico fundamento, quod domus emphyteutica ſit, & à dicto Nicolao in Eliſabetham, nominationis titulo, cum rei traditione translatam, unde dictam nominationem, maxime interveniente directi Domini conſenſu fol. 57. verſ. revocare non poterat ex *Ord. lib. 4. tit.* 36. confirmetur igitur optime judicatum. Ulyſſipone 15. Aprilis 1679. Pereyra. 345

Ejuſdem fuerunt ſententiæ. Andrade Rua. Mouſinho.

Quid diceneum, ſi in contractu dotis fuit promiſſa certa quantitatas pecuniæ cum vinculo maioratus, ad hoc ut emerentur bona ad illius erectionem, & poſtea empta fuerunt abſque declaratione à marito, an hæc bona dicantnr empta ad erectionem maioratus ex dicta pecuuia ad emendam rem traditam, & ſi poſtea vendantur, competat ſucceſſori reivendicatio, ad hoc ut declaretur talem emptionem fuiſſe factam ad maioratum? Videbatur dicendum, quod ſic ex *Noguerol.* & aiis citatis ſupra. Sed contrarium fuit judicatum in cauſa Comitis de Villa Frol, cum D. Maria Joſepha, ſobre a quinta de Arroyos, me patrocinante, & non obſtante dicta allegatione *Noguerol.* & aliorum, de quibus ſupra. 346

Dicitur etiam maioratus erectus per ſententiam, per partitiones, per confeſſiones, per lapſum temporis, ut diximus ſupra, & per alios modos, de quibus infra, & ſupra. 347

Et erecto principaliter maioratu ſuper aliquo caſtro, vel alia re conſpicua, ac in alis prædiis, ac bonis acceſſorie, ſeu conſequutive annexis, ſi caſus præbeat, aut caſtrum præter voluntatem teſtatoris, aut inſtitutoris, alteri deferatur, an remaneat maioratus in alis bonis erectus, vel non: reſolvit *Luca theatr. verit. & juſt de fideicommiſſ. ſeu maior. tom. 10. diſcurſ 4. n 9.* 348

Quidam teſtator diſpoſuit hac in forma, poſt nominationem hæredis in principio factam, reſtrinxit nominationẽ cum verbis ſequen- 349

quentibus: *Para que disponha dos ditos bens na fórma que lhe tenho communicado em segredo, e ha de ser com qualidade, e condiçaõ, que ha de fazer morgado nas pessoas, que lhe tenho dito.* Primus nominatus, & hæres è vita decessit, absque declaratione secreti, & erectione maioratus, & bona remanserunt apud suos hæredes, quæsitum mihi fuit, an ex hac dispositione post mortem hæredis maioratus fuisset erectus ad consanguineos testatoris ab intestato, an vero pertinerent libere ad hæredes commissarii, qui absque declaratione dispositionis è vita decessit? Et resolvi esse constitutum, & erectum maioratum, & pro facto haberi debet ad consanguinei proximi institutoris favorem, & non pertinere bona ad hæredes commissarii, *ex L. 36. Tauri*, ibi: *Quando el commissario no hizo testamiento, ni dispuso de los bienes del testador, porque passó el tiempo, o porque no quiso, o porque se moriò sin hazerlo, los tales bienes vengan derechamente a los parientes del que le diò el poder, que huviessen de heredar sus bienes ab intestato.* De qua re circa tempus est *L. 33. Tauri*: & ita pertinent bona per viam maioratus consanguineo proximiori succedenti ab intestato ex præsumpta voluntate testatoris, de qua *in L. conficiuntur 8. ff. de jure codicillor.* §. 1. ibi: *Sed ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur Paterfamilias sponte sua his relinquere legitimam hæreditatem, & in illius favorem succedit providētia juris de qua in princip. instit. de hæreditatib. quæ ab intestat. deferuntur, & ei assistit dignitas Prætoria, de qua in L. Pater substituto 10. §. 1. ff. de captivis*, ibi: *Non esse alienū Prætorem subsequi non minus patris, quam legis voluntatem*: de qua re *Cresp. de Valdaur. obs. 41. num. 100 in med & num. 102.* Atque ita habetur maioratus pro facto, & erectus, & pertinet successio consaegnineo proximiori institutoris, quia illos consanguineos non potest excludere, proprios vocando tacite, aut expresse, ut eleganter fundat in terminis respondendo ad contraria, *Noguerol. alleg 9 num 7 & seqq. & per tot.* & in fortioribus terminis *Castill. 4. tom. contr. cap 36 num 20.*

350 Neque obstant, quæ tradit *Azeved. in L. 6. tit 4 lib 5. recopilat. numer. 22.* ubi inquit, quod quando testator relinquit bona cum secreto testamentario, non tenetur rationem reddere, nec declarare personas cōmunicatas, in qua testator sibi commisit expendere, tum quia dispositio erat certa ad maioratum constituendum, & in illum erigendum debebat expendere; ut inquit *Noguerol. supra.* Tum etiam, quia hæc regula limitatur, quando res expendendæ reperiuntur penes ipsum testamentarium, nam tunc datur fraus, & tenentur testamentarii, eorumque hæredes rationes reddere, ut fatetur idem *Azeved num. 23. Castill tom. 6 contr. cap. 182. num. 1. in fin. versic quod Sanch. in consiliis moralib. lib. 4 cap. 1. dub 49 n. 3.*

Et ita repertis bonis apud hæredes, datur 351
fraus, & tenentur rationem reddere, & maioratus dicitur erectus, & habetur pro facto in consanguineis testatoris. & non testamentarii, ut tenet *Noguerol. d. alleg. 9. per tot.* Non transit enim facultas erigendi maioratum ad hæredes, nec transmittitur, sed morte finitur, ut est *textus in L. si quis arbitratu 43 ff. verbor. obligat. L. cum quidem 24. L. unum ex familia ff. legat. 2.* & in terminis commissarii *Olea in 2. edition. tit. 3. q. 1. numer. 49. & 50. Castill. tom. 6 contr. cap. 183. numer. 10 & 11.* de qua re vide *eumdem Castill. cap 120 n. 10. 11. & 27. & lib. 4 cap 36 numer. 16 & seq.* ex quibus firma manet nostra resolutio. & ex dictis *à Noguerol. d. alleg. 9.* ubi ad varias quæstiones.

Anno 1626. Michael de Cabedo de Vas- 352
concellos, & uxor sua D. Brites de Sá, & Brito, unusquisque ad secundas nuptias convolavit relictis filiis ex primo matrimonio, & matrimonio contracto, & eo constante dicta D. Brites fecit dotem filiæ suæ, ad nuptias contrahendas cum suo privigno filio mariti, vocato Jorge de Cabedo, & promisit in dotem tertiam existentem tempore mortis cum vinculo maioratus per contemplationem, & causam dicti matrimonii futuri contrahendi cum dicto Jorge de Cabedo, ibi: *Para casar com o dito Jorge de Cabedo*, & ibi: *Ficãdo o dote desta terça feito a elles ditos futuros noivos.* Non habuit effectum dictum matrimonium, ex qua causa dicta D. Brites simpliciter tertiam dotavit alteræ filiæ, quæsitum mihi fuit, an maioratus fuisset institutus, & prima dos valeret, licet matrimonium non sequeretur, an potius servanda esset secunda dos posterior facta alteræ filiæ.

Resolvi primam dotem esse revocabilem, 353
& non producere effectum non sequuto matrimonio, nec impedire posse effectum secundæ dotis, quæ observari debebat. nam relicta quæstione, an quando donatio fit ex causa, contemplationeque matrimonii, sit matrimonium causa finalis, vel impulsiva matrimonii, de qua cum multis *Olea de cess. jur. & act tit. 2. q. 7 numer. 2 3. & 4. Portugal de donat Reg tom. 1. prælud 2. n. 59 & seq. Torres de pact futur. succes. dec. 98. & lib. 2. cap. 33. num. 238.* Certum est, quod donatio facta

facta in cauſa dotis continet conditionē, ſi matrimonium ſequatur, licet in ſcriptura dotali non dicatur, intelligitur, ſi nuptiæ ſequantur, *L. dotis promiſſio, L ſtipulationē ff. de jur.dot.* ibi: *Stipulationem,quæ cauſa dotis ſit, conſtat habere in ſe conditionem hanc, ſi nuptiæ fuerint ſequutæ*, & ex prædictis, & aliis juribus tenet *Bart. in L. Titio centum §. Titio genero ff cond. & demonſt. Barb.in L. cū dotem in principio num.51.verſ.item Portug. de don.d præl.2.n.71 & ſeqq.*

354 Atque ita non ſequutis nuptiis non debetur dos, ut probat *Ord. lib.3 tit.25.§.5.* & ſi tradita ſit, eo non ſequuto, poteſt revocari, & repeti datum per conditionem ob cauſam non ſequntam, ut tenet *Portug. d prælud.2. num.73. & ſeqq.* ubi multa jura, & DD. refert,& ultra eos mihi probatur ex *text. in L. item quia §. 1. ff. de pact.* ibi: *Et nuptiis non ſequutis ipſo jure evaneſcit ſtipulatio, L licet eod.tit.* ibi: *Matrimonij cauſa acceptilationem interpoſitam non ſequutis nuptijs nullā eſſe.L.ſi extraneus ff. cond cauſ.dat.* ibi: *Non quaſi cauſa non ſequuta habere poteſt conditionem, qui ob matrimonium dedit,matrimonio ſequuto, L dotis fructus §. proinde ff. de pact.Caſſan.conſ.2.num.30. & ſeqq Gratian. forenſ cap.96 n.23 & 24. Torres de pact fut. ſucceſſ.dec.98.n.9.*

355 Et licet ſi donatio fiat irrevocabiliter ex cauſa incerti matrimonii, revocari non poſſit, quamvis donatarius uxorem non ducat, ut ex *gloſſ. & DD. in L. 2. §. fin ff de donat. Caſt. cap.172. lib.5.* & aliis tenet, & exornat *Olea de ceſſ jur.& act tit.2.q.7.n.5.*

356 Attamen res ſe aliter habet in donatione, contemplationeque certi matrimonii, nam eo non ſequuto,nulla,& invalida eſt donatio propter defectum cauſæ finalis, & revocari poterit, quamvis clauſulæ quæcunque adjectæ eſſent de non revocando,& etiam ſi præceſſiſſet rerum donatarum traditio, ut ex *Caſtill. cap.119.tom 6. Noguerol. Mier.Hermoſill. Cutel.* & aliis concludit *Olea d. q 7. n. 6.* ut inquit procedere, tam in dote facta à patre, quam ab extraneo, & quamvis per filium non ſtet, ut matrimonium non contrahat', & *num.7.* quod licet cum alia contrahat, non debetur ex juribus, & DD. de quibus ibi, *& Torres d.dec 98. in fin.& lib 2. cap.33. num.242. & 243.* ubi idem in donatione ad ſuſcipiendos ſacros ordines, de qua etiam *Olea ſupra.*

Et non ſolum inquit *n.8.* revocationi donationis eſt locus, ſi matrimonium non habeat effectum, ſed etiam ſi contractum ſit, ſi tamen propter aliquod impedimentum poſtea nullum declaretur, *Giurb.obſerv.38.num. 16. Barb. vot.69. Add. ad Molin. Larrea, & alij* tenent, quos refert *d.Olea d.num.8* & ultra eos *Portug.de donat.d prælud.2.n.82.Torres d lib.2 cap.33 n.243.*

Idem in erectione, & conſtitutione maio- 357
ratus facti ad certum matrimonium, ceſſare, & poſſe revocari, ſi nupriæ non ſequuntur, tenet *Tell. Fernand in L.17. Taur. num. 76 & 77 Molin. de primog lib.4 cap 2.numer. 18 Mier.de maior. p 1 q 39. numer 11. Angul. de melioram in L. 1. gloſſ 7. numer 9 & gloſſ. 10 num.2.verſ contrarium, Matienç. in L 1. tit.6 lib.5.recop.gloſſ.8 numer.9.& 10. Azeved. ibid. numer.41. Baeça de non meliorand. cap.21.num.10.& ſeqq & num 17. Molin. de juſt. & jur.lib 3. diſp.584. num 3. verſ.quando maioratus,Barb in L.ſi cum dotem in princip. numer. 50. 51. & 52. ff.ſolut. Molin. in tract de rit nupt.lib 3. q.6. numer.52. & 60. Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4 gloſſ.1.num.50. & 53 & gloſſ 7. numer. 34. Caſtill lib 5.cap. 119 num 8 & 10.verſ.quarta concluſ.& num. 16. 17. & ſeqq. 23. & 24.* omnino videndus in fortioribus terminis *Cald.conſ.52. num.8. 9.11 & 13. & reſponſ 6 per tot.* ubi de maioratu conſtituto, & approbato per Regem, de qua re idem *Caſtill. d. cap 119. num.* 4. Ampliant ad caſum vocationis tranſverſalium *Add ad Molin lib.4.cap 2.numer.18.verſ cæterum,Larr dec.33. num. 60. & 67 Aug.Barboſ.vot.69.& Caſtill. d.cap.119.numer.11.& num.36. verſ id circo*, his verbis concludit. Id circo, quamvis aliorum quoque favore vinculi inſtitutio facta fuerit, ſive alii vocati ſint, vinculumque perpetuum inſtituatur, id ipſum ſervandum eſt, quia ſemper cenſeri debet vinculum inſtitutum,& aliorum vocationes,aut ſubſtitutiones ita demum factæ, ſi exiſtentia conditionis, quæ tacite ineſt, hoc eſt, ſi matrimonium ſeqnutum fuerit, prima, & principalis ſubſtitutio, & vocatio exitum habuerit, atque extiterit, idemque probat *Olea d q 7. numer. 10 2. edit* Utrum autem erectio maioratus facta in capitulis matrimonialibus reſtricta,& limitata adfilios unius matrimonii, eo non ſequuto', extendatur ad filios alterius matrimonii, vel ceſſet maioratus, & poſſit revocari? Diſputant *Larr.deciſ. 33.Molin. de ritu nupt. lib.3. q. 11. Caſtill de alim.cap 53.* præcipue *numer.22.Cutel de donat. tract. 2. diſcurſ. 1.ſpecial. 36 Rot. poſt tract. labyrint b. credit. d. 87 & 88 Olea d q. 7.num.7.* de qua re *Caſtill.tom.4 cap.60.num. 50.& tom.6. cap. 174.* de maioratu ex duabus cauſis erecto,an ſi una ceſſet,alia exiſtat, ſufficiat ad illum ſuſtinendum: & vide *cap. 119.num.37.* de qua re *Rot.poſt Salgad.d dec. 87.numer. 11. & Add. ad Molin. lib.4. cap 2.*

*num.* 18. *vers hæc conclusio, & Castill. d. num.* 37. *cap.* 119. tenent, quod licet matrimonium non sequatur, maioratus manet erectus, & manet perpetuus in transversalibus, & familia ex rationibus, de quibus *Salgad. d. dec.* 87. *num.* 11 quod mihi non placet, nisi expresse factum fuerit ad transversales, & ulterius progrediatur, & dicat voluisse maioratum sustinere, licet matrimonium non sequatur, ex dictis supra, & non alio modo, ut concludit *Olea de cess. d tit.* 2 *q.* 7. *n* 6 *& seqq. & num.* 9. signanter agit de quæstione, & resolvit cessare maioratum, ut cessat, & nemo ex dicto contractu potest ius acquirere, nec se juvare de illo ut tenet *Cald. ubi supra, & Castill. d. cap.* 119. *num.* 4 Non obstantibus clausulis reservationis ususfructus, clausulisque constituti, & aliis importantibus irrevocabilitatem contractus, quia sunt accessoriæ, & si dos, & erectio est revocabilis, quando nuptiæ non sequuntur, dictæ clausulæ non impediunt revocationem, clausulæ enim accessoriæ contractus revocabilis, etiam revocabiles sunt, ut tradit *Mol. de primog. lib* 4. *cap.* 2 *num.* 41.

358 Et in terminis quod huiusmodi clausulæ non mutent contractus naturam, quasi appositæ non fuissent, resolvit *Gratian. cap* 96. *forens. num.* 32. *& seqq.* Quia irrevocabilitas, quam cautant dictæ clausulæ in donatione, intelligitur respecta personæ donantis, ad hoc ut sola sua voluntate, rebus sic stantibus purificata conditione, aut modo, non possit revocare in donatarii præjudicium, sed non impediunt revocationem, quæ proveniunt ex natura ipsius contractus, ex defectu conditionis, aut modi, cum quo factus fuit, ut inquit *Matienç. in L. in L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop. gloss* 11. *per tot.* & ibi *Angul gloss.* 10. *num.* 1. *& seqq. Avend in L.* 44 *Taur gloss fin. n.* 1.

359 Nec refert, an sit conditionalis, vel modalis, de quo *Surd. cons.* 437. *num.* 47. cum idem resultet effectus, scilicet, quod ex non implemento conditionis, vel modi privetur donatarius rebus donatis, ut post alios tradit *Cassanat. cons.* 9. *num.* 13. *Castill. d. cap.* 119 *num.* 16 *&* 17. & videndus est in nostris terminis *num.* 30. 32. 33. 34. *&* 35. Non obstante *Montier. à Cueva dec.* 10. *num.* 28. quia ex distinctione ipsius respondetur, & ex dictis in terminis *à Molin. de rit. nupt. lib* 3. *q.* 6. *num.* 72. *Fontanel. de pact. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 1. *num.* 14. *Cassan. cons.* 2. *numer.* 30. *& seqq. & cons.* 55. *num.* 4. *& seqq Castill d. cap.* 119. *num.* 14. *vers. tunc autem, & num.* 36. ponit resolutionem.

360 Maioratus autem institutio, seu vinculum, vel quævis dispositio sub conditione facta, deficiente conditione, usque adhuc deficit, & corruit, & habetur penitus pro non facta, aut scripta, ut prima vocatione, aut substitutione ex defectu conditionis deficiēte, integra totius vinculi, ac dispositionis structura deficiat, & cæteræ omnes sequentes substitutiones corruant, & pereant, ut utrumque ex sententia multorum tenet *Castill. d. cap.* 119 *per tot. & num* 9. *&* 10 & probatur multis rationibus, de quibus *Nos* diximus *forens. resol. cap* 1. *num.* 40. *& seqq* & ultra eos *Peregrin. de fideicōmiss. art.* 43 *num.* 35. ubi quod eventus conditionis liquidari debet ab eo, qui inquit, maioratum esse erectum, quando conditionaliter fuisset constitutus, & probatur *per L.* 2. *Cod de his quæ sub mod.* ibi: *Fideicōmissi actio omnifariam nascatur, videlicet, in conditionibus post exitum earū, L qui hæredi* 44. *§. fin ff. cond & demonstr. Roland. cons.* 38 *num.* 20. *lib* 3. *Faber. in Cod. lib* 3. *tit.* 19 *diffin* 23 *in fin.* ibi: *Quandiu conditio pendet, quod sub conditione factum est, nihil est.*

Neque etiam dicitur vinculum erectum, si probetur testatorem dicere: *Que a sua vontade era deixar a sua quinta em morgado*; quia cum non fecisset vinculum, manent hæc verba in terminis præparationis voluntatis, & non reducta ad effectum, non dicitur maioratus erectus, nec constitutus, *L quidam cum filio* 46. *ubi gloss. ff. de hæred instit. L quoties* 9. *§. tantundem* 5 *ff eod Scan de testam. cap.* 10 *num.* 14 & disponendi voluntas dispositionem non inducit, *L. sciendum §. edictum ff. ædil edict. Noguerol alleg.* 26 *num* 79. *Castill tom.* 4 *contr. cap.* 11. *Add. ad Molin lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 6.

361 In quodam testamento disposuit Petrus his verbis: *Por onde outorgo, quero, e consinto, mando, e he minha vontade, que a minha quinta de tal parte a possa deixar, e mandar por via de morgado, a qualquer filho, ou neto seu, com as limitaçoens, e condiçoens, e vinculos, que elle quizer, e em qualquer morgado que fizer.* Quæsitum fuit, an maioratus fuisset erectus, vel ex his clausulis teneretur facere in consanguineos, vel posset cōmissarius disponere in extraneorum favorem: & resolvi, quod non, & bona esse maioratus, & haberi pro facto, si noluerit facere. Et in alia simili scriptura secundum meam opinionem judicatum fuit in gradu revisionis in causa André de Almeida com D. Luiza, Escrivaõ Domingos Dias do Couto, ex *Noguerol. alleg.* 9. *n.* 57.

362 Et merito ita resolvi, & in dicto casu ita judicatum fuisse arbitror, quia licet aliud sit dicere

dicere maioratum facio, ſi Titius voluerit, quia expreſſim ſubſtantia diſpoſitionis eſt Titii: aliud, do facultatem, vel poteſtatem Titio, ut faciat maioratum,quia voluntas eſt mea,ſum cauſa efficiens,& tamquam mandatarius cõmiſſarius jus exequitur mea facultate, vel delegatione, ut per hæc verba inquit *Carpio de executor.teſt.lib.2.cap.3.n.6.& ſeqq.& cap.12 n.12.*

364 Attamen dictis verbis dictus Petrus totam ſubſtantiam maioratus contulit in commiſſarium, & in ſuam voluntatem, & non executionem, de qua re *Caſtill. lib.2. contr. cap. 26. num.56. uſque ad fin. & lib.6. cap. 156.num. 6. uſque ad fin.* Sed non ad libere diſponendum, at vero ſecundum voluntatem ſuam, à qua diſcedere non poteſt,poteſt facere vocationes in nominatis, ſed non diſponere de bonis inter extraneos, ad vinculi bona extinguenda. Nam licet verbum *poſſa deixar*, facultatem, aut liberam voluntatem importet, nullatenus vero neceſſitatem,quãdo affirmative profertur, ut per *Caſtill. tom. 6 contr.cap.114 per tot.* & maxime *num.31. Valenz. conſ.148. num.15. Caſſan conſ.37.n. 26. & 27. Surd. dec.92. numer. 9. Cæphal. conſ.725.num.21.Cyriac.contr.689. numer.1. & 119.*

365 Attamen hæc procedunt in contractibus, legibus, aut ſtatutis, in quibus verbum, poteſt, ſignificat liberam facultatem. At vero in ultimis voluntatibus, verbum, poſſit, importat neceſſitatem, & præciſam obligationem faciendi, quod teſtator diſpoſuit, & ſi non fecerit,habetur pro facto maioratu, ut eſt *text. in L. fideicommiſſa 11.§. hæc verba ff.leg 3.* ibi: *Hæc verba filii rogo, ut prædia quæ ad ſe pervenerint pro tua diligentia diligat,& veram eorum agas, ut poſſint ad filios ſuos pervenire, licet non ſatis exprimant fideicõmiſſum, ſed magis conſilium, quam neceſſitatem relinquendi tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eorum vim fideicõmiſſi,videntur continere:& Gotofred ſuper text.& gloſſ.* inquit: *Poſſe verbum trahitur ad neceſſitatem, neque nudam potentiam demonſtrat ſed factum plane.* Ex quo textu duo ducuntur fundamenta. Primum quod verbum poſſit, producit præceptum, & non arbitrium: Secundum quod gravamen poſitum cum iſto verbo, poſſit,inducit fideicommiſſum in vocatorum favorem, ut etiam tenent *Alciat.conſ.13 num.1. Reminal jun.conſ. 700 num.15. Mantic de conject ult. vol lib.8. tit.1.num.12. Rot apud Bicch.dec.608 num.3.* Et in terminis commiſſarii reſolvit *Noguerol d alleg.9 n.57.& ſeqq.*

Et ultra dicta non obſtant quæ *Caſtill.& alii citati* pro parte contraria dicunt,nam loquerentur ſine lege juris cõmunis, & contra *d. text.* & iſti *DD.* non negant, quod *in §.hæc verba*, verbum poſſit, inducit neceſſitatem, ſed potius ita reſolvunt, & ſolum dicunt quod verbum poſſit importat neceſſitatem ex tacita mente teſtatoris, & non ex vi verbi, & in noſtro caſu clara eſt voluntas teſtatoris, ſecundum quam voluit, quod cõmiſſarius habuiſſet obligationem præciſam diſponendi de dicta Villa, ut conſtat ex verbis: *Quero, conſinto, mando, que a poſſa deixar, e mandar.* Quæ verba voluit, juſſit, & mandavit, procudunt præciſam diſpoſitionem, & demonſtrat fideicõmiſſum, *L. fin. Cod. com. deleg. § fin.de ſingul.rebus per fideicõmiſſum relictis, Cenſal. in obſerv.ad Peregrin. de fideicõmiſſ. pag. 224 col. 2. verſ. 1. Rot. apud Merlin dec 432 num.4* ibi: *Verba autem illa juſſit,voluit, & mandavit, important præciſam,& principalem diſpoſitionem, & fideicõmiſſum, & alia verba referuntur ad vocationes maioratus,circa nominationem,aut regularitatem, aut irregularitatem*, de qua re *Noguerol.& Nos* dicemus infra.

Paulus fecit ultimum elogium, in quo ita 367
diſpoſuit: *Trato de fundar, e pertendo fundar hum morgado, e hum Convento de tal Ordem,em cuja Capella mayor me enterrem, ficando Padroeiro della, e por minha morte os ſucceſſores do dito morgado, para o que já tenho comprado chaõ.*

Nihil amplius diſpoſuit teſtator, & cum hac diſpoſitione ſine altera è vita deceſſit, fui interrogatus,an ex hac diſpoſitione cenſeretur erectus, & maioratus conſtitutus, & teneretur hæres ab inteſtato facere Monaſterium, & diſponere de bonis relictis, vel deberet ſuccedere in reſiduo titulo maioratus, ita ut haberetur pro facto ex hac diſpotione? Reſolvit quod ſic, ex ſeqq.

Primo, quia ſi teſtator elegit ſepulturam 368
in Capella maiori Monaſterii, quod fundare cogitabat, & eſſe Patronum, & ſucceſſores maioratus, quem conſtituere prætendebat, neceſſaria eſt conſequenda diſpoſitionis voluiſſe facere Monaſterium, & in illo Capellam maiorem, ubi ſepulturam haberet, & ſic etiamm aioratus conſtitutionem ordinare, ſine qua non potuerat habere ſucceſſores in illo, neque illi exiſtere poſſunt, abſque maioratus erectione, ſecundum juris normas, ex quibus, qui diſponit de aliqua re, cenſetur diſponere de neceſſario antecedenti, ad hoc ut habeat effectum, quod diſponere voluit, ut in *L.ad rem mobilem, L.ad legatum ff.procurat. L.illud, L. nec his § 1 ff.acquir. hæred.L.veteres ubi gloſſ ff.de itiner.actt.quæ*

*privat. L. si iter legatum ff. de servit. L. denique §. interdum ff. pecul. leg.* Ex quibus in propria materia, ut ex hac ratione censeatur inductum fideicommissum, & maioratus, licet non præcesserit specialis dispositio circa illud, tenet *Bart. in L centurio n. 37. vers. nam ex quo de vulgari*, & similiter ex ea arguit *Dec. cons 23. num. 3. in fin & cons. 481. num. 4. & cons. 584. num. 8. & cons. 637. num. 8. Socin. jun. cons. 1. num. 13. vol. 3. Decian. cons. 34. num. 54. & 55. vol. 3. & cons. 44. num. 51.* Voluntas enim testatoris, quæ non fuit expressa per verba, si tamen veniat in necessariam, seu etiam in manifestam consequentiam verborum expressorum, habetur pro legitima etiam ad fideicõmissum inducendum, *Alciat. respons. 560. n. 7. Peregrin. de fideicommiss. art. 11. n. 25.*

369 Secundo, quia hæc propositio est necessaria, & non potest contradici, quando quod supponitur per necessarium antecedentem est circa rem, super qua dispositio cadit, quia tunc adeo habet vigorem, quod quamvis alias quæ opponuntur ad diminutionem suapte natura minuant, neque ex eis possit assumi interpretatio ad augmentum: ut *in L. legata inutiliter ff. leg. 1.* At vero si diminutio, aut onus non potest habere locum nisi antecedens producat dispositionem, illud sufficit, ad hoc ut in consequentiam expresse dispositi veniat, & etiam totum, quod est præsuppositum necessarium ad implendam cum effectu dictam dispositionem, *text.* est *singularis in L denique § interdum ff. pecul. legat.* his verbis: *Interdum & si non sit legatum peculiũ, vel ut legatum sit, accipitur quidam servo suo libertatẽ, si rationes reddidisset, dederat, & si hæredibus centum intuliſſet: Imperator igitur noster cum Patre rescripsit peculium quidem non nisi legatum deberi verũ inquiunt, si conditionibus præscriptis paruerit servus testatorẽ voluisse eum retinere peculium interpretamur, videlicet ex eo, quod de peculio eum jusserat centum inferre.* Ecce *text.* in fortioribus terminis, quia in ejus casu non inveniuntur verba importantia legatum peculii, & tamen inquit *textus* in verbis: *Testatorem voluisse eum retinere peculiũ interpretamur*, & ratio prosequitur in verbis: *Ex eo quod de peculio eum jusserat centum inferre.*

370 Et dixi textum esse in fortioribus terminis, quia in illo onus diminuebat legatum, & diminutione non obstante inducta fuit dispositio. At vero in nostro casu, non datur diminutio, sed augmentum memoriæ testatoris, & Monasterii ædificandi ad illius patronatum conservandum in suis successoribus, construi Monasterium interpretamur, videlicet ex eo, quod ibi jusserit suum corpus in Capella maiori sepeliri; & per illum *text.* tenuit *Bart. in L. cum tale §. falsam ff. de cond & demonstr.* Quod ubi dispositio secunda non potest stare absque eo, quod precedat demonstratio præsupposita, ex ea inducitur dispositio circa præsuppositum, ex quo resolvit, quod licet testator dixit ex centũ, quæ Titio legavit, volo, quod ipse Titius det Seio decem, quia Titius non potuit gravari specialiter in illis centum, nisi illa demonstratione præsuppositа, ex eo inducitur legatum *Menoch. cõns. 62. n. 12. vers. primo quia.*

Tertio, quia cum testator voluisset corpus suum sepeliri in Monasterio, quasi quandam servitutem in illo constituit, ad hoc ut Capella fuisset sepultura sua, & de suo, suorumque successorum patronatu, & ex hac ratione visum fuisse disponere de maioratu, & de Monasterii ædificatione, ne alias vocatio successorum, & impositio oneris sepulchri inutilis remaneret, ut probatur ex *L proculus ff. de usufruct.* ubi Testator relinquit usumfructum Insulæ ea conditione: ut ei legatarius servitutem imponeret altius non tollendi in favorem alterius Insulæ testatoris, & quamvis verba sonarent legatũ ususfructus, tamen ex gravamine servitutis imponendæ, quæ non poterat cadere, si Insula legata remaneret in dominio hæredis, fuit interpretatum, quod Testator, quando relinquit usumfructum, voluit relinquere proprietatem, ne alias præceptum constituendi servitutem fuisset inutile. Quæ decisio est singularis, quia considerando sepulturam, in qua testator jussit corpus suum sepeliri, in Monasterio, cui tale onus imposuit, non erat possibile imponere in eo tale onus, nisi ædicaretur Monasterium, quia solum præcedente ædificatione futuro ædificio servitus imponi possit, ut *in L si servitus §. futuro ff. servit. urba. nor.* à fortiori dicendum est in nostro casu, quod eo ipso quod testator voluit corpus suum sepeliri per antecedentem necessariũ, voluit quod Monasterium ædificaretur, & extitisset Capella maior ad sepulturã, maioratumque erectum ad successores, ad idem est *text. in L. Divus ff. usufr. & habit.* ubi inquit *J. C.* hæc verba: *Divus Adrianus cum quibusdam usus sylvæ legatus esset, statuit usumfructũ quoque eis legatũ videri, quia nisi liceret legatariis cædere sylvam, & vendere quemadmodum usufructuariis, licet nihil habituri essent ex eo legato* Quod etiam probat *text.* prout ibi adducitur *à Jazon in 2. notabil. in L. qui liberis in princip. ff. vulgar.* ubi si testator dixit, si talis erit mihi hæres, cum sub-

ſubſtituto impuberi filio meo, quæritur, utrum ille talis cenſeatur hæres inſtitutus teſtatori, & videbatur non inſtitutus, quia erat ſolum in conditione poſitus, & reſpondet *Jaz. per text.* ibi: *Quod immo cenſetur inſtitutus in neceſſariam conſequentiam ſubſtitutionis, quæ aliter non valuiſſet*: ut *in L. 2. §. prius ff. eod. tit.* ſequitur *Ripa in rubric. de ſolut. matr. num. 24. in fin. Cæphal. conſ. 93. num. 17. & 18.* ubi conſiderat eſſe hanc determinationem in fortioribus terminis, dum inducit inſtitutionem, quæ requirit pro forma verba expreſſa, abſque eo quod ſufficiant conjecturæ, ut *in L. 2. Cod. ſi tabul. teſtam. ex tab. & in L. hæredes palam in princ. ff. teſtam.* quia multo magis inducunt fideicõmiſſum, quod ſola conjectura voluntatis inducitur, *L. cum proponebatur ff. leg. 2* Quæ voluntas conſtat ex verbis, *hum Moſteiro, que trato de fundar*, ubi ſaltem enuntiative fit mentio ædificandi Monaſterium, juncto cum illis præſuppoſito, & antecedenti neceſſario ad ædificationem, & erectionem maioratus, *Bart. in L. cum tale §. falſam verſ. ſed ſi dixit ff. cond. & demonſtr.* ſequitur *Cæphal. conſ. 93. num. 19. lib. 1.* ubi *Bart.* verba perpendit, & *Mantic.* qui dicit communem *de conjectur. ult. vol. lib. 8. tit. 1. num 33. verſ. ſimiliter etiam*, atque ita dicta verba inducunt diſpoſitionem, aut fideicõmiſſum, ut eſt *text. ſingularis in L. Pamphilo 37. propoſitum ff. leg. 3.* in hæc verba: *Propoſitum eſt, non habere liberos, neque cognatos in diſcrimine vitæ conſtitutũ per infirmitatem, accerſitis amicis Cayo, Seyo contubernali dixiſſe, quod vellet ei relinquere prædia, quæ nominaſſet, eaque dicta inteſtationẽ Cayum Seyum redigiſſe etiam ipſo teſtatore interrogato, an ea dixiſſet, & reſponſo ejus tali inſerto, maxime quæſitũ eſt, an prædia, quæ deſtinata eſſent ex cauſa fideicõmiſſi ad Cayum Seyum pertinerent. Reſpõdi ſuper hoc, non dubitandum eſſe, quin fideicõmiſſum valeat.*

372 Hæc deciſio *text.* eſt notabilis, ad hoc quod inducatur diſpoſitio per verbum *volo*, ſive velim relinquere, & an prædia deſtinata, quæ omnia in noſtro caſu inveniuntur, ut conſtat ex verbis *d. num.* Et verba *trato de fundar*, *e pertendo fundar*, habent duo tempora, unum præſens, alterum futurum: de præſenti erat, quod tractabat, prætendebat, volebatque, & reſolutum erat, ex verbis, *trato de fundar.* De futuro, erat ædificare, quod non potuerat eſſe de præſenti, quia verba non ſpectabant ad fundationem verbalem faciendam per ſcripturam, ſed per ædificium, quæ habebant tractum ſucceſſivum de futuro, & tempus ſufficiens requirebatur, quia per manus alienas opus faciendum erat; atque ita utraque verba, habent ſuum ſenſum naturalem, & proprium. Præſentia, ſignificant voluntatem reſolutam ad opus faciendum. Futura tendunt ad executionẽ, atque ita inducitur voluntas de præſenti, & nihil habent de futuro niſi executionem, ut declarat *Bart. in L. ſervi electione num. 4. ff. leg. 1.* & in ſpecie ſimilis caſus *Alex. conſ. 190. num. 31. & 32. lib. 2. Menoch. caſ. 496. num. 12. de arbitr.* & licet clara verba defecerint, ex dictis elicitur voluntas, & ſunt ſufficientia ad fideicõmiſſum conſtituendum, *L. unum ex familia § ſi omiſſa ff. leg. 2.* ibi: *Si omiſſa fideicommiſſa verba ſunt cætera, quæ leguntur cum iis, quæ ſcribi debuerunt, congruant recte datum, & minus ſcriptũ exemplo inſtitutionis, legatorumque intelligetur, quam ſententiam optimus quoque Imperator noſter Severus ſequutus eſt.*

Et licet *d. text.* videatur loqui, quando 373
defectus eſt in aliquo verbo neceſſario adexplicationẽ conſtructionis, ſed idem eſt, quando deficiunt verba neceſſaria ad diſpoſitionem, in utroque caſu procedunt, ut in ſpecie ad illum *text.* advertit *Curt. Jun. conſ. 121. n. 10.* & ita ſtatim declarat *J. C. in §. ſequenti, & fin.* ibi: *Item Marcus Imperator reſcripſit verba, quibus teſtator ita caverat non dubitare ſe quodcunque uxor ejus hæres inſtituta cepiſſet, liberis ſuis reddituram, pro fideicommiſſo accipienda, quod reſcriptum ſummam habet utilitatẽ, nec ſcilicet honor bene tranſacti matrimonii, & fides etiam communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre præſumpſerat, & ideo Princeps providentiſſimus, & juris religioſiſſimus, cum fideicõmiſſi verba ceſſare animadvertere, eum ſermonem pro fideicõmiſſo reſcripſit accipiendũ.* Qui *text.* eſt notabilis, & ſingularis, dum inquit non habere verba ſufficientia ad inducendum fideicommiſſum, & nihilominus ex mente deducta fuerunt, quia non maneret fraudata opinio teſtatoris circa bona relicta ſuæ uxori, atque ex illa ad filios venire debebant, & caſus noſter eſt in fortioribus terminis, quia ad hunc effectum emit fundum ad Monaſterium ædificandum, & in tali emptione clara fuit voluntas erigendi, ædificãdi, & conſtituendi, & contrarium ſatis inhumanum eſt, ut eleganter inquit, & probat *text. in L. Pamphilo 37. ff. leg. 3.* & in caſu deficientiæ verborum pro conſervatione fideicõmiſſi ſunt *text. in L. pater filium 36. §. mater filios ff. leg. 3.* ubi *gloſſ.* ita intellexit, & *Jaz. conſ. 108. num. 10 lib. 4. Hypolit. Remin. conſ. 21. n. 26. lib. 1. Socin conſ. 249. n. 19. lib. 2.* & in ſimili eſt etiam *text. in L. Paulus 39. §.*

*Paulus*

*Paulus respondit ff. fideicommiss. libert. ubi Bart.* de qua re vide *Cald. de nom. q.* 1. *cum* 48.

374 Et in maioratibus, & fideicõmissis semper prævalet voluntas etiam deducta ex conjecturis, licet deficiant verba sufficientia, ad illud relinquendum, & erigendum, *L. cum proponebatur 66. ff. leg.* 2. *L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. L. cum virum Cod. fideicõmiss. text. notabilis in L quisquis ff. verbor. sign. L. cum virum Cod de fideicommiss. Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 23. *vers. sed adverte.*

375 Et ex verbis enuntiativis ad favorem piæ causæ inducitur dispositio, etiam quando sunt propter aliud prolata ad favorem Ecclesiæ, vel loci pii, & etiam ad exclusionem venientium ab intestato, *Cap. fin. de success. ab intest. Bart. in L* 1. *num.* 77. *Cod. sacros. Eccles. Alex. cons.* 190. *num.* 25. *&* 26. *lib* 6. *Tiraq. de privileg. piæ caus. privileg.* 7. *&* 8. *& privileg* 31. atque ita quod proposuit, & voluit facere in vita, tenetur hæres facere post mortem, ut *in L cum servus ff. cond. & demonstr.* ibi: *Nam quod vivus facturus erat, id ab hæredibus suis fieri jussisse intelligitur, L. item legato in fine* § 1 *ff leg.* 3. ibi: *Assignaturus si vixisset. Pratis de interp. ult. vol. solut* 5. *n.* 47 *pag* 31. Licet defecerint verba, sufficit ad hoc voluntas præsumpta testatoris, ut in simili est *text. in L. in testamenta,* 27. *ff. de cond & demonstr.* ibi: *Si intelligeretur, quod monumentũ demonstrare voluisset, is qui testamentum fecisset, tamen si in scriptura nomen deesset, ad id quod ille se demonstrare animo sensisset fieri debere.*

376 Idem etiam resolvi, & esse maioratum institutum, & erectum ex verbis cujusdam testamenti, in quibus dicebatur: *Tenho taes bens de raiz em tal parte, e todos os ditos bẽs saõ morgado.* Nihil ulterius dictum fuit à testatore, constitit post mortem bona esse sua, & esse dominum, & possessorem illorum, sed non apparuit institutionem, quæsitum mihi fuit, an ex hac dispositione diceretur erectus, institutusque maioratus, vel non? Resolvi esse erectũ, institutumque ex dictis hveris relatis, tum ex dictis supra, tum etiam, quia licet dicta verba potuissent se referre ad maioratum factum per antecessores testatoris, aut ab eo, aut ab immemoriali necessarium est illi. Attamen, qui voluerit acommodare dicta verba ad aliam dispositionem præteritam, & differentem, & non præsentem supponendo relationẽ ostendere tenere dispositionem relatam, aliter enim cessat vis relationis, & dicitur maioratus non antiquus, sed de præsenti institutus, erectusque à testatore, *ex L asse toto ff. hæred. inst. Cassan. cons.* 50. *num.* 28. *Castill lib.* 4 *contr. cap.* 43. *n.* 19 & 24.

Et quando non constat de dispositione relata, est communis DD. resolutio, quod actus referens per se est dispositio perfecta, aut non, si est perfecta, valet, & producit effectum independenter à relatione; si autem est imperfecta, nullum producit effectum, nec attenditur Sic notarunt *Bart in L eum qui §. Julianus ff. const. pecun. Peregrin. de fideicommiss. art.* 16. *num* 111. *Surd. cons.* 241. *n.* 2. *& 3 lib.* 2. cum multis *Castill. d. cap.* 43. *num.* 30. *usque ad* 35. Omnes concludunt, quod si referens habet potestatẽ disponendi, cum de voluntate constat, habent verba vim dispositionis; at vero si deficit potestas, nihil probant, neque etiam si deficit voluntas, quia tunc nihil valet relatio, nisi constet de referente, & relato, & tunc consideranda sunt tria, ex quibus dependet validitas cujuscumque actus, scilicet, voluntas, potestas, & modus, ad *text in cap. super Abbatia de offic. judic deleg. L. si quæramus Cod. de testament. Molin. de primog lib.* 1. *cap* 24 *num* 24. *Castill tom.* 2. *cap.* 26 *num.* 4 *& tom.* 4 *cap.* 5. *Pereir. de jur. tom.* 2. *lib.* 2. *cap* 3 *n.* 86. *Larr. alleg.* 96. *n* 32.

Atque ita cum non appareat institutio anterior, & disponens sit dominus, ex verbis: *Todos os ditos bens saõ morgado*; licet verba essent relativa ad dispositionem anteriorem, non constando de relato, non dicuntur relativa, sed dispositiva de præsenti, & sufficiunt ad dispositionem sicut pars testamenti, & dicta verba, *Todos os ditos bens saõ morgado*, legitime intellecta, & legaliter considerata, sunt verba dispositiva, & per se producunt effectum, & maioratus erectionem, quia non sunt enunciativa, nec per viam confessionis prolata, adhoc enim necessarium erat, se referre ad per existentem dispositionem, & ad tempus transactum, in quibus duubus rationibus consistit vis enuntiativi, & confessionis, ut patet *ex text. in cap. si Papa in princ. de privileg. in* 6. *Bart. in L. ex hac scriptura ff donat. num.* 16. *Genoa de verb. enunc. lib.* 3. *q.* 2. *num.* 20. *Cald. de nom q.* 1. *num.* 42. *Castill. d. cap.* 26. *num.* 72. *&* 73. *& lib.* 4 *cap.* 46. *num.* 7. Quæ in nostris terminis non inveniuntur, sed potius dispositionem de præsenti, quia idem fuit dicere, *Todos os ditos bens saõ morgado*, quod dicere jubeo, mando, quod omnia bona sint maioratus, verba enim hujus qualitatis, quæ respiciunt ad dispositionem præsentem, sunt proprie dispositiva, & producunt effectum per se, & non sunt enuntiativa, nec confessionis, nec ad suam firm-

firmitatem necessarium est recurrere ad aliquam dispositionem anteriorem, ut decisum extat apud *text. in cap. si Papa vers. si autem de privileg. in 6.* Sed per se dicta, *todos os ditos bens saõ morgado*, sunt dispositiva, & probant vinculum esse erectum, *L. fideicõmissa §. siquis ita ff. leg. 3.* ibi: *Si quis ita scripserit, sufficiunt tibi vineæ, vel fundus fideicommissum est: quoniam, & illud fideicommissum esse arbitramur, contentus ésto illa re.*

379 Et licet dicta verba possint se referre ad dispositionem factam, & præteritam, illa verba per se talem dispositionẽ non enuntiant; & ideo *J. C.* eas habuit per fideicommissum, quod etiam patet ex §. *hæc verba in d. L. fideicõmissa*, ibi: *Hæc verba te fili rogo, ut prædia, quæ ad te pervenerint, pro tua diligentia diligas, & veram eorum agas, ut possint ad filios tuos pervenire*, & inquit *J. C.* & quod his verbis inducitur dispositio fideicommissaria, & quod sunt verba dispositiva; & est regula firma, quod quocumque modo, quo verba proferantur, sive cum relatione ad hæredem, sive ad tertium, sive ad honoratum, semper inducunt dispositionem, & sunt verè, & propriè dispositiva, ut *in L. damnas esto in princip. ff. usufr. leg.* ubi referuntur ad hæredem grsvatum, *L. cum pater §. donationis ff. leg. 2.* ubi ad tertium referuntur, *L. peto 69. in princip. ff. eod.* ibi: *Peto Luci Tici, contentum sis centum aureis, puto fideicõmissum valere placuit, idque rescriptum est, L. unum ex familia 67. §. fin. eod.* ibi: *Item Marcellus Imperator rescripsit verba, quibus testator ita cavit, non dubitare se quodcunque uxor ejus cepisset liberis suis reddituram, pro fideicommisso accipienda, L. etiam hoc modo, L. & hoc modo ff. leg. 1.* comprobant *Alex. cons. 181. num. 2. lib. 5. Cald. d. q. 1. num. 42. Castill. d. cap. 26. lib. 2. num. 75. & seqq. & lib. 4. cap. 46. num. 8. & seqq* Et quamvis regulariter verba enuntiativa non disponant ex *d. cap. si Papa in princip de privileg. in 6. L. ex hac scriptura ff. donat. Castill. d cap. 26. num. 76.* Attamen quando emittuntur super negotio, de quo agitur, & per modum causæ, aut inducunt perpetuam dispositionem, & non constat de alia; per se producunt effectum, & formant dispositionem, sicuti non fuerunt enuntiativa, habens qui enuntiat, potestatem disponendi, idem quod dicit esse dispositum, ut jam supra diximus. ut est *text. expressus in L. si donatio Cod de donat.* ibi: *Si donatio per epistolam facta non appareat; verba tamen testamẽti. quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicõmissum continere non ambigitur.* Et explicans dictum *text. Bald.* inquit: Nota, quod verbum confirmo inducit dispositionem de novo, & de per se, quod est notabile, & ibi: *Nota quod licet illud proprie dicatur confirmari, quod modo aliquo confirmatur, tamen id dicitur confirmari, quod per se disponitur & vers. fin.* ibi: *Nota quod quando de uno instrumento fit mẽtio alterius instrumenti non est necesse de primo constare, quãdo secundus potest per se principaliter disponere, Mascard. concl 622. num. 24. & 31. Gut. pract q. 17. num 68. Genoa de verb. enunt. lib 3 q 2 num. 20.* & eleganter in simili *Surd cons 241 & cons 315. numer 63. & cons 546. Peregrin. de fideicommiss. art. 1. num. 47. Cald. d. q. 1 de nomin. num. 43 Gratian. forens. cap. 116 num. 47. Cassan. cons. 16. num. 6. 21. 25 & num. 40. Castill. d. cap. 26 & num. 77. & seqq. & lib. 4. cap. 46. per tot.* & præcipue *n. 19. 41.*

Et quando verba enuntiativa, ut in nostro casus faciunt perfectam orationem, ut patet ex verbis, *todos os ditos bens saõ morgado*, non attenditur ad relatum, licet de illo constet, quia præsumitur institutorem voluisse de novo disponere, ut ex *Bart. & aliis* tenent *Capyc. dec. 108. n. 10. Mier. de maior. 2 p. q 4 illat. 8. numer. 237. Menoch. cons. 802. numer. 98. Barb. claus. 70 numer. 17. Galganet. de cond. 2. p. cap. 6. q. 5. numer. 8. Castill. dec. Sicil. 250. numer. 162 p. 3. Galeot. lib. 2. contr. 23. num. 29. & 30.* ubi quod quando in investitura referente adest perfecta dispositio, non est curandũ de relata, *Fontanel de pact nupt. claus. 5. gloss. 10 p. 2. num. 26.* Atque ita dicta verba sunt dispositiva, & quando fuissent enuntiativa stante dispositione formata in illis, considerantur dispositiva, & per illas cõstat maioratum institutum esse ex dictis, & ex verbo, *saõ*, quod inducit dispositionem perfectam, *gloss in L. mercis appellatione a 2. ff. verbor. signif. Azeved in L. 9 tit. 10 lib 5. recop num. 9. vers. verbum illud, saõ, Otalor de nobilit 2 p. 3. princip. cap. 4. num 2. vers. quia verbum saõ, & cap. 6. numer. 3. Garc. de nobilit. gloss. 1 num. 38. Sesse dec. 230. n. 16. Tiraq. in L si unquam verbo revertatur n. 180. Suar. de legib. lib. 5. cap. 6. n. 28.* 380

Et testator licet reservasset facultatem alterandi, & disponendi, cum non appareat altera dispositio facta, ex dictis verbis, & defectu revocationis, cum non uteretur dicta facultate, vinculum subsistit, & in suo robore manet, ut in terminis tenet *Cassanat cons. 37. num. 27.* comprobat *Castill. lib. 1. de usufr. cap. 39 n. 21. & 22. & lib. 4. cap. 16 n. 28. Salgad. in labyrinth. cred. 2 p. cap. 19. numer. 4. &* 10. & diximus supra, & dicemus infra. 381

Et idem probatur esse verum in donatione inter virum, & uxorem *in cap. fin. de donat. inter.* 382

*inter. L. cum hic status §. si ambo in fin. ff eod.* quia nisi revocetur, morte confirmatur, & in donatione inter patrem, & filium, *L. omni modo in fin. Cod. inofficios. testam. bonus textus in cap. si delegatus § 1. de offic. deleg in 6.* In donationibus, & vinculis maioratus in terminis *L. 17 & 44. Taur. Molin. de primog. lib. 1 cap 9 numer. 9. & cap 12. numer. 8. Gonzal. in reg 8. gloss. 12. num 53. Surd. cons. 163. num. 18. tom. 2 & cons. 384 num. 10.* ubi loquitur in feudis ex *Nat. cons. 504. numer. 2. & ex Cæphal cons. 525 numer. 21.* in facultate nominandi, *Gratian. cap. 50 forens. num. 23.* & in electione, *L. unum ex familia §. rogo ff. leg. 2. Ludovic. dec. 316. Gratian. forens. cap. 239. num. 1. Carleval de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 3 num 49. Larrea dec. 40 numer. 29 & dec. 52. numer. 10. & 27. Salgad. in labyrint. cap 29. num. 39* & in hoc casu non habet locum quæstio, de qua *Torres de pact futur succes. lib. 2. q. 35.* ubi disputat, an facta donatione, aut renuntiatione cum reservatione certæ rei ad testandum, si de portione reservata non disponat, an spectet ad renuntiatarium, vel donatarium, vel ad hæredem renuntiantis, aut donantis, & an id procedat facto testamento per donantem, vel favore fisci, & multa refert pro una, & altera parte; quia loquitur in bonis liberis, & Nos loquimur in constitutione maioratus, & formato ex dictis verbis, *todos os ditos bens saõ morgado*, in quo succedere debent omnes de familia, & primo loco proximior consanguineus secundum leges maioratus, licet testator non faciat vocationes, quia sufficit dicere, *todos os ditos bẽs saõ morgado*, ex quo verbo ultimo defertur, & continuatur successio sicuti in maioratibus regularibus, ut infra dicemus, & tenent *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. Mier. p. 1. q. 48. num. 24. Castill. tom. 2 contr. cap. 22. numer. 1. & tom. 5 cap. 83. §. 6. num. 3. cap. 143. n. 1. Valenz. cons. 69. num 4. Noguerol. alleg 25. n. 104.*

383 Et merito, quia verba, *todos os bens saõ morgado*, sunt universalia, & inventa fuerunt ultima per consuetudinem Hispaniæ, & Portugalliæ, prout testatur *Molin. de primogen. lib 1. cap 1. num. 2 & cap. 2. num. 8.* ad significandum quod omnia bona, & jura vinculata deferuntur ex conditione, ut in perpetuo in familia conserventur, *idem d. cap. 1 n. 7. & 22.* & quando maioratus dicatur universalis, facti, aut juris, tradit *idem Molin. lib. 1. cap 26. num. 19. & seqq. Barbos. 3. p. rubricæ ff. solut num 5. & seqq. & per tot. cap. & partem.* Ubi omnia tradunt. Circa universalitatem, & in dispositione universali, veniunt omnia, quæ justum est venire, & unum, & idem verbum stricte, & large sumitur, *Bald. in repetitione legis edita num. 64 & in L. si cautiones n. 8. Gravet. cons. 462. num. 15. lib. 3.*

Quid autem dicendum sit cum *Hermosill.* 384 *in L. 56. tit. 5. part it. 5. gloss. 7. num. 27.* de illa quotidiana quæstione, de eo qui possidebat terras, quas nos Realengas, & Coronæ vocamus, quibus fuit spoliatus, & postea se composuit cum Rege, utrum ex antiquo titulo, vel novo eas habere videatur, & an convalescat maioratus ex eis factus à patre, vel ab avo possessoris, vel tamquam ex novo titulo acquisitæ libere maneant, *Mier. de maiorat. 4. p. q. 2. num. 60 & 61.* de novo adquisitas videri sentit, & postea animadvertendum esse dicit, *ad Leg. fundo legato ff. ad Leg. falsid.* ubi probatur, quòd quoties quis habet duos titulos, unum novum, & alterum veterem, videtur possidere ex titulo vetustiore. Unde pro solutione distingue, aut hujusmodi terras ex titulo valido possidebat, aut sine titulo, vel titulo invalido: si ex titulo valido, & si postea compositionem faciat cum Rege ex primo titulo possidere, & non ex novo dicendum est; quia in damnum illorum, qui vocati sunt ad successionem, non potuit causam possessionis mutare, nec vinculum institutum, aut erectum, & tunc ad id, quod pro compositione solvit, datur ei actio. & retentio contra successores pro pecunia, & interesse ad rationem census, interim, quod non satisfecerit, & cum tali onere transit in alios, & ibi per hæc verba judicatum refert in Cancellaria Granatensi, de qua re *Valeron. de transact. tit. 5. q 4 num. 1. usque ad 8. & q 5. numer. 22. Molin. de primogen. lib 4. cap. 9. num 22. & cap 4. num. 23.* & ibi *Additio antiqua, & moderna, & lib 1. cap. 26. num. 3 & 6. Pareja de instrumentor. edit. tit. 7. resol 3. numer. 90. & seqq Olea de cess. jur & action. tit 6 q 7. numer. 2. & seqq Garc. de expens. cap. 22 num 3. & 7 Gratian forens. cap. 476. num. 15. Salgad in labirint creditor. 2 p. cap. 7. num. 16 & 17. Urseol. de transact. q 50.* qui omnes agunt de variis quæstionibus.

Et sic præcedente titulo maioratus, aut 385 bonorum Coronæ, semper præsumitur possidere ex eodem titulo, & potest successor impedire, quòd apprehendat hæres possessionem bonorum uti libera, sive ex testamento, sive ab intestato, ut late fundat *Noguerol. alleg. 31. num. 77 & seqq.* ubi omnia circa materiam refert, & concludit, quòd præcedente institutione maioratus, illius virtute præsumitur continuata possessio, & per totam allegationem multa tradit circa erectionem maioratus, & quando dicatur factus, & de

de adjudicatione facta ad maioratum, & de diviſione bonorum ad illum.

386 Et ſi fuerit factus in eo caſu, in quo ſit monialis vocata, an ſuſtineatur eo caſu, quo nuptias contraxerit, judicatum fuit in caſu ſequenti.

387 No feito de Bartholomeo da Coſta de Meſquita, e outros com Jeronymo Henriques Arnaut, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Provedor da Comarca de Coimbra, em mandar, que as azenhas, de que ſe trata, ſe naõ lançaſſem em inventario. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como delles ſe moſtra, que as ditas azenhas pela diſpoſiçaõ do teſtamento, foraõ dotadas á mulher do appellante, e a diſpoſiçaõ fideicõmiſſaria foy ſómente feita no caſo, em que a dita mulher do appellante morreſſe Freyra. Mandaõ, que as ditas azenhas ſe lancem em invẽtario. E condẽnaõ ao appellado nas cuſtas dos autos deſta inſtancia. Porto 29. de Abril de 1673. Novaes. Andrade Rua.*

388 Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Ardua, & nimis difficilis quæſtio mihi offert officium orta ex clauſula teſtamenti fol. 5. per Joannam da Coſta de Meſquita conditi, cujus verba mature conſiderari debent, propter hæſitatum diſponendi modum, quia perbene perpenſis verbis, colligitur prima facie teſtatorẽ ſolummodo diſpoſuiſſe mollæ aquariæ, vulgo *azenhas*, fructibus, non vero de ejus proprietate, ut melius,& maiori perſpicuitate perſpiciatur, triplici modo dictam clauſulam enodatam apparere,& nullatenus explicatam.

389 Nullus uſque adhuc notavit, quamvis utriuſque allegationibus reperiuntur verba teſtatoris ſuper clauſula repetita. Videtur fol. 5. teſtatricem fratri ſuo Emmanueli da Coſta fructus ſuæ mollæ reliquiſſe, & per ejus obitum Joannæ ſuæ filiæ, & etiam teſtatoris ſpiritualis, ad veſtitum monialem, ſi in ſtatu Religioſæ permaneret, & ſi conjugata fuiſſet, mollæ aquariæ proprietatem ad ſuæ dotis juvamen.: moriente autem Religioſa, vel moniali, tunc vocat ejuſdem fratris ſui filios primi iſtius legati, ſeu fideicommiſſi uſufructuarii ad dandum cuique illorum eoſdem fructus, non proprietatem (ut ſupra dicitur) quam ſolum in dotem dictæ Joannæ verbis claris, & diſpoſitivis legaret.

390 His ſuppoſitis, ut ſupra notavi, tria in iſta ſolum clauſula veniunt conſideranda. Prima quod fructus dictæ mollæ fuere legati patenti, & §. hujuſmodi, filiæ poſt ejus mortem ad veſtes moniales, ſi talem vitam haberet delectam, & ſi nuptias contraxiſſet, dictæ mollæ proprietatem ad ſuæ dotis juvamen. Uſque ad hanc metam nullum aliud niſi hoc legatum, vel fideicõmiſſum inveni.

Sequentibus autem verbis (nullo dato verborum intervallo) proſequitur teſtatrix ita diſponendo, quod moriente domina Joanna nepte ex fratre, dum in Religione eſſet, revertentur dictæ mollæ uſusfructus ad ex fratre nepotes. 391

In codice tam ſtricto,& in tam parvo proceſſu, nunquam mihi obvia venit, tam grandis difficultas, de cujus executione me excuſare non poſſum. Non eſt dubitandum, quod fideicommiſſa multis modis finiantur, quia nihil ſub ſole perpetuum eſt, *L. cum debere ff. ſervit. urbanor. præd.* Sic quoque incorporalia jura, & actiones, quæ artis miniſterio inventa fuere, humanis conſtitutionibus ſuos quoque terminos, & fines habent. 392

Hoc noſtrum fideicõmiſſum ejus ortum, & occaſum coadivit, & finem ſuum habuit in illo inſtanti, in quo dicta Joanna legataria nuptias contraxit; & in lucrum dotale converſum, non per modum caducitatis, quia caducorum obſervatio prudentiſſimis viris diſplicuit, non tantum aliis, ſed etiam & ipſis, qui ea conſequebantur, *L. unica*, & *ibi gloſſ. Cod. de caduc. tollend.* 393

Hæc ſufficiunt ad me deliberandum, ſed continuato teſtamento, ſeu ejus diſpoſitione fol. 8. verſ. teſtatrix Joannem da Coſta fratris ſui filium ad eaſdem mollas aquarias per verba diſpoſitiva,& perceptiva, quæ ſemper abſque dubio inducunt fideicõmiſſum, ſive teſtator cum gravato loquatur, ſive cum honorato, ut eſt *text. in L. miles ad ſororem, & in L cum pater §. donationis ff. legat. 2.*

Quare ex præmiſſis ſatis conſtat, non mediocrem attributum fuiſſe fideicõmiſſis favorem, & in eis quæque voluntas, non ſolemnis, vel etiam conjecturata, ac verbis quamvis non præceptis, ſed precariis, & deſiderii cauſa expreſſis ſufficiat pro valida, & efficaci ad juris etiam neceſſitatem, exploſa juris antiqui inobſervatione. 394

Sed regula propoſita intelligitur, quando teſtatoris diſpoſitio, non aliter poſſet conſequi ſuum effectum, tunc enim, ut valeat voluntas teſtatoris, quamvis non expreſſa, etiam ad fideicõmiſſum inducendum, *L. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2. Peregrin. de fideicõmiſſis art. 11. n. 29.* 395

Verum in caſu propoſito legatum, vel fideicõmiſſum, quæ in jure noſtro ſunt peræquata, habent ſuum effectum ſecundum teſtatoris diſpoſitionem, quia citato fol. 5. di- 396

verso modo disposuit, & dispositio variatur mutatione conditionis, & status, *L si quis ff. solut.* quia quando loquuta fuit de dote, legavit (ut supra dixi) mollæ proprietatem, & cum matrimonium habuit effectum, & legatum, vel fideicõmissum fuit simpliciter relictum absque conditione solum in hoc disponendi modo: igitur pro prima dispositione dotali debet censeri, & non aliarum diversitatum dispositione, *L. eum qui ædes ff. usucapionib. Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. num. 150. cum seqq. Cevalh. commun. contra comunun. tom. 4. q. 899. n. 36.*

Nullius etiam considerationis est dicere,
397 quod ultimæ codicillorum clausulæ vincunt priores, per *text. in L. quod traditum 87. ff. de condit. & demonstrat.* quia solum locum haberent, quãdo secũdæ habuissent clausulã derogatoriam, seu irritantem, aliàs vaniloquium, quod non invenitur, ad annullandam dispositionem, maxime quando dispositio doti applicata nullam similitudinem habet cum aliis, de quibus frustra argutantur, ita sentit *Cevalh. com. q. 72. n. 2.*

398 Unde tales mollæ, vulgo *azenhas*, debent ad partitionem venire, & sic revocato meritissimo Provisore Conimbricensis Provinciæ. Portu 9. Aprilis 1673. Andrade Rua.

399 Præfatio causam finalem dispositionis ostendit, ex qua dispositio ipsa extenditur, vel ampliatur per *L fin. de hæredib. instit. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 1.* & verba intelligenda sunt per prius, & non per posterius, *Joseph. de Seff. Aragon decis. 64 num. 86.* Cum ergo fideicõmissum incipiat, si vocata Joanna fratris filia in statu moniali discederet, sequens dispositio, seu declaratio, post illius mortem de statu moniali tantummodo intelligenda est, neque aliter voluntas ostenditur dispositiva, unde fideicõmissum in statu coniugali induci non potest, *L quidam cum filium, ubi Bald. ff. hæred. inst. Molin. de primogen. lib 1. cap. 4. num. 6. Mant. de ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. numer. 18. Peregr. de fideicom. art. 11. numer. 25 33 43. Nigr. controvers. 142. num. 10.* est enim animi cogitatio, quæ in lucem non producitur abortiva, & tamquã posthumus in utero, qui nisi nascatur, nihil est, *L. fin. Cod posth. hæred. inst.* prosequitur *Surd. cons 554. numer. 5. Cevalh. commun. q 698 num. 6. 8.* optime *Gam. dec. 287. à numer. 1. Marth. de succeff. legal. p. 4. q. 21. art. 2. num 73. & art. 1. à numer. 1. cum seqq.* late *Castill. 4 controversiar. cap. 11 per tot.* neque in interpretanda voluntate testatoris divinare debemus, *Auth. de testament. §. 1. Menoch cons 97 numer 94.* de facili namque possumus errare in illius interpretatione, *Alex. cons. 49. num. 2.* & in dubio contra fideicõmissum est pronuntiandum, *L. si fuerit 11. ff. de reb. dub. Castill. lib. 4. contr. cap. 9. num. 70. & 72. Ayllon. aa Gomes cap. 5. num. 2.* Deinde in dote nulla conditio imponi potest, neque donatarius ad restitutionem gravari post sui mortem, ex *L quam Cod. de pact. conventis*, & est resolutio doctissimi *Barbos. in L. 2. in princ. à numer. 141. & 142.* ibi: *Quia pactum præjudicans doti non valet: n. & 143.* ampliat. Unde Præsidis sententiam revocarem. Portu 21. de Abril de 1673. Nevaes.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Doctor Tavares. Doctor Gouvea.

Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Mollæ legatum, sive potius fideicomissum, quorum jam hodie eadem est natura, *L. 1. Cod. com. de legat. & fideicom.* Joannæ relictum fuit, ut fol. 5. in eadem oratione diversas status res petente, primus status monialis fuit, ibi: *Se for Freyra*: & in vita tamen reliquit, post mortem substituit filios fratris, ibi *Morrendo Freyra torne aos filhos de meu irmaõ*: quæ dispositio quoad hunc statum conditionalis fuit, ibi: *Se for Freyra*, verbum, sive dictio, si, conditionem importat, *Angust. Barb. de dictionib. diction. 313. Souf. de Maced. decis. 13. num 13.* unaque per viam fideicommissi cum obligatione restituendi substitutos, quæ forma disponendi fideicõmissum denotat, *princip. inst. & per totum de singul. rebus per fideicõmissum relictis*, ubi *Pichard. ad rubric. inst. eodem tit.* quod vero attinet ad secundum statum, ibi: *E se cazar, as azenhas se jeaõ para ajuda de seu dote.* Fuerunt mollæ legatæ, & non per viam fideicommissi relictæ, quia nec tempus vitæ fuit taxatum, nec substitutos adhibuit, immo sine ullo gravamine per verba imperativa civilia mollam reliquit, quæ legatum significant; accipiendum à manu hæredis, & alteri non restituendum, *Pichard ubi supr. & in princ. tituli n. 3.* in primo casu solum substitutos nominavit, ergo in alio regulam in contrarium firmavit, *L. in iis ff. de legib. Castill. in tract. de aliment. decis. 41. num. 11.* maxime quando in dubio præsumendum est legatum censeri purè relictum, & sine ullo gravamine, *Castill. quotid. lib. 2. cap. 4. num. 35.* eo vel maxime, quando continet dotem, cujus favor maxime attendendus, *ex L. 1. ff solut. ubi insign. Barb. p. 1. Leg. 1. num 1.* testator rectè, & purè legavit in casu dotis respiciendo ad maiora illius onera, quæ in statu Religionis non inveniuntur; ideo legatum relictum de ducentis si

nubat,

nubat, & de centum ſi Religionem ingrediatur, ingrediendo Religionem ſolum centum debentur, *Molin de juſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 207 num 12 cum ſeqq Cov. var. lib. 1. cap. 19. numer. 7 uſque ad 11. Sanch de matrim. lib 1. diſput. 34 num. 13.* nec ſemper immunitas, quæ nuptiis conceditur, extẽditur ad ingreſſum Religionis, maxime quando in præſenti; utilitas namque legati, ſive in quam fideicommiſſum utilitatem utrarumque nuptiarum, non reſpicit ad extenſionem faciẽdam, ſed fideicõmiſſariorum, ideoque inferioris Senatus ſententia venit confirmanda. Ulyſſipone 23. Auguſti 1673. Doctor Gouvea.

402 Verba teſtatricis fol. 5. tranſcripta in appendiculo fol. 6 verſ. ita habent: *E mais lhe deixo os fructos*, id eſt, *a Manoel da Coſta herdeiro, aſſim trigo, como o mais, que render das azenhas, que tenho na Ribeira de Caſconha, e por morte de meu irmaõ Manoel da Coſta, fiquem a Joanna ſua filha, minha afilhada, ſe for Freyra, para o ſeu veſtido, em quãto for viva. ſe caſar ſerão as ditas azenhas para ajuda de ſeu dote; morrendo Freyra, torne aos filhos de meu irmaõ Manoel da Coſta, qual elle quizer.* Poſt hæc verba alia fol. 9. in eodem appendice leguntur, ibi: *E declaro, naõ tendo meu irmaõ outra filha, ſenaõ Joanna minha afilhada, e morrendo, fiquem as azenhas tambem a Joaõ da Coſta filho de meu irmaõ herdeiro, e teſtamenteiro.*

403 Priora verba diſpoſitionis, clara ſunt, & duplicem caſum ſeparant. Primus eſt, quando mortuo hærede inſtituto, molla contentionis, quoad uſumfructum relicta fuit Joannæ ad veſtes comparandas, dum vita fruetetur in moniali ſtatu perſeverans, quæ mortua ad filios præfati hæredis reverteretur. Secundus caſus eſt, ſi matrimonium duceret, tunc namque ad dotis augmentũ molla hæc relicta invenitur, nulla facta mentione uſusfructus. Hic ſecundus caſus verificatus proponitur: Joanna quippe matrimonium contraxit.

404 Cætera verba dicto fol. 9. ibi: *E declaro, naõ tendo meu irmaõ outra filha, &c.* Totam excitant controverſiam, verbum namque, *morrendo*, tam de morte in ſtatu Religionis, quam conjugalis practicari valet, nec datur maior ratio, cur in uno, non vero in alio ſit intelligendum. Sæpe numero accidit bonorum juriſcupidos ſcientes, ſe hæredes inſtituendos, verba in teſtamentis apponi ſolicitari, quaſi ad maiorem ſecuritatem, quæ tamen, vel evertunt, vel maxime elogia confundunt, ut in præſenti concipimus.

405 Reſolvo itaque nullum fideicõmiſſum in occurrenti hypotheſi conſiderari poſſe. Si enim ſoror alia Joanna, hac mortua, ſupervixiſſet, tunc ad fideicõmiſſum inclinarẽ, ductus verbis, ibi: *E naõ tendo meu irmaõ outra filha, ſenaõ Joanna*: quæ idem ſonant, ac ſi dixiſſet teſtatrix, mortua Joanna, ſive moniali, ſive uxorata abſque liberis, ſuccedat ejus ſoror, & ſi nulla extet, tunc Joannes ſubſtitutus legatum mollæ conſequatur: nulla harum vocationum verificata eſt, quonium nec Joanna reliquit ſororem, nec Joannes tempore mortis dictæ Joannæ vivus apparet. Igitur dicendum videtur, mollam legatam fuiſſe Joannæ purè, his vocationibus deficientibus, & præcipuam tanquam dotis partem, & dividendam eſſe inter ipſius hæredes, ſicut cætera bona propria, ex *Auth. de nupt. §. diſponat col. 4.*

In contrarium allegantur quædam brocardica, & regulæ vagæ nihil ad rem concludentes. Unde ex his inferioris Senatus placitum confirmo. Ulyſſipone 11. Februarii 1674. Doctor Tavares.

Si vero bona jam data erant per titulum dotis de bonis dotatis, non poteſt vinculum poſtea factum ſuſtineri, ſed eſt ejus conſtitutio, & erectio nulla, ut judicatum fuit in cauſa ſequenti. 406

No feito de Joaõ de Craſto, com Manoel Rodrigues Roquello, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte. 407

*Naõ he bem julgado pelo Juiz de Fóra, em haver os embargos de terceiro ſenhor, e poſſuidor recebidos por provados. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como por elles ſe moſtra ſer Marianna de Caſtro condemnada a reſtituir os bens da contenda aos appellantes embargados, pela doaçaõ que delles havia feito em ſua vida Gaſpar Maciel, e ſua irmã Vitoria Barboſa para ajuda de ſeu dote, com reſerva do uſo, e fructo em quanto viveſſe, como ſe prova da eſcritura fol. 8 e ſuppoſto que o dito doador Gaſpar Maciel no tempo da ſua morte, e em ſeu teſtamento vinculaſſe os proprios bens em morgado em Capella, nomeando em primeiro lugar a ſua mulher a dita Marianna de Craſto por adminiſtradora, e por ſua morte ao embargante ſeu ſobrinho, com tudo, como de ſeus bens havia feito em ſua vida a dita doaçaõ para dote da dita ſua irmã, naõ podia ter effeito o dito vinculo, como aſſim foy julgado pela ſentẽça junta, dada em 6 de Outubro de 1673. a qual paſſou em couſa julgada, e havida a appellaçaõ por deſerta no Juizo ſuperior da Relaçaõ do Porto, de cuja execuçaõ tratando os appellantes para tomarem a poſſe dos ditos bens, ſe moſtra vir o embargante com os ditos embargos de terceiro ſenhor, e poſſuidor, fundados*

*no dito testamento, em o qual foy o embargante nomeado para segundo administrador por falecimento da dita Dona Mariana de Crasto, em cujos termos conforme a Direito a sentença dada contra o primeiro administrador de algũ morgado, ou capella, prejudica ao segundo administrador chamado, e substituto, ainda por nome expresso, e passa em tal fórma em cousa jnlgada, que a naõ póde impugnar, salvo pelo remedio da appellaçaõ interposta em tempo devido, para se lhe haver de deferir no Juizo superior sobre o intento, e direito, que pertende a excluir a sentença dada cõtra o anteceſſor. E quanto á posse, que o embargante allega, provase por parte dos appellantes, em como o appellado nunca fora possuidor das ditas propriedades, e que só dellas fora sempre possuidora sua tia, primeira administradora, e tutora do embargante a quem alimentava, tendoo em sua companhia de portas a dentro, e por fraudar a execuçaõ, que os embargados intentaraõ fazer por meyo da dita sentença, lhe fez a dita Mariana de Crasto sua tia doaçaõ das mesmas propriedades, largandolhe a posse dellas pela escritura fol. 133. feita em 27. de Agosto do anno de 1673. proximo passado, declarando nella, q̃ havia dous annos, que o embargante estava na posse dos ditos bens, cuja declaraçaõ manifestamente se convence de calumniosa, tanto pela prova dos appellantes como pelo que deduzio a dita Mariana de Castro em sua contrariedade, e treplica ao libello da causa principal, como se prova: aonde confessa ser verdadeira possuidora, e como tal lhe pertenciaõ os ditos bens, e propriedades, sendo esta confissaõ da melhor prova de Direito, e como tal se deve dar inteiro credito. por onde julgo os ditos embargos recebidos, por naõ provados. E mando que a execuçaõ da dita sentença corra seus termos. E condẽno ao embargante nas custas dos embargos. Barcellos 28. de Janeiro de 1675. Dioga Mendes Duro.*

408 A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Senatum Portuensem, ubi fuit confirmata: Judices. Ribeyro. Cazado.

Et hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Quamvis tertius, qui fuit auditus, & convictus, possit executionem sententiæ impedire, *L. sæpe, L. à Divo Pio § si super reb. ff. de re judicat. cap cum super eod tit. Ord lib. 3. tit. 86. §. 17. Val cons 55. num. 1 Pereir. decis. 65.* quam plures refert *Peg. forens. cap 5. num. 7.* Si tamen Reus condemnatus rem pecitam alienavit post litem motam in ipsum tertium, potest Actor victor sententiam exequi contra illum, *L. 1. §. necessario ff. si ventris nomin mul. Ord. lib. 3. tit. 86 § 16. & lib. 4. tit. 10 §. 9. L. 1. & 2. Cod de litigios, L. si mater §. fin. ff except. rei jud. Pereir. decis. 47. num. 15. Gaito de cred cap. 2. tit 3. num. 643. Noguerol. alleg. 29 num. 234. & seqq.* plures etiam refert *Peg. dict cap. 5 num. 145. Barb. in remiss. ad eand. Ordinat.* Quod maxime procedit, si ipse tertius notitiam habuit litigii, ut patet in eisdem *Ordinat. & Doctorib* Cum ergo Rea condemnata post litem motam feciset huic tertiæ impedienti donationem cum translatione dominii, reservato tantum usufructu in vita sua retum, super quibus litigium currebat, ut patet ex ipso dotis instrumento stipulato fol. 77. 27. Augusti 1674. actio vero est impedita adversus Ream condemnatam, fuisset posita in judicio 20 Martii 1673. non est dubium, quod talis donatio, seu dos vitium nullitatis, seu litigiosa contraxit, ex *Ord. dict. tit. 10. in princip.*

Nec impediens excusare se valet, ex eo 409
quia ignarus erat litigii; siquidem in eadem domo comorabatur cum R. convicta, & ut 412
talis præsumitur notitiam habuisse illius, maxime cum Rea in ipso dotis instrumento cõfiteatur bona, & res donatas esse litigiosas, & super illis jam ab Actoribus motam esse litem, ut inspicitur fol. 78.

Et quamvis *dict. Ord. lib. 4. tit. 10. §. 11.* 410
disponat, quod res litigiosa possit alienari, & donari causa dotis, hoc tamen non aufert, quod in illa reposit fieri executio per victorem exequentem, sed tantum operatur, quod sic donans non incurrat in pœnam *ab Ord.* comminatam *in §§. 3. 4. 5. & 6.* 413

Ex quibus sententiam Auditoris confirmandam censerem revocato Judice. Portu 3. Maii 1675. Ribeyro.

Impedimenta apposita fol. 13. ipsum ter- 411
tium impedientem convincunt, quia ex duplici causa contendit, se possidere, & ex nulla tueri potest; non quidem ex prima respiciente naturalem apprehensionem, quia amita ejus curatrix, hanc possessionem, quam simul cum marito defuncto habuit, adhuc retinet legisbeneficio, siquidem partitionem non dedit, *Ord. lib 4 tit. 95.* aliam vero titulatam ex institutione fol. 34. nimis properanter, & anticipatus opponit, quia à prædicta amita, vidua scilicet testatoris præceditur. Ac ex eo, & his, quæ latè à doctissimo, & colendissimo Domino considerantur, & ne receptis, vel inquam, approbatis impedimẽtis excipiens, qui nunc juvenis apparet, senio conficiatur, litibus, & expensis opressus, Auditorem etiam confirmo. Portu 20. Maii 1675. Cazado.

A qua sententia fuit gravamen interpositum

tum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Cardoso. Doctor Gouvea.

Et fundata fuit in deliberatione sequenti.

Joannes Jacobus fol. 124. vers. interposuit gravamen à Senatus inferioris placito fol. 123. vers. immerito tamen, cum judicatum illud Regiis dispositionibus fulciatur, *Ord. lib. 3. tit. 86. §. 16. & lib. 4. tit. 10. §. 9.* Quod autem secundum leges pronuntiatur, non injustè, sed legitime dicitur pronuntiatum, unde aggravanti non est providendum.

Nec obstat exceptionis allegatio fol. 141. & documenta fol. 138. etenim ex ipsius aggravantis patrocinio fol. 143. vers. constat evidenter appellatricem Mariannam non fuisse prosequutam, & appellationem; non autem dicitur pendere, quod non habet prosequutionem, unde exceptio præjudicialis apposita, fundamento legitimo destituta est. Ulyssipone 9. Decembris 1675. Cardoso.

Idem censeo. Doctor Gouvea.

412 Neque etiam sustinetur vinculum, si debita institutoris petantur, & debeantur, tunc enim bona venduntur ad illarum solutionem, & etiam ad onera realia contracta per institutorem solvenda, ut judicatum fuit in causis seqq. ubi declaratur, & explicatur.

413 No feito da Abbadessa, e Religiosas de Santa Anna da Villa de Viana, e em nome da Madre Angela de S. Jeronymo, contra Paulo de Barros, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c Vistos estes autos, libello de liquidaçaõ da A. Angela de S. Jeronymo, contrariedade do R. Paulo de Barros, sentença, e papeis juntos. Mostrase obrigarse Gaspar Jacome por huma escritura publica a pagar à A. sete mil reis de tença em cada hum anno, por razaõ de certos bens da A. que ficaraõ em seu poder, a cuja obrigaçaõ hypothecou indistintamẽte todos seus bẽs, isto em vida da A. sómente, a qual tença pagou em sua vida, e por seu falecimento por deixar os bens vinculados, succedeo seu filho Diogo de Barros, pay do R. que pagou algũs annos por maõ de seus tutores, e por cessarem em o pagamento, os demandou a A. e teve sentença, que dos ditos bens se lhe pagasse a tença inteiramente, e na execuçaõ desta sentença se separaraõ muitas propriedades de vinculo declaradas no primeiro artigo deste libello, das quaes se deu posse à A. para as arrendar por si pela dita tença. Mostrase, que depois o pay do R se tornou a meter de posse das ditas propriedades, com fundamento de serem de vinculo, e por naõ pagar a dita tença, o demandou a A. neste Juizo, e teve sentença junta, porque se mandou que largasse os ditos bens separados, e pagasse as tenças cahidas. Mostrase, que esta sentença foy dada em o anno de 1645. e por virtude della requere a A. a execuçaõ contra o R. como successor do dito seu pay, e possuidor dos bens obrigados à dita terça. Defendese o R. e prova, que naõ foy herdeiro do dito seu pay, e sómente successor dos bens vinculados, e que dos livres ha outros herdeiros, e que do tempo que possue os vinculados, se offereceo por termo nestes autos a pagar a dita tença, como imposta nelles. O que tudo visto, e o mais dos autos, e como o R. he possuidor dos bens obrigados à dita tença. posto que vinculados sejaõ, mandaõ, que delles continue com o pagamẽto, na fórma que está julgado, em quanto a A for viva, e que no que toca aos atrazados será logo executado por todos os annos, que tem possuido os ditos bens, em o que seu pay ficou devendo, ainda que seja controverso se o acredor pela divida de hum successor póde puxar pelo seguinte, ou pelos herdeiros do devedor, quando havia hypotheca nos bens vinculados, e se resolva commummente, que tem escolha, com tudo he a melhor opiniaõ, e mais recebida, que ha primeiro de excutir os herdeiros, e bens do devedor. principalmente havendo a A sido morosa em cobrar do pay do R. pois tendo a sentença em o anno de 1645. a naõ executou senaõ agora, e naõ se achando bens do pay do R para a dita divida, sempre elle estará obrigado pelos de morgado. e naõ ha que deferir á separaçaõ dos bens, que se articula, visto offerecerse o R. a segurar a dita tença, e a dita separaçaõ ser feita na maõ do pay do R. sem sentença, nem ser citado, nem ouvido com curador, tomandose para pagamento de sete mil reis tantos bens, como á A E dado, que a sentença fora valida, e se naõ fundara em a nulla separaçaõ, como naõ foy dada contra o R. e sendo contra a natureza de morgado, sempre segurando elle a tença, devia ser ouvido nesta fórma. Mandaõ se execute a sentença. E pague o R os autos. Porto 20. de Dezembro de 1670. Oliveyra. Correa. Homem.*

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata sententia sequens. 414

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Julgaõ os artigos de nova razaõ recebidos pro provados, vista a prova nelles dada, e como se mostra, que Gaspar Jacome se obrigasse á satisfaçaõ da divida pedida por seus bens, pela escritura fol. 76 e que este encargo fosse real, ainda que vinculasse os ditos bens, e com elle passasse a seus herdeiros, e successores, e como*

*tambem se prova, que de seu filho, e successor Diogo de Barros naõ ficassem bens, nem contra elle se podesse executar a sentença, por ser homem turbulento, e poderoso, com o cargo de Capitaõ de Cavallos, que occupou no tempo da guerra, como largamente se prova pelas AA. e naõ lhe ficar bens livres, em que pudesse correr a execuçaõ, e como o dito encargo real constituido pelo dito Gaspar Jacome, se continuasse em seus bens, e lhe naõ prejudicava o fazer delles morgado. Julgaõ, que estaõ os RR habilitados obrigados à satisfaçaõ da divida da tença, naõ só do tempo, em que entraraõ na posse do morgado, mas dos mais annos, em que as AA naõ foraõ pagas depois da obrigaçaõ da dita escritura, que com ellas fez o devedor Gaspar Jacome, e que naõ necessita de mais execuçaõ a sentença, que ouveraõ contra o devedor originario Diogo de Barros, nem seus herdeiros, por constar falecer sem bens livres, e neste caso estarem os do morgado obrigados à dita satisfaçaõ, por ser encargo antecedente ao vinculo, e posto pelo mesmo instituidor comque nesta parte declaraõ serem as AA. aggravadas pelos Dezembargadores da Relaçaõ do Porto, e nesta parte revogaõ sua sentença, e no mais se cumpra por seus fundamentos, visto os autos, e nas custas delles condemno mais aos RR habilitados. Lisboa 28 de Julho de 1674. Ribeyro. Doctor Cerveira. Quifel.*

415 Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Ex actis bene deprehenduntur cunctationes, tam circa debitum expostulatum, quam circa eorum expeditionem, & ipsius debiti adjudicationem, non immoror amplius in hac notatione, quia rem non novam, neque inusitatam aggredimur, minusque insolitam, ut experimur post reversionem nostram ad Senatum, à quo jussu nostri Principis serenissimi, & augustissimi aliquantulum discedimus, ad disquirenda, & decernenda non pauca, nec minima Reipublicæ negotia sibi utilia, & necessaria, in quibus peragendis socordia, & ineritia experta non fuit, licet tanquam signum ad sagitam extitislem.

416 Sed ad seria deveniamus, porro compressis actis de sententia Senatus inferioris prolata à fol. 55. ad finem, à qua interpositum venit præsens gravamen, differendum cogimur, nostrumque interponere judicium, & proculdubio pro toto judicato assentirem; cum certum sit in jure, quod onus reale sequitur fundus, & quocumque is vadat, cum sua causa transit, *text. in L. si convenerit 18. § si fundus ff de pignorat. action. & in L. alienatio 67. ff. de contrahend. emption. & in L. in facto 60. § ult. ff de condit. & demonstr. & in L si debitor 12 Cod de distract pign & in L. unica Cod. rem alienam gerentibus* Estque indubitabile, ut quoties jus aliquod ita fundis adhæret, ut hi quocumque vadant, sequatur, & non tam possessorum, quam ipsorum fundorum ratio in ejus juris exactione habeatur, & ita cum hujusmodi obligatio, & onus infixum sit ipsis fundis, non tam à possessoribus, quam ab iisdem fundis exigi dicuntur, & notat *Acurs per text.* ibi. *verbo profiteri, in L. 4. §. is vero ff. de censib.* Sicque propter rem possessores conveniuntur, *text. in L. 3. Cod sine censu*, vel reliquis notat *Jacobus Cujacius lib. 3 responsorum Papiniani in L. prædiis 36. ff. de jur fisci. Anton Faber conjectur. lib. 20 cap. 9 Donellus de jure civili lib 15. cap 44. Afflict dec. 95. Pinellus in L. 1. Cod de bon. matern. 2. p numer 72. Ord. lib 2 tit. 52. §. 4.* ibi: *Os possuidores dos bens, &c. Conjuncto § 5.* ibi: *Por quanto a fazenda, &c. Eadem Ord. lib 3. tit 93. § 3 & lib. 4. tit. 3. in princip. Ægyd. in L. ex hoc jur. 5. ff de just. & jur. 2. p. cap 13. claus 13. à n. 1. Pereyr de Castr decis 63 à num 1. & decis. 66. à 2 part.* in iisdem locis *num. 148. Phæb. 1. p decis. 58 num. 12. Anton. à Gam. decis. 99. Giurb. decis. 55. n. 7. Almeyda Regius Senator allegat. 20 & ult. n. 21.*

Plane, & in possessore maioratus præstante, & subeunte onera realia, quæ tempore prædecessoris erant decursa, videlicet, stipédiũ expostulatum annuatim debitũ moniali actrici, dum ei vita non effluerit, solvere tenetur possessor ipse bonorum obstrictorum, *Molin. de primogen. lib. 2 cap. 15. ex num. 57. Cevalb. com contr. tom q. 36 ex numer 18 & tom. 4. quæst 897 ex num 505. Castill. de usufruct. cap 56. à num 14. & de tertiis cap 2. à num. 17 & contr. tom 6 cap. 161. ex num 31. Phæb 1. p. decis. 1 numer. 4. Doctor Carvalho ad cap. Raynaldus 18. de testam 2 p à numer. 263. P. Molin. disput. 640. numer. 12.* Nam cum hujusmodi annuarium stipendium constitutum fuit super bonis similibus, *argumento text in L. 1 & in L 2. Cod. de jur emphyt.* inducit obligationem pignoris, vel hypothecæ, & sic obligationem realem *argumẽt text. in L. Codicillis penult. § instituto filio ff. de legat. 2.* ubi docuit *Bart. text in L fundum quem 9. & in L. Caius 12 ff de annuis legatis, Jason in dict. L 2. Cod. de jur. emphyt n. 45. Romanus singulari 631.* 417

Unde cum in hac inspectione actrix his omnibus juris resolutionibus induatur, quod satis comprobatur ex certificatione à fol 75. ad finem, & ex testium depositionibus à fol. 141. super novæ rationis articulis, & ex aliis 418

creti-

certificationibus exhibitis fol. 192. & Reorum teſtibus conjuncto teſtamento fol. 19. reliquis occurrit doctus patronus aggravantium in ſuis perorationibus à fol. 68. ex dictis ſententiam præfatam approbarem, dum damnat poſſeſſores bonorum ad penſitanda ſtipendia annuaria decurſa, cum ipſa bona extitiſſent penes Gaſparem debitorẽ, nam ejus filius nulla bona reliquit, ut ex præfatis certificationibus apparet, ſic novæ rationis probatos articulos judicarem, damnatis Reis ad ſolutionem debitorum ſtipendiorum reformatos, & confirmata ſententia modo, & forma elucidata. Ulyſſipone 27. Aprilis 1674. Doctor Cerveira.

Conveniunt. Quifel. Ribeyro.

419 Executio an poſſit fieri in Capella maiori, & jure ſepulturæ, & patronatus conſtituto ad maioratum authoritate Papæ, judicatum fuit in cauſa, de qua *Nos* diximus *Forenſ. reſol. cap. 5. num. 251. in nova impreſſione uſque ad num. 265.* Ubi contrarium judicatum reſolvimus, & fundatus in his DD. exceptiones oppoſuit contra ſententiam, & etiam in rationibus, de quibus *d. num. 265.* & his non obſtantibus rejectæ fuerunt exceptiones, & fundata fuit ſententia in deliberatione ſequenti.

420 Quæ ſcripſi fol. 672. ſatis ſunt, ut me à maiori labore ſubducere poſſent, ſed quia Doctiſſimus Advocatus in contraria ſententia adhuc perſiſtit, & ego vocatus lentus non ſim in arenam deſcendere; præſertim, quia de intellectu legis patriæ ſeſe offert diſceptandi occaſio, cum tanto viro, cui ipſæmet leges multum lucis, & decoris condonant, enſem arripio, nec clypeo opus eſt, & victoriam non multo diſcrimine multa tamen mei muneris gloria adipiſcat, cum veroſimile ſit, eum vincere, qui juſtiori cauſa decertat.

421 Perſiſtit, & inſiſtit egregius Advocatus, non jure, quia doctus; ſed ea, qua ſolent tenacitate, qui obduræ cervicis vitium quidquid proferunt, licet inſanum doctiſſimis videatur, injuriæ tegendæ gratia ſuperbiſſime defendunt, quin eos ad veram ſapientiam reducat illa vulgariſſima ſententia, abyſſum ab abyſſo oriri, & peiorem errore primo noviſſimum errorem longe haberi. Verum quia hæc illius perſiſtentia, & inſiſtentia noſtræ opinioni ſubdole detrahit, & ſe ſapientiorem Senatu, à quo diſcere fas erat, in ſcientiis profitetur, nos, qui juſtitiam præ oculis habere ſtudemus, & ſummo cultu, contempta maiorum hominum potentia, quibus multorum ignavia flectitur, & parva literarum ſupellex famulatur, impenſe veneramur, quod cenſuimus, nunc recte, & modeſte exornabimus.

Capellæ patronus, de quo eſt ſermo, vendibilis profecto eſt, & additionis capax. Siquidem in illa venditione, ſeu addictione, non venditur, neque addicitur proprietas loci, ſed poſſeſſio ſola, & uſus, quod æſtimabile eſt, vendibile, & ſubhaſtabile, ſine vitio ſimoniæ, ut terminanter tenet *Abb. in cap. 1. de ſepult. num. 1. & in cap. abolendæ n. 5. eod. tit. Anchar. conſ. 113. num. 3. Navar. lib. 3. conſilior tit. de ſepult. conſ. 1. per totum, Laſart. de gabellis cap. 14. num. 5.* ubi multos allegat, *Tuſch. practic. conclnſ. tom. 7. littera S. concl. 192. num. 4.* Et patet, proprietatem capellæ non fuiſſe venditam, quia claves etiam januarum, quas vulgariter (Tribunas) appellamus, non emptor, ſed venditores, in perpetuum retinebunt, ut liquet fol. 130. in fin. & fol. 137. verſ. & ex iiſdem locis apparet caſum dumtaxat hujus Capellæ fuiſſe conceſſum, & acceptatum, ſiquidem patronis ingreſſuris ad eaſdem januas, ſolum ad ingrediendum claves tradendæ ſunt, quas venditores patronis exeuntibus iterum accipiunt; claves autem Capellæ ſemper penes vendentes ſunt, unde dominium in emptorem non tranſiit, ut tranſiret, ſi clavium traditio contractum ſequeretur, *L. cum pater 77. §. pater pluribus, & ibi gloſſ. verbo (Cuſtodiæ) ff. de legat. 2. L. clavibus 74. ff. de contr. empt. text. in §. Item ſiquis inſtit. de rer. diviſ. gloſſ. fin. in L. 2.* Proinde, liquet ſolum uſum, & poſſeſſionem Capellæ conceſſum fuiſſe, ut fol 138. in fin. & verſ. 143. verſ. in fine, & fit planum conventionem hanc, non eſſe ſimoniacam, & per conſequens res in ea contentas æſtimari poſſe, vendi, & ſubhaſtari. 422

Et magis demonſtratur, quia quidquid datum legitur pro eadem Capella, non fuit datum in pretium, ſed in eleemoſynam fol. 132. & verſ. ad conſtitutionem, nempe ipſius Capellæ conceſſum fuiſſe ad Miſſas, ad officia, & ad fabricam, ut fol. 130. verſ. in princ. 132. 138. 139. & verſ. 140. 143. 145. verſ. pro quibus licitum eſt recipere aliquid temporale, ut poſt alios docet *Frater Emmanuel Rodrigues quæſt. regular. tom. 3. q 58. art. 2. ſeſſ. variar. lib. 1. cap 20. num. 5.* ubi *Faria* citat quamplures. Cum verò primi patroni mens non intenderet principaliter acquirere proprietatem, quæ jure Trinitariis remanſit, ſed uſum pro quo promiſſa in rem piam, & in eleemoſynam acceperunt, omnẽ ex parte ſimoniam conticuit, ut ſcilicet, quãdo Canonici choro interſunt ad percipiendũ ſuſtentationis ſtipendium, & non animo emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, ut tenet *Covas*, & late exornat *Faria* nuper relatus

latus in eodem loco. Hinc necessario deducitur, in illum contractum venisse rem æstimabilem, & vendibilem, usum, scilicet, illius Capellæ, siquidem Trinitarii fuerunt contrahentes, consensit illorum Prælatus Generalis, & confirmavit Pontifex Summus, qui omnes illi conventioni repugnarent, si foret alicujus rei spiritualis vetitæ, unde suspicari posset vitium simoniæ: quare quod Pontificem, & tot Religiosos decuit, laicos decere utique oportet, ut cum *Salgad.* concludimus supra fol. 662. vers. laici enim nil amplius exoptant, quam quod Trinitarii concesserunt; consensit illorum Generalis, & confirmavit Pontifex, hoc enim æstimabile, & vendibile profecto erit, & non spirituale æstimationis, & venditionis incapax, quod si ita sit, nullus ab origine fuit contractus, nullus assensus Prælati, & nulla ipsius Pontificis confirmatio, & nullus ipsemet titulus patronatus, unde nec Illustrissima Domina excepta illum consequi potest, nec Trinitarii pecuniam illius pretium retinent, & patebit aditus Illustrissimæ Dominæ exceptæ ad comparandam sibi ex iisdem pecuniis solutionem ex contractu penitus dissoluto, juxta illius tenorem fol. 141. atque Illustrissima Domina excipiens contendit patronatum à principio recte fuisse concessum: ergo fateri necesse est illum nullam rem spiritualem involvere, sed æstimabilem, atque vendibilem.

423 Et confirmatur, quia idem Patronatus non fuit simpliciter concessus, sed specialiter ad sepulturam, ut fol. 136. vers. & quamquam sepultura vendi non possit, sine vitio simoniæ, bene vendi potest honor sepeliendi in loco digniori, & præstantiori, cum hoc non concernat spiritualia, nec necessarium sit ad sepulturam illud decus sublimioris, & dignioris loci, immo separatum omnino sit ab illo actu, & ritu sepeliendi, quoniam unusquisque sepeliri potest, & ut plurimum solet in loco communi, citra illam dignioris loci excellentiam, & maioris honoris, & dignitatis prærogativam: quamobrem licet usus, & possessio Capellæ, atque sepulturæ forent omnino prohibiti, tamquam quid spirituale, vel spiritualitati annexum, & non possent constare patronatus ex re inæstimabili, & posita extra omne generis humani commercium, nihilominus honor ille, illud decus, & illa prærogativa habendi sepulchrum in loco nobiliori, atque eminentiori, est quid æstimabile, atque vendibile, quia est quid temporale disjunctum ab spiritualitate, & ab spirituali ligamine, & connexione; tunc enim non emitur sepulchrum, sed honor, & præeminentia dignioris loci, qui potest vendi sine ullo vitio simoniæ, ut tenent omnes, & docet terminanter *Soto de just. & de jur. lib. 9. q. 7. art. 1. Genuens. in Practic. Archiepiscop. Neapolit. cap. 32. num. 18. & 19. Olivar. Beltramin. in Addition. ad Ludovic. dec. 145. numer. 10. Salazar. de usu, & consuet. cap. 10 num. 21. & 24. Humad. in L. 55. tit. 6. p. 1. num. 1. Spin. de test. gloss. 2. princip. tit. de elect. sepult. sub numer. 44.* non procul *à principio, versiculo si tamen aliquis, &c. Gratian. forens. cap. 110. ex num. 10. & cap. 210. ex num. 12.* ubi se allegat *in dicto cap. 110. & in dec. 56.* & reprehendit *Molin.* contrarium tenentem *lib. 1. de primogen. cap. 4. num. 40.* & hunc honorem, hanc prærogativam, & hoc sublimioris loci fastigium aperte constat fuisse in causa hujus contractus, ut fol. 129. in fin. ibi: *Jus patronatus honorificum Capellæ*: fol. 130. ibi: *Pro eorum*: ibi: *Juris patronatus honorifice* Atque ea de causa nil mirum, quod jus patronatus, in cujus disquisitione versamur, recte concessum fuit.

Augetur, siquidem non hæc sola honoris 424
species interfuisset, sed aliæ longe excelsiores, videlicet, quod nulli amplius concessurum esset sepulchrum intra ambitum prædictæ Capellæ, ut cernitur fol. 130 vers. in fin. 136. vers. in fin. 145. vers. in princip. & planum est, posse à Trinitariis recipi hoc gravamen, & hanc obligationem esse æstimabilem, atque vendibilem, sine metu simoniæ, quoniam non invenitur in jure prohibita, ut in specie docet *Suar. Granat. de virtute, & de stat. religion. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 14. num. 22* Et ad hanc honoris speciem pertinet altera longe superior sedendi, nempe in cathedra magna, & prohibendi reliquos, exceptis iis, qui leguntur fol. 130. in princip. fol. 137. 145. vers. in princip. & convenit aliud honoris genus sculpendi arma, & insignia, tum in Capella, tum in ostio Templi, & alia dignitatis argumenta, quæ omnia temporalia sunt, & vendibilia, & ideo apta ad removendum omne vitium simoniæ, ex *Suar.* ubi proxime.

Denique quando hæc sententia, nec jure, 425
nec authoritate Doctorum fundari posset, adhuc tenenda esset ex consuetudine uniformi, atque universali totius orbis, ut in individuo contendit *Paul. de Castr. in cons. 363. lib. 1. per totum, Lara de anniversar. lib. 1. cap. 25. n. 17. Frater Emmanuel Rodrigues tom. 3. p. regul. q. 58. art. 2. vers. & cum sæpe sæpius contingat, Gratian. dec. Marchiæ 26. n. 13. & 14. lib. 1. & forens. cap. 110 num. 10. & cap. 210. num. 28. Riccius dec mental. p. 3. cap. 16. numer. 33. & in practic. for. eccles. 1. part.*

1. *part. deciſ. 665. per totam.*

Veruntamen eadem ſententia, non ſolum fundatur jure, & illuſtratur authoritate Doctorum, & comprobatur conſuetudine omnium gentium, ſed denique tuta, & firma manet, refulgetque authoritate Senatus Curiæ Romanæ, ut teſtatur *Gratian dict. cap.* 110 *num.* 13. *& noſtri apud Phæbum* 1. *p. dec.* 8. *num.* 7. *in fin.* qui *num.* 10. teſtatur, hanc eſſe conſuetudinem hujus Regni, & Caſtellæ apud *Salgad. in Labyrinth. part.* 3. *cap.* 5 *n.* 5. ubi citat *Noguerol.* atteſtantem ſic fuiſſe ſæpe judicatum in ſupremo Conſilio Regio, quod & ipſe etiam aſſeverat: unde aere conflata, & inani ſuperbia plena damnanda non ſolum, ſed potius ridenda eſt, hæc noſtri celeberrimi Advocati decantata perſiſtentia, & inſiſtentia.

Nunc ad ea, quæ adhuc objicere, & addere non dubitavit fol. 680. animadvertere paulisper aperte ait ille Capellam hanc, uſum ſepulchri, jus patronatus, & omnia, quæ illi pertinent, & illius acquiſitioni facta eſſe à Pontifice Maximo, unde & Capella, & uſus ſepulturæ, & jus patronatus naturam ſacram, & eccleſiaſticam induerunt, & non licet judicibus ſæcularibus de illis rebus cognoſcere, & ſententiam in eis exequi vetant, eleganter in *Ord. lib* 3 *tit* 93 *in fin. principii.* Quod etiam procedere dicit ſecundum jus commune, quando Capella, & ſepultura erecta eſt authoritate Papæ, aut Prælati, quod limitatur, quando erectio eſt ſimplex, & fit ſine eorum interventu, & concludit ſententiam eſſe omnino nullam, & ita declarandam remiſſa hac eadem contentione judicio Eccleſiaſtico, & in margine hujus exceptionis fol 682. citat *text. in cap poſtquam* 13. *q.* 2. *Vivian de jur patronat. cap.* 2 *num.* 43. *Faria ad Covar lib* 1. *cap.* 13. *num.* 11. & illos, quos ille refert in *Comment. ad Ord. tom.* 4. *ad tit.* 50 *pagin.* 200. *n.* 63.

426 Videamus nunc, an Gregorius Advocatus partis Curiæ interpres veram Ordinationis diſpoſitionem recte perceperit: & non percipiſſe, nec Bullæ Pontificiæ tenorem, pluſquam notum eſt, nam ſubjecta eſſe executioni ob debita inſtitutoris contracta ante conditam Capellam, vel maioratum, ut jus communis eſt, & ceuſuit aliquando *Senatus apud Phæb.* 1. *p. dec.* 84. Hanc generalem diſpotionem reſtrinxit ad inſtitutores laicos, & vetuit comprehendere Papam inſtitutorem, vel Prælatos Eccleſiaſticos inſtituere, ſunt ibi: *Inſtituidas, ou fundadas* Quod ex ratione deciſiva perſpicuum redditur, ſiquidem loquendo de illis bonis dicit: *Por quanto ſaõ da juriſdiçaõ Eccleſiaſtica.* Atque in præſenti non eſt ulla Capella inſtituta, nec hujus Capellæ alicuius inſtitutor. Ergo egregius patronus, non recte percepit verum ſenſum prædictæ Ordinationis.

Minor propoſitio probatur ex contractu Domini Eduardi cum Monachis Trinitariis fol. 136. ubi ſolum tractatum, & actum fuit de conceſſione Capellæ maioris illius Eccleſiæ ad ſepulturam, & uſum ſepeliendi dictis prærogativis honorificis, ſub certa pecuniarum ſumma, quod magis liquet ex mandato fol. 142. verſ. in fin & 143. ubi id duntaxat contrahendum conſiſtit ſuo procuratori, & planius fit ex articulis ad juſtificanda præmiſſa pagina, quæ ſine numero eſt poſt num. 134 & ex Bulla Pontificia fol. 128. & ex narratis ibi à Domino Eduardo, quod apertius comprobatur ex conſenſu Prælati Generalis, fol. 144. & rem omnino conficit ſententia Judicis executoris fol. 147. verſ., ubi ſolum confirmatur idem contractus ab inſtitutore, vel fundatore illius. Quare negari non poteſt, veram intelligentiam prædictæ Ordinationis omnino latuiſſe eximium Advocatum.

Quod ſi in dicto contractu aliqua Capella 427
cenſeretur inſtituta, inſtitutor diceretur Dominus Eduardus, ſiquidem omnia bona ab ejus patrimonio exierunt, & nunquam poterant appellari inſtitutores Prælati Trinitarii, neque illorum Generalis, neque Summus Pontifex, quia ex eorum rebus nulla bona illo in contractu reperiuntur, quæ propter naturam Eccleſiaſticam libera eſſent à juriſdictione ſæculari; Capella enim maior illius templi penes Monachos remanſit. Quoad proprietatem, & quoad uſum Eccleſiaſticum, nec in bonis eſt Eduardi, nec illuſtriſſima excepta eam in executionem expoſtulat, ſed illud quod temporale eſt, & ideo æſtimabile, atque vendibile, uſum ſepeliendi, ſedendi, & prohibendi reliquis, aliaque jam memorata, quæ in honore, & præeminentia conſiſtunt, quæ quidem emi, & vendi poſſunt, & ſolent ſine vitio, vel metu ſimoniæ, ut ſatis explicatum eſt unde hoc etiam ex fundamento concludere neceſſe eſt, optimum advocatum non agnoviſſe, quid cenſuerit prædicta Ordinatio.

Nec alter ſenſus deduci poteſt ex verbo 428
illo, ibi: *Por authoridade.* Ita ut idem ſit conſenſus, quem ſummus Paſtor præſtitit confirmando, atque authoritas, quam Ordinatio requirit, in inſtituendo, & fundando, ut ibi: *Inſtituidas, ou fundadas.* Illud enim verbum, *Authoritas*, non conſentientem, ſed authorem inſtitutionis, & fundationis importat, unde lex, illam ſolam Capellã exemit

ab executione sæculari pro debitis institutoris, quam suis bonis instituerit, & fundaverit Pontifex, vel Prælatus, & hic est verus sensus prædictæ Legis ejusdē Ordinationis, quia supposuit institutorem, & non confirmantē institutionē debita institutoris, & non confirmantis bona ipsius institutoris decētis, & non bona confirmantis non debitoris, ut ex litera ipsius Legis apparet in principio, ibi: *Se a sentença foy dada contra o instituidor, ou a condemnaçaõ foy por causa de alguma divida, ou obrigaçaõ da pessoa do instituidor*, & ibi: *Poder sehaõ vender, e arrematar tantos bens de morgado, ou Capella, &c* Et propterea dici non potest, sufficere authoritatem Pontificis, aut Prælati, licet alter laicus sit conditor Capellæ ad liberanda bona ipsius Capellæ à jurisdictione, & executione laica, dato debito institutoris, cum dubia legis dispositio ietelligenda sit ex Rubrica, & ex ea hic sensus capi non possit, quia tali exemptionis intellectui non convenit, *Surd. cons.* 165. *n.* 12

429 Ego vero, qui ex hac *Ord. in dict fin principii*, rem valde dubiam existimo, utpote collocatam sub titulo minus apto, ut sub dispositione minus congrua ex alia lege patria lucem adferam præsenti difficultati, nempe ex *Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 39. ubi fundata Capella à laico, authoritate, & consensu Prælati, si lis suboriatur inter laicos super bonis, vel debitis ipsius Capellæ agitanda, & finienda est apud Judices sæculares, & non Ecclesiasticos; ergo idem dicendum est in casu *dict. Ord. lib* 3 *tit.* 93. *in fine principii*, si lis tractetur inter laicos super bonis, vel debitis ipsius Capellæ: & cum illustrissimæ Comitissæ sæculares sint, & recte apud Judices laicos contenderent, quia Ecclesiastici non poterant de ea recognoscere, ipsimet Judices sæculares suam sententiam merito executioni mandabunt: quamobrem, ut ab hac repugnantia istarum legum evadere possimus, non absre erit concludere, quod dicta *Ord. in dict. fin. principii* procedat, quando Prælatus Capellam instituit ex suis facultatibus, illa vero in dicto §. 39. procedat, quando laicus instituit authoritate & cōsēsu Prælati.

430 Augetur, quia hic patronatus videtur mistus, & compositus ex pretio temporali, & ex relato modo spiritualitati annexus, nempe ex usu honorifico sepulturæ, siquidem pretium, seu dotatio facta fuit ex bonis laicis, & sic de bonis temporalibus, quia qualitas laica litem bonorum non mutatur, licet eadem bona postea transferantur in Ecclesiam, vel ad Clericum, ut communiter notant *DD. in cap. cum dilectus de jure patronatus*, quando vero patronatus est mistus, nec Legatus à latere potest præiudicium inferre patrono sæculari, & adeo quod si adest, cum patronus Ecclesiasticus, gaudet beneficio laici, ut respondit *Paris. lib.* 4 *cons.* 35. *per totum*, & præcipue *num.* 16. & 17. atque ea de causa, non poterit illustrissima excepta, quæ ingressura est in locum, & jus primi patroni, tantum præjudicium ferre, ut cogatur adire Judices Ecclesiasticos ad executionem sententiæ impleturæ in bonis temporalibus, quorum qualitas adhuc viget, quia mutabilis non est.

His nihilominus ita discussis in re non vulgari, siquidem nullus, ex nostris, difficultatem prædictarum legum hucusque tetigit, vel libavit, noster animus adhuc non acquiescit, & alia, atque alia ulterius meditatur, ad assequendam veram huius dubii sententiam, & ego sine ulla dispositione *d. Ord lib* 3. *tit.* 93. *in fine principii* intelligendam esse de illis Capellis, quarum meminit *Ord. lib.* 1 *tit.* 62. § 39. quæ solum operibus piis, & charitatis eriguntur, & ideo inter hospitalia, & albergarias collocantur, in eadem lege, & oratione, & confratribus collegialiter administrantur, in his enim hujus naturæ Capellis, constructis authoritate, vel consensu Prælati, licet à laico erectæ sint, locus erit prædictæ dispositioni *Ord. lib.* 3. *tit.* 93. *in fin.* quoniam à contrario sensu idem disponit *d. Ord. lib.* 1. *tit.* 61. §. 39. *vers. E nos que senaõ mostrar serem fundados por authoridade dos Prelados.* Sed numquam erit intelligenda de Capellis, quæ maioratibus in toto, vel in parte cohærent, quas cum iisdem maioratibus conjunctas legimus, in ipsa Rubrica *d. Ord. lib.* 3. *tit.* 93 ibi: *Como se haõ de arrematar os bens, e rendas dos morgados, Capellas, e bens foreiros.* Hæ enim numquam eriguntur authoritate, vel consensu Prælati, quia etiam si aliquibus suffragiis sibi prospiciant conditores, plus consulunt suæ memoriæ, & posteritati, quod satis liquet, ex distinctione, quam inter maioratum, & Capellam constituit *Ord. lib.* 1 *tit.* 62. § 53.

Verumtamen adhuc non dissolvitur, nec aboletur ingens illa repugnantia, quam dari adnotavimus inter unam, & aliam dispositionem, siquidem *in dicto fine principii* dicitur Judices laicos, esse incompetentes ad subhastanda bona Capellæ erecta authoritate Prælati, & in dicto §. 39. disponitur, Judices Ecclesiasticos non posse cognoscere de causis agitatis inter laicos super bonis, & de debitis Capellæ erectæ à laico authoritate, vel consensu Prælati

Hæc tamen repugnantia sileri poterit, si atten-

attente animadvertatur, legem illam, in dicto § 39. supponere tertios laicos litigantes, super bonis, & debitis Capellæ, non autem ipsius Capellæ confratres cum viro laico, ut ibi: *E constranger os Mordomos, e Confrades a servir as demandas, que se moverem entre leigos.* Unde nihilominus, quod Confratres, ut apponentes, vel assistentes, debeant lites prosequi ante Judices fori laicorum collitigantium, ut colligitur ex *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 31. & 32.* sive à R. in authores vocentur, *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 11. & lib. 3. tit. 45. §. 11.* ut etiam in reconventione obtinuit, *Prax. Lusit. 2. p. lib. 2. cap. 4. num. 10.* quorum limitandum dicit *part. 1. lib. 3. cap. 5. in fine.* Dispositio autem *Legis in dicto fine principii* præsupponit sententiam latam à Judice competente adversus fundatorem Capellæ, sub illa distinctione, authoritatis Prælati, aut sine illa; & in primo casu agnovit jurisdictionem ad eam exequendam, competere Ecclesiasticis, & non sæcularibus Judicibus, secus vero in secundo.

433 Unde in utroquo cohærent dispositioni *Ord. in dict. §. 39.* Et ratio est, quia Capellæ, Hospitalia, & Albergariæ illius conditionis, quæ publicis charitatis operibus eriguntur authoritate Prælati, & confratribus laicis administrantur, loca sunt pia proprie sacra, & Religiosa, & naturæ, jurisdictionisque Ecclesiasticæ, & ideo in venditione, & alienatione bonorum ipsarum Capellarum, & Hospitalium, quæ paris sunt qualitatis, servantur jura, & solemnitates requisitæ, in alienatione rerum Ecclesiasticarū, & viri deputati à Prælato servitio actuali Hospitalium, & Capellarum, exempti etiam sunt à jurisdictione laica, ut docte, & late probat *Valasc. consult. 105. per tot.* & præcipue *num. 32. 33. & 34.* & fit planum dispositionem *d. Ord. lib. 3. in fine principii* solum procedere in his Capellis, quæ ad usum pium, & charitativum à laicis eriguntur accedente Prælati authoritate, & non in illis, quas ipsius legis Rubrica videtur complecti; & hic est proprius, & verissimus intellectus ejusdem Ordinationis relicta argumentatione, quam affirmavimus ex vi, & natura ipsius Rubricæ pro maiori explanatione difficultatis ejusdē legis.

434 Cum vero lis non sit super aliqua Capella hujus, vel naturæ, ineptè, & inappositè allegatur prædictæ Ordinationis dispositio, nam quando de uno disquiritur, cætera præsupponuntur habilia, *text. in §. in extraneis insit. de hæred. qualit. & different. Surd. cons. 271. num. 32.* Nam licet in proœmio instrumenti fol. 136. dicatur illud esse donationis Capellæ, satis explicatur in tota illa scriptura, tractatum, & concluſum fuisse de opere, & constructione Capellæ maioris illius templi, & non de Capella dotata bonis ad opera pietatis, & charitatis pauperibus elargienda, & aliis miserabilibus personis, & à confratribus gubernanda consensu, & authoritate Prælati.

Nam quamvis Prælatus Monasterii, & illius Generalis, necnon Pontifex Maximus, suum unusquisque consensum, & authoritatem præstitissent, non fuit ad erectionem piæ, & charitativæ Capellæ, sed ad confirmandum contractum, & transactionem conventam inter Dominum Eduardum, & Monachos Trinitarios, super jure patronatus honorifico, ubi qualitas bonorum mutatur, & effecit quod idem patronatus sit mistus, sicut retro probavimus cum Parisio non sit in bonis Capellæ erectæ authoritate Prælati ad exercenda opera pietatis, siquidem ex pia mente, & destinatione charitativa fundatoris recte mutatur illorum qualitas, & fit Ecclesiasticæ jurisdictionis, ut plene concludit *Valasc. dict. consult. 105.* subscribit *Cabed. 1. part. decis. 51. per tot* & præsertim *ex n 8.* 435

Et nullius ponderis est allegatio docti Advocati, quæ scripta proditur in margine hujus exceptionis fol 682. non *text. in cap postquam 13 q. 2.* siquidem ibi: *Abraham emit sepulturam ab Ephren. pecunia numerata, & illa emptio duplici vitio se implicuit, primum est quod emptit sepulturam simpliciter, quod vitium legitur propter qualitatem loci, qui jure Religiosus est, & extra omne hominum cōmercium,* ut recte probat *Spin. de testament. gloss. 2. in princip tit. de elect. sepult. num 35.* Secundum, quia emit per vim ab initio, ut apparet in textu, ibi: *Victus est,* & ibi: *Cogente Abraham* & ibi: *Sed à nolentibus quoque extorquent*: quæ quidem vis, & ex tertio scelus est, & ideo simoniaca, & damnanda, ut late probat *Gratian forens. dict. cap. 210 ex num 20 cum seqq* & hujus Abrahæ emptionis immemor fuit, *Spin ubi proxime num. 43. in fin.* casus vero, & decisio *text. in dict. cap. postquam*, quia Dominus Eduardus non emit per vim, neque extorsit ab invitis, immo vendentes ingentem gloriam, honoremque, & utilitatem confessi sunt accepisse ex illo contractu; ut fol. 144. vers. Neque emit simplicem, & materialem sepulturam, sed facultatem sepeliendi in loco superiori, digniori, & eminentiori, & jus prohibendi, ne alter eo invito ibi sepeliretur, & præeminentiam sedendi in cathedra magna, dum officia divina peragerentur, cæteraque honoris, &

prærogativæ munera, quæ in instrumento conventionis concluduntur, quæ omnia, nec Religiosa sunt, nec spiritualia, nec alicui spiritualitati annexa, ob quod vendibilia sunt, & æstimanda, sicut alia bona temporalia, quorum commercium in cujuscunque bonis dari potest, ut satis probatum retro reliquimus, & addo infinitos pene Doctores, quos longa acie refert, & sequitur *Salgad. in labyrint. p. 3. cap. 5. num.* 48. quamobrem extra rem argumentatus est eruditus Advocatus ex decisione *text. in dict. cap. postquam*, quem expendit, & adnotavit in specie *Spinus*, ubi nuper, & tamen nostræ sententiæ acquievit *n.* 44. *vers. Si tamen aliquis.*

436 *Viviamus* autem, qui etiam allegatur pro contraria, *cap. 2. num.* 43. *de jur. patron.* in eodem loco tenet contrarium, ut recte eum citat colendissimus Collega noster fol. 683. vers. & eodem vitio laborat allegatio *Fariæ ad Covar. lib. 1. cap. 13. numer.* 11. quandoquidem ibi, prius loquutus est de venditione patronatus, cui adhæret facultas præsentandi ad beneficia, & hujus patronatus emptionem ut simoniacam interdicit, quibus in terminis non discutitur nostra quæstio, & eam ingrediens *dict. num.* 11. adversus doctissimũ Advocatum eum allegantem, illam decidit his verbis. Sed præmissa conclusio restringitur ad jus patronatus cum facultate præsentandi ad beneficia, nam patronatus Capellæ, jus sepulchri, absque simonia, vendere potest, *Sanch. dubit* 79. *n.* 4.

437 Doctores autem, quos doctus Advocatus refert ad *Ord. tom. 4. lib. 1. tit. 50 fol. 200. num.* 63. super quæstione, quam ibi mover, an scilicet Capella vendi possit ad instantiam creditorum? Parum morati sunt, & celeri volatu, nec huic, nec illi sententiæ nocuerunt, siquidem hac in contentione nil quæritur de jure Capellæ, sed de jure patronatus honorifico, ut non semel superius admonuimus: veruntamen *Bart. in L. Ausidius* 13. *ff. de privil. cred.* quam idem optimus Advocatus, dicit incipere. Assiduis, fatetur, quod jus patronatus habet aliquid temporale, & ideo transire cum universitate bonorum, & nostram quæstionem non tractavit, neque discussit *Valenz. cons.* 18 *numer.* 121. extra rem longe vagari comprehenditur, cum quæstio, quam in toto illo consilio disputat, requirat, An Ecclesia Cathedralis, quæ Capellam Titio concesserat, possit eam ab ejus successoribus avocare pro amplianda sachristia, aut collocandis Sanctorum reliquiis? *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 5. §. 4. numer.* 27. dicit, jus patronatus Ecclesiæ non posse capi, ad executionem sententiæ, & idem profitetur *Rovit. cons.* 75. *num.* 7. *vol.* 2. quos omnes citat *idem Valenz. dict. num.* 121. & id ipsum nos quoque profitemur, verum non dicunt illi, quod honor ille habendi sepulturam in loco digniori, sit aliquid spirituale, non æstimabile, neque vendibile, quod sufficit, ut liqueat, eos nostræ sententiæ non adversari, & si illi in specie adversarentur, parum pendendi essent adversus infinitos interpretes spreta cõsuetudine totius orbis, & calcata tot senatuum authoritate, quod etiam de Viviano diceremus, si opus esset. Prosequitur idem egrius Advocatus *d num.* 63 suam Doctorum allegationem & refert *Mend. in prax. 2. p. lib. 3. cap. 21 numer.* 72. *& Phæb. 1. p. decis.* 8. *Molin de primog. lib. 1. cap. 24. numer.* 35. *&* 39. *Olea de cession. jur. & act. tit. 3. q* 8. *num.* 23. Sed *Molin. numer.* 40. solum tenet eam opinionem nostræ contrariam, ob quod eum reprehendit *Gratian. forens. cap.* 210. *num.* 12. *Mend.* autem, & *Phæb.* nostram sequuntur opinionem, & cum horum sententiam idem inclitus Advocatus posterius scripserit, eandem amplexum tunc fuisse, tenendum est *Menoch. cons.* 986 *num.* 37. De Capellis multas conclusiones recenset ex *d. num.* 63 *cum seqq.* sed nullam nobis nocituram. Quæ cum ita sint, necessario sequitur, impedimenta repellere, licet adhuc sit, qui è contra persistat, atque insistat, siquidem, cum varium, & multiplex sit hominum ingenium, dispares mores, ac dissimiles, accidit, ut in amorem suum quisque rapiatur, & ea laudanda judicet, quæ aliis vituperanda videantur, quod recte probat *text. in L. quia poterat* 4. *ff. ad Trebell.* ibi: *Cum variæ sint hominum voluntates, L. item si unus* 19. *§. principaliter ff. de recept. arbitr.* ibi: *Quia res fere sine exitu futura est, propter naturalem hominũ ad dissentiendum facilitatem:* & explicat *Alciat. emblem.* 69. *in primo, & finali Distico erga Narcissum.*

*Quod nimiũ tua format ibi, Narcisse placebat,*
*In florem, & noti est versa stuporis olus.*
*Qui veterum abjectâ methodo, nova dogmata quærunt,*
*Nilque suas præter tradere phantasias.*
*Et lib.* 8. *Epigramat. Epigram.* 18.
*Aurũ, & opes, & rura frequẽs donabit amicus,*
*Qui velit ingenio cedere, rarus erit.*
Consonat *Horat.* 1. *Carmin. Ode* 18.
..... *Quæ subsequitur cæcus amor sui,*
*Et tollens vacuũ plus nimio gloria verticẽ.*

Quod elegantius scripsit *Marc. Tul. Cicer.* 4. *Tuscul.* ibi: *Nos institutum tenebimus, nullisque unius disciplinæ legibus adstricti,* 438

quid

*quid sit in quaque re maxime probabili, maxime requirendus, nosque ipsos redargui, refellique patiamur, quod ii fuerint iniquo animo, qui certis quibusdam, destinatisque sententiis, quasi addicti, & consectati sunt, eaque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere.*

439 Verum hic dissensus sapientissimi Advocati dignus laude,& exæstimatione mihi videtur, cum dissensio in disquisitione rerum, ingenia plerumque acuat, ad assequendum, quod magis Reipublicæ utile sit, ut proditum invenio ab Apollonio Tianeo, qui vice Oraculi, Smyrneò Senatui respondit, opus esse dissentienti concordiâ, ut Civitas rectè gubernari posset, quod cum Smyrnei, durũ nimis,& repugnans crediderunt, & id ipse prudentissime explicavit, ut refert *Philostrat. in ejus vita lib. 4. cap 2.* ibi: *Album quidem, & nigrum, unum fieri idem nunquã possunt, neque amarum dulci recte commiscetur. Concordia vero quandoque dissentiens, salutem Civitatibus affert, quod autem dico, tale quid est Seditio quæ ad gladios, mutuasve plagas cives deducit à Civitatibus exterminanda penitus est. Civitas enim pace puerorum alumna, & juris indiget, à quibus, & verba salubria, & optimæ actiones prodeunt. Mutua autem civium æmulatio pro communi Civitatis bono, eam auget, atque tuetur, seu quod alius alio melius sententiam dicat, aut Magistratũ rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiam splendidiora cõstruat ædificia aut in aliquo hujusmodi excellant; talis, inquam, contentio, aut æmulatio Civitati plurimum confert, licet inter se cives pro communi bono faciat dissidere.*

440 Cum vero,& doctissimi Advocati, & præclarissimi Senatores, hac dissentienti cõcordia, ad unum, & eumdem finem, veritatis nempe assequendæ, pro bono Reipublicæ insudent, præclara quidem virtus est in illam discordem consonantiam, tot laboribus, & vigiliis libentissime abire, cui nullus invidus quam livor rectè detrahet, aut honeste æmulabitur.

Impedimenta fol. 678. recipio, ut in eorum discussione, quid justum sit, facilius decernatur. Ulyssipone 2. Januarii 1682. Vellez.

Ab ista sententia fuit petita revisio,& adhuc pendet.

441 No feito de Marcos Paes, com Pedro Martins, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz, em absolver aos RR. da acçaõ pelos AA. intentada, revogando sua sentença, vistos os autos, e como delles se mostra, que esta propriedade, chamada da Ribeira, sita em o lugar do Teixoso, por que moveraõ contra os RR. a acçaõ de reivendicaçaõ, fora do Padre Joaõ de Mattos Paes, Prior da Vargea, que em ella pelo testamento, com que faleceo, instituio Capella com obrigaçaõ de huma Missa cantada, cada anno, com prohibiçaõ de alheaçaõ, nomeando nella suas irmans, Catherina Mendes, e Margarida Paes, juntamente em a falta destas, e de seus filhos, falecendose sem os deixarem, chamou á A que por ellas falecerem sem filhos, e concorrer aquella vocaçaõ, tem conhecido direito, que naõ perdeo pelas ditas irmans do instituidor tacitamente consentirem na excluzaõ, que o R. Pedro Martinz Neves nella fez, e por menos do justo valor, conseguindo sentença a seu favor contra ellas, como herdeiras do dito seu irmaõ, que o fora de Pedro Martinz Quintal, o qual com o R. fizera permutaçaõ de humas casas, que Manoel Pires Soares lhe tirara, alcançandoo em contas pela tutela de sua mulher, de quem o dito Pedro Martinz Quintal fora tutor, porque ainda que os bens de morgado, ou Capella se possaõ vender para satisfaçaõ das dividas do instituidor, e as irmans do dito Prior por esta divida podessem ser executadas como herdeiras de herdeiro do dito devedor, que a seu irmaõ, herdeiro de seus bens, instituira. Com tudo devia o R fazer primeiro execuçaõ em outros bens, que do dito Prior ficaraõ, e pelos quaes podia ser satisfeito, que naõ fez, e quando naõ bastassem para inteiro pagamento, no que faltasse, se poderia proceder á execuçaõ dos desta Capella, pois os vinculados em Capella, ou morgado, sómente estaõ obrigados in subsidium ao pagamento das dividas do instituidor, e como o R. fizesse execuçaõ nestes em Capella vinculados, havendo ficado outros do dito Prior, podia lograr os que assim arrematou, em quanto durassem as vidas das ditas irmans, e mais naõ: nem lhe póde aproveitar, para naõ haver de largar a A. a propriedade de que se trata, a prescripçaõ que a seu favor allega, pois para se poderem prescrever os bens de morgado, ou Capella se requer prescripçaõ immemorial, de que elle carece, e assim mandaõ, que os RR larguem á A os bens, de que se trata, com os fructos do tempo da morte da irmã do Prior, que ultimamente morreo, que se liquidarão na execuçaõ desta sentença. E os condemnaõ nas custas dos autos de ambas as instancias. Porto 7. de Janeiro de 1672.*

*Ribeyrõ. Monteyro.*

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus. 442

Agitur de revocanda alienatione facta certorum bonorum, quæ relicta fuere à testatore, ut unita, & vinculata semper remanerent, tam in eo, quæ prohibita alienari, quam ob enormissimam læsionem, non enim ambigendum de institutione Capellæ, sive maioratus, cum ex testamento testatorio fol. 120. manifeste appareat non solum per conjecturas, sed per verba clara voluisse, quod bona vocata, *da Ribeyra*, sita in pago de Teixoso, maneant semper unita, & vinculata cum onere tantum unius sacri modulati, cum vocatione successorum, ut constat ex illius verbis, ibi: *Com condiçaõ, que a fazenda da Ribeyra se naõ parta depois de unida, por morte de alguma dellas*, intelligitur *irmans, porque nella instituo a obrigaçaõ da Missa cantada acima dita, e naõ tendo filhos, alguma dellas virá a fazenda da Ribeyra junta. em que está sita a Missa, a huma filha de Marcos Paes a mais velha, e naõ havendo filha, succederá nesta Capella o macho, e pelo tempo adiante virá sempre á filha mais velha.* In quibus verbis aperta resultat Capellæ institutio, ex his quæ *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 11. num. 9. Peg. forens. cap. 4. á n. 273. & 275. cum seqq.*

Sed obstat manifeste, quia bona Capellæ 443
sui maioratus possunt alienari ob debita institutoris, *L. filiusfam. §. De vi ff. deleg. 1. L. puto §. prædium ff. leg. 2. L. alienationis ff. fam. ercisc.* & probat expresse *Ord. lib. 3. tit. 93. in princip.* Et cum debitum Rei procederet, & emanaret ab ipso institutore, ut in actis constat, videbatur dicendum valuisse dictam alienationem, maxime quia fuit necessaria, ut satis deducitur ex dictis juribus, & resolvunt post *Bart. Rom. Cuman.* & alios plurimos, quos refert *Molin. lib. 1. cap. 10. n. 2. & 3.* & recentius *Salg. in labyrint. cred. 3. p. cap 13. n 12.*

Sed licet hæc doctrina vera sit, fallit tamen, 444
quia institutor reliquit alia bona libera, ex quibus ipsius debita solvi possint. Tunc non semper bona vinculata immunia sunt alienationis, ut tenet *Barbos. in remiss. ad d. Ord Molin dicto lib. 1. cap. 18. num. 4. Molin. de just tract. 2. de maiorat. disput. 640. per tot.* Et colligitur ex his, quæ in simili casu, quo bona maioratus hypothecantur pro alio debito, in facultate Regia tenet *Salgad. d. lib. 3. p. cap. 4 à num. 20. cum seqq. & 2 part. cap. 5. à num. 16.* ubi plures refert, & resolvit, quod prius debent bona libera excuti, quam deviatur ad bona maioratus, idemque colligitur in nostra *Ord. dict. lib. 3. tit. 93. §. 3.* ibi: *Naõ sendo achados outros bens.*

Facit ad confirmationem, nam si executis per quacunque debita bonis immobilibus, 445
relictis mobilibus, ut deducitur ex *Ord. lib. 3 tit. 6. §. 7.* annullatur executio, si constet mobilia, ut tenet *Mend. 2. p. lib. 3. cap. 21. n. 42.* Quanto mais, dum alienatio rei maioratus, si supersint bona libera, in quibus executio fieri valuisset.

Et non solum institutoris prius debebant excuti bona, sed & bona ejus hæredis, qui sine inventario se emiscuit in hæreditatem testatoris, tenetur ut hæres solvere bona defuncti ex suo proprio patrimonio, *Auth. de hær. & falf. §. Jancinus, & §. si vero non fuerit col. 1. L. fin. §. cum igitur, & § si vero Cod. jure delib. Gom in L 3 Taur. à num. 120. & variar. tom. 1. cap. 5. num. 12. Cov. in cap. 1. de testib. n. 13. & 14.*

Cum ergo satis constet ex actis, & testibus A. institutores reliquisse plura alia bona, ex quibus debitum Rei solvi poterat, nullatenus bona dictæ Capellæ erant subhastanda ex dictis.

Nec obstat, quod jam bona aliqua institu- 446
toris, nec & eorum, qui fuere hæredes, ad quæ A. habeat recursum, extent; sibi enim imputet, eo quod fuit negligens in exigendo debito suo, eo tempore quo bona extabant. Nam cum bona Capellæ sint tantum in subsidium exequenda, ut tenet *Salgad. in labirint. 2. p. cap 5. n. 17 & 18.*

Creditor negligens in exigendo debito 447
suo, nocere minime potest bonis in subsidium obligatis, nec fideijussori indemnitatis, qualis est Capella, aut maioratus, *L. sin ff rebus, L. si fideijussor. in id 42 ff. de fideijuss. & ibi gloss. non temere, Noguerol. alleg 40 à num. 59.* sibi plures refert *Salgad. in labyr. 3. p. cap. 11. num. 56. & seqq.* qui ad vincula inferunt. Ergo Reus, aut filius negligens in exigendo vincula subhastaret. Nec sorores testatoris, ejusque hæredes, ac prima nominata ad dictum vinculum, dolo, ac fraude caruere desistendo, quinimo nominando dicta bona vinculata in addictione debiti Rei, relictis aliis bonis liberis, ex quibus resolvi poterat, nam cum filios non haberent, qui in illis succederent, facile fuit prædicta bona tradere, ex quo facto fraus præsumitur, de quo, & A. participavit, ideoque non potest ei prodesse ex verbo, *L. itaque fullo 12 ff de furtis, cap ex tenore dicto rescript.* & ut fraus interveniisse dicatur, sufficiunt ipsius scripturæ ex notatis *in cap. 2. de renunt. lib. 6. Tiraquel. de retract. tit. 1. gloss. 4. num 58.* nec fraudis suspitionem effugiunt, quæ fiunt præter solitum, *L. si quis scrib. condition. ubi gloss.*

*gloſſ. & Bart. ff. cond. inſt. Everard. conſ. 36. n. 63 vol. 1. ut in præſenti.*

448 His non obſtat, quod ex adverſo dicitur, videlicet, hæc bona vinculata fuiſſe primo debitoris Rei Petri Martins Quintal, cujus hæres fuit inſtitutor hujus vinculi, ex verbo vulgari, quod hæres hæredis primi teſtatoris, & hæres, *L. ultim Cod de hæred. inſt.* atque ideo poſſe in eis fieri executionem: reſpondetur namque, quod eo ipſo, quod hæres adivit hæreditatem, vel illi ſe immiſcuit, hæreditatis bonorum dominium adipiſcitur, *L. cum hæredes ff. acquir. poſſ. L item mille 11. § legis juncta gloſſ. ibi verbo hæres ff. ad L. Aquil § pro hærede o 2. inſt. de hæred qualitate, Pich. in princip. inſt. de exhæred. lib. n. 7. Gom. variar. tom. 1. cap 2. uum. 1. Cov. in cap Raynuntius §. 10 num. 6 de teſtam.* & hæreditas antequam adeatur, poſt aditam vero patrimonium hæredis confuſum, & unitum cum reliquis ejus ſubſtantia, *L. ſed & ſi plures 10 §. filio ff. vulg. & pup gloſſ. & DD in L 1. §. veteris ff. acquir. poſſeſſ.* Ideoque potuit de illius bonis diſponere tamquam ſuis in verba *text. in L. in re mandata Cod mandati.* Et quamvis obligatus remaneret ad ſolutionem hujus debiti, deploret R. quod in ejus vita, aut ſuorum hæredum non exegit. Nec ſimiliter obſtat præſcriptio longi temporis, quam allegat Reus, nam in bonis Capellæ, aut maioratus non currit præſcriptio ulla adverſus ſucceſſores, niſi tantum immemoralis, ut tenet *Pereir. dec 52. num. 4. & per tot Barb. in tit cum notiſſimi §. illud. Cod. præſcript. 30. vel 40. numer. 32. & 33. & ſeqq.*

449 Quoad læſionem enormiſſimam attinet, & pro A. judicarem, conſtat namque ex teſtibus A. hæc bona vinculata fuiſſe à Reo emphyteuticata ab Emmanuele Ferdinandes pro eis Reo quotannis 8U. terunt. & 50. modior. frumenti, ut ipſemet fatetur, fol. 53. verſ. & 54. qui téſtis, quia de proprio facto deponit, legitimam faci' probationem, ex his quæ *Barb in remiſſ. ad Ord lib. 3 tit. 55. concluſ. 1. num. 5* & quamvis Reus dicat adjunxiſſe alia prædia cum his de quibus impræſentiarum agitur, ut per omnes teſtes, tam A. quam R. hæc in qua Reus adjunxit, non plus penſionis valere conſtat per dictos teſtes, nec tantum 25U. modios frumenti. Unde deducitur, quod pro penſione dictorum prædiorum, de quibus agitur, ſolvuntur Reo 8U. terunt. & 25. modii frumenti.

450 Atqui læſio enormiſſima probatur ex injuſtitia pretii, quæ regulatur per fructus provenientes ex re vendita, ſeu ſubhaſtata, *L. ſi quis Cod. reſcind. gloſſ. ibi in L. 2. Cod. Hermoſill. gloſſ. 4 num 2 L 3 tit. 5. part 5. & gloſſ. 6. num 156 tit. 5. pat 5* ita ut pretium juſtum cenſeatur, quod fructus 20. annor. conficiunt, *gloſſ. verbo juſta in Auth perpetua Cod. ſacroſ. Eccleſ. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 4. num. 1. Valaſc. de jur. emphyteutic. q 11. num. 2 Gratian. forenſ tom. 4 cap 752. num. 47.* Et computatis 8U. terunt. per 20. annos efficiunt ſummam 160U. terunt. ultra modios frument. Ergo remente Reo pro 70U. terunt. dicta prædia, clare conſtat de enormiſſima læſione,

Convincitur etiam, quia inſtituror Ca- 451
pellæ non erat debitor Rei niſi tantum 50U. terunt. & 18U500. terunt. quis citra valorem domuum, quis permuttavit, quæ fuerunt æſtimata in dictis 50U. terunt. reddit. pro dicto Petro Martins do Quintal, & ſic ſummam debiti non excedebat 58U500. terunt. pro quibus dictus inſtitutor, tantum erat debitor, & pro hac ſumma debebat fieri executio in bonis vinculatis. Sed R. huic cõputo adjunxit, & 20U terunt quis ſolvit cuidum Simoni Tavares, pro Marco Craveyro perſona diverſa ab ipſo inſtitutore, ut ſub haſtis fieret pro maiori quantitate nummorum, ut conſtat in chyrographo fol. 28. Unde maior iniquitas inſultat in dicta bona ſubhaſtata non inſtitutoris, non erant obligata pro debito alieno.

Ex quibus tamquam ex capite alienationis 452
bonorum Capellæ, quæ tantum in ſubſidium erant obſtricta, quam ex capite læſionis R. condemnandum fore dicerem ad dimittenda bona Capellæ A. cum fructibus perceptis à morte ultimæ ſororis, in cujus vita poterant dicta bona alienari *ex Ord. lib. 3. tit 93. § 1. & q. 6. Barboſ num 1. & 2.* Sic revocato Judice. Portu 7. Octobris anno 1672. Ribeyro.

Eamdem ſententiam ſequutus fuit Monteyro.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſi- 453
tum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata ſententia ſequens.

*Acordão os do Dezembargo, &c. Naõ he aggravado o aggravante pelos Dezembargadores da Caſa, e Relaçaõ do Porto. Cumpraſe ſua ſentença, por ſeu fundamentos, e o mais dos autos, com declaraçaõ, que o A. aſſine os bens livres, que ha do devedor originario, e inſtituidor, para nelles primeiro ſe fazer execuçaõ havendoos, e ſatisfeito largará o R. á poſſe dos vinculados. E pague o aggravante as cuſtas dos autos. Lisboa 12. de Mayo de 1676. Doutor Coelho. Oliveyra. Cardoſo.*

Hæc

454 Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Suppositâ hypothesi hujus litigii, quæ licet sit valde intricata, dillucida, & expolita per utriusque Senatus peritissimos advocatos, invenio non dubitari, quod bona, super quibus controvertitur, sunt vinculata. (Neque dubitari poterat viso testamento fol. 6.) Etiam non dubitatur filiæ nostri aggravati competere administrationem hujus vinculi virtute vocationis in prædicto testamento insertæ. Siquidem in defectum descendentium illarum sororum institutoris, ipsamet filia venit admittenda. Neque dubitatur circa dubium, quo sorores institutoris Reo adstringebantur. Certum equidem, & quod ipsa, atque hæredes institutoris fratris sui, qui jam hæres extiterat debitori originario, tenebantur sicut, *L hæredes, L sciendum ff. de verbor. signif.*

455 Tota controversia versatur, an valeat subhastatio in bonis, de quibus contenditur facta. Et quamvis pro utraque parte plura inculcantur à doctissimis patronis, & alia plura adduci possint, propter quod valde perplexus paulisper extiti in decisione hujus dissidii, attamen judicarem prædictam subhastationem valere ex seqq.

Primo, quia executio fieri potest in bonis vinculatis pro debitis ipsius institutoris, *Molin. d. primo lib. cap.* 10. *num* 3. quem omnes sequuntur, & cum hoc debitum, pro quo executio facta fuit in his bonis appellatis, *da Ribeyra*, habeatur, ac si fuisset contractum per ipsummet institutorem, siquidem hæres extitit debitori originario, ut ex actis apparet; igitur recte in illis executio fuit facta.

456 Et licet Doctores limitent casum, quo aliqua bona libera à vinculo supersunt; dicentes, quod prius in illis, quam vinculatis executio facienda est. Attamen intelligerem hanc limitationem procedere casu, quo creditor sciret qualia essent libera, & qualia vinculata; ex actis non apparet, quod Reus tempore subhastationis sibi fuisset conscius, ut prædicta bona essent vinculata, scientia non præsumitur, præcipue in hoc casu, quo verisimilius est Reum ignorasse qualitatē bonorum, alias sibi non subhastasset.

457 Secundo, quia ferre non possum, quod ille institutor in testamento fol. 6. Capellam instituisset in favorem animæ suæ super bonis, quæ ei ille Emmanuel Monreyro do Quintal reliquerat, quin ipse institutor solvere jussisset debita ipsius Emmanuelis, hæredes equidem saltem intra vires hæreditatis tenentur defunctorum animas exonerare.

Neque obstat, quod juris ordo fuit alteratus in hac executione, eo quod fieri debebat prius in bonis mobilibus juxta *Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 7. ad hunc defectum non annuilare executiones, *Gam decis.* 199. *num.* 6. *verbo appellat rationem*, præcipue quando executio facta ex proprio vero debito, sicut ista facta fuit, *Mend. in prax. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 43.

Confirmatur ista responsio ex eo, quia quamvis Ordinatio illa formam in executionibus faciendis præscribat, attamen non admittit debitoribus facultatem nominandi prius bona immobilia, quam mobilia; immo cum talis forma fuisset præscripta in favorem debitorum, ab eis potest remitti, quod probatur ex *dict. Ord.* ibi: *E sempre tomará os penhores, &c.* Unum cum ex actis fol 32. vers. insinuetur, quod ille Antonius de Proença maritus unius ex illis duabus sororibus institutoris nominavit, & obtulit executioni sub certis conditionibus ista bona, igitur potius dicendum est juris ordinem non fuisse alteratum, nam & si executio facta non fuisset virtute hujus oblationis, immo facta fuisset sine illis conditionibus, prout visitur fol. 35. Attamen jam quodammodo constabat volūtate debitoris volentis, ut in prædictis bonis executio fieret.

Sed nunc fortius obstare videtur ille dolus, quo tam ille Antonius in nominatione, seu oblatione, quam illa Margarita Paes in repudiatione hæreditatis fol. 27. usus fuit, siquidem ille nominavit executioni ista bona vinculata, sciens illa vinculata esse, prout præsumendum est eo quod penes se, cum hæres esset, extabat testamentum, quo vinculum fuerat institutum, ex traditis per *Barb. ad Ord lib* 3. *tit.* 20. §. 22. *num.* 4. illa vero repudiavit hæreditatem, non solum intempestive, immo diminutè, seu nomine tenus; intempestive, quia ista Margarita adiverat hæreditatem, accepitque bona hæreditaria fol. 23. ideo denuo illam repudiare non poterat, *L.* 4. *Cod. de repudiatione hæred.* Diminute, & nomine tenus repudiavit, quia post factam repudiationem anno 1654. prout visitur fol. 27. vers. adhuc conservavit bona hæreditaria, quæ postea anno 1658. dedit in solutionem nostro Reo fol. 39. vers. nam illæ duæ olivæ, & vinea appellata *Mortorio*, erant bona hæreditaria, ut apparet fol. 22. vers. in fin.

Verum iste dolus executionis validitati obstare non potest, quoniam in causis onerosis dolus dantis accipienti non nocet, licet noceat in acquisitionibus ex causa lucrativa juxta textum *in L qui autem* 6. §. *propterea ff.*

*quæ*

*quæ in fraudem cred.* Reus etenim ſibi ſubhaſtavit ex cauſa oneroſa, igitur ut ei noceret dolus Antonii, & Margaritæ, debebat illius eſſe particeps.

461 Neque ſecundo obſtat læſio, ad quam A. recurrit in replica, quia reſpondetur primo læſionis enormis actionem eſſe præſcriptam ad conſpectum libelli in 5. Articulo fol. 8. verſ. & *Ord. lib.* 4. *tit.* 13. §. 7. Reſpondetur ſecundo læſionem enormiſſimam locum non habere, præcipue ſi prædicta bona ſubhaſtata fuerunt pro 70U. terunt. prout viſitur fol. 36. verſ. Præterquam quod, & ſi ſubhaſtata eſſent pro 60U. terunt. prout viſitur fol. 37. & inſinuatur ex gabellæ ſolutione fol. 37. verſ. & tunc locus, mea in opinione, non eſt læſioni enormiſſimæ, eo quod A. propoſuit in 11. Articulo replicæ prædicta bona valere 140U ex quo patet, quod læſio ultra dimidium, ſolum pro 20 fuit contracta, hoc enim non ſufficit, quia ſemper opinionem meliorem debet læſio contingere in duabus partibus juſti valoris, *Larr. dec.* 88 *n.* 8. *verbo reprobat Covas, & alios.*

462 Et quamvis hæc materia ſit arbitraria, juxta *Cabed. p.* 1. *deciſ.* 70. *num.* 2. tenet cum aliis *Valaſc. conſ.* 130. *num* 26. in hoc caſu arbitrater læſionem enormiſſimam non contingere, non ſolum ex jam recitato fundamento, ſed ulterius, quia iſta bona in partitionibus, de quibus fol. 22. verſ. fuerunt æſtimata pro 110U. terunt. & teſtis fol. 59 contra producentem deponit valere 80U. parum, minusve.

463 De æſtimatione valoris facta per computationem redditus non curo. Primo quia iſta bona, de quibus agimus, ſunt hodie mixta cum aliis, id circo nihil mirum, quod ex illis amplius redditus percipiantur. Secundo quia ipſe Actor articulavit valere tantum 140U. ideireo teſtibus deponentibus de maioriæ ſtimatione non eſt credendum, his, & aliis conſideratis, quæ conſultos, & laſſatus immitto, revocarem ſententiam ampliſſimi Senatus confirmato Judice. Ulyſſipone 10. Junii 1673. Doctor Coelho.

464 Sententiam inferioris Aulæ potius confirmarem ex defectu deceſſionis allodialiũ bonorum, quæ penitus requiritur procedens, ut legitime ſubſecuta dicatur diſtractio bonorum maioratus, pro inſtitutoris debitis, pro quibus ea bona in ſubſidium tantummodo ſunt obligata, ut docte oſtenditur per ſapientiſſim. Profeſſor. à fol. 129. hujus ſubſidiariæ obligationis eadem eſt natura, ac fideijuſſoris indemnitatis, *Salgad. in labyrint. part.* 2. *cap.* 5 *num.* 18. utraque conditionalis cenſetur, ſub illa conditione inducta, ſi alia deficiant bona unum diem, hæc non apparet impleta conditio, nulla in ea bona, nec in fideijuſſorem neceſſaria eſt actio, & executio, velut ea deficiente facta jure retractanda.

Non ad aliud dicendum, neque reſolutio 465
quæ facta limitanda eo caſu, quo creditor libera extitiſſe bona ignorabat; nam hæc ignorantia creditoris non mutat obligationis naturam, immo nec eam mutat ſententiam executionis ob non apparentia bona libera prolata, nam ſi poſtea apparuerint, adhuc executio, & diſtractatio facta in bonis maioratus vendicantur, reſciſioni remanent ſubjecta, & bona à poſſeſſore maioratus vendicantur, quod erudite, & late oſtendit *Salgad. in labyr. p.* 3. *cap.* 4. *à num.* 47. igitur ignorantia bonorum liberorum, neque excuſare R. quem non excuſaret ſentẽtia prohibita executionis illorum, ſi prolata foret ob ea bona non apparentia, & ignorata.

Eſt ideo tota dubitatio, an bona dentur libera inſtitutoris, in quibus ſit facienda executio, & aliqua extitiſſe ſatis probatur, ac fraudibus aliqua fuiſſe diligenter celata: ac ideo quærat R. licet litibus involuta, quod non impedit executionem, idem *Salgad.* rem hanc totam diligenter peragens, & in hac ſpecie, *part.* 2. *cap.* 5. *à num.* 38. ſed Actor prius ea deſignet, ſeparatim ſciens in eum, & bona, de quibus agitur, recurſum neceſſario R. habiturum, ſi libera extitiſſe non conſtiterit de læſione, ultra quod placet præcedenti ſapientiſſimo Domino ſentẽtiam non excuſandam cum ex defectu executionis liberorum bonorum ſint vinculata reddenda. Ulyſſipone 24 Junii ann. 1673. Leytaõ.

Concludit doctiſſima deliberatio fol. 156. 466
in finalibus verbis, ibi: *Sed Actor ea prius deſignet ſeparatim, ſciens in eum, & bona, de quibus agitur, recurſum neceſſario Reum habiturum, ſi libera extitiſſe non conſtiterit:* hoc conferendo fuit cauſa, ut admitterentur Articuli novæ rationis, & examine ad probationem facto, & obſervatis documentis, ſimulque animadverſis in dictis orationibus fol. 245. & ſeqq. magis arridet cum primo ſapientiſſimo Domino fol. 153. verſ. uſque ad 135. verſ. ſententiam inferioris Aulæ revocare. Ulyſſipone 17. Martii 1676. Ribeiro.

Doctiſſimæ deliberationi præſtitæ à fol. 467
155. verſ. per ſapientiſſimum, & amantiſſimum Collegam, qui in ſecundo loco deliberavit, & nunc meliorem occupationem habet, firmiter adhærere placet, & fundamẽtis ab illo docte prænotatis, quæ de jure vera ſunt, & ex actis manifeſte comprobantur, quapropter ſentẽtiam inferioris Aulæ cõfirmarem.

marem. Ulyssipone 25. Martii 1676. Rego.

468 Si autem aliquis faciat maioratum sub cõditione, si Princeps confirmaverit, & è vita decesserit absque istius gratiæ impetratione, an dicatur maioratus erectus, & possit post mortem confirmari à successore: negative resolvit *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 39. ubi ad contraria respondet, & *Nos* multa allegavimus *in comment. ad Ord. tom.* 2. *ad Regimen Senat. Palat.* § 39. *cap.* 4. *pag.* 205. *& seqq. usque ad pag.* 252.

469 Et si pater habeat facultatem ad fundationem maioratus in uno ex filiis, an dicatur erectus in nepote absque filii consensu, tradit negative *Faria in add. ad Cov. lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 39. ubi etiam, an si habeat facultatem ad erigendos duos maioratus, possit facere unum, & habens facultatem ad unum constituendum possit duos constituere, erigereque.

470 Nisi filii inter se post mortem bona diviserint, & sint separata bona ad maioratus, & successor fruitus fuisset prædictis bonis, dum vixerit, quia tunc dicitur vinculum erectum, & approbatum, & valet, licet sine ista approbatione nullum, & invalidum foret, *Noguerol alleg.* 31. *n.* 87. probant *Cyriac. contr.* 168. *n.* 25. *& contr.* 244. *&* 501. *& n.* 4.

471 In causa inter partes Isabel Gonsalves, com Domingos Fernandes Rocha, apud Notarium Diogo Correa Marichal, invenitur institutio facta à Dominico Fernandes, & Catherina Dias, in eadem charta, hac forma: *Mandamos, que por morte do derradeiro, que ficar, as ditas terças ambas ficarão a Gaspar nosso neto. filho de nossa filha Joanna Dias, para com ellas se ordenar, e ser Clerigo; e não o sendo, e tendo filhos, ficarão aos seus filhos, e morrendo sem filhos legitimos, ficarão as ditas terças á nossa neta Catharina, filha da dita nossa filha, e por sua morte hirá a seu filho mais velho legitimo, e não tendo filho, ou filha, hirá a outro nosso neto, em vinculo de morgado, ou Capella.* Quæsitum mihi fuit, an in hoc casu, in quo Gaspar fuit Clericus, & in statu Clericali ultimum diem clausit extremum, diceretur erectus maioratus post ejus obitum, an vero bona libera remanerent ad debitorum Clerici solutionem, vel ad secundum vocatũ titulo maioratus pertinerent? Resolvi vinculum cessare, & non habere locum, casu quo Gaspar fuit Clericus, quia fuit erectus, eo casu, quo Gaspar non fuisset Clericus. sed potius nuptias contraheret, & cum fuisset Clericus, cessavit vinculum relictum sub conditionæ deficientie Clericatus, & erectus sub conditione si Gaspar non fuisset Clericus, cum fuisset ordinatus, ademptum fuit vinculum, & bona remãserunt libera, non solum ex dictis supra num. 360.

Tum etiam, quia vinculum fuit factum, 472
maioratusque erectus casu, quo Gaspar non fuisset Clericus, quia Presbyter fuisset, relicta ei fuerunt bona ad suum patrimonium, virtute cujus ordinatus, & initiatus Ordinabus Sacris fuit, & in statu Sacerdotali ultimum diem clausit extremum, & in ipsomet casu bona ei libere relicta fuere, & cum maioratus, & vocationes fuissent factæ, si Clericus non fuisset, & nuptias contrahendo è vita decessisset sine filiis, cum Clericus fuisset, bona remanserunt libera, & absque vinculo relicta, quia maioratus erectus, aut fideicõmissum injunctum sub certa conditione, sub contraria censetur ademptum, & bona manent libera absque vinculo, *L. legatũ pure ff. adimendis legatis, L. aliquando ff. cond. & demonstr. L. quod pure ff. quando dies leg. cedat, L. quibus diebus* §. *quidam Titio vers. quia nihil interfit ff. cond. & demonstr. Ruin. cons.* 33. *num* 3. *& cons.* 170. *num.* 5. *vol.* 3. *Nat cons.* 200. *num.* 5. *Cæphal. cons.* 17. *n.* 20. *& cons.* 649. *num.* 28. *Ozasc. dec.* 166. *num.* 4. *Ramon cons.* 100. *num.* 121. probat *text. in L. ex facto* §. *si quis autem ff. ad Trebel.* ibi: *Aut filius supervixit patri, & extinxit cõditionem fideicõmissi, L. si ita quis ff. vulgar.* ibi: *Non enim videtur in hunc casum substitutus: Cyriac. forens. contr.* 522. *num.* 10. *Cassanat. cons.* 2. *num.* 3. *Ceval. q.* 905. *num.* 68. optime *Add ad Molin. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *vers. ex quo, Castill. tom.* 6. *cap.* 181. *post num.* 45.

Et cum datum, & relictum sub una con- 473
ditione, & qualitate, sub contraria censetur ademptum, è converso etiam sub aliqua cõditione ademptum, sub contraria datum cẽsetur, *L. legatum sub conditione ff. cond. & demonstr. L. si legatum pure ff. adimend. leg. Bart. in L. paterfamilias num.* 4 *ff. hæred. inst. Cæphal. cons.* 52. *n.* 6. *& 7. Menoch. cons.* 78. *n.* 8. *& seqq.*

Atque ita licet vocationes titulo maiora- 474
tus fuissent factæ eo casu, quo Gaspar non fuisset Clericus, attamen cum fuisset Præsbyter, ademptus fuit maioratus, & titulo illius non possunt sequentes succedere, prima enim vocatione, ex non implemento conditionis, & qualitatis, deficiente, integram totius vinculi structuram, defeciisse fatendum est, & pereunt, & corruunt quæcumque substitutiones expressæ, vel tacitæ, quæ sub ea possunt comprehendi, *L. si mater* § 1. *ff vulgari, Cassanat. cons.* 55. *num.* 7. & modo sequenti

quenti exornat cum *Ramon. conſ. d. conſ.* 100. *num.* 122. *& ſeqq. Add. ad Molin. & Caſt. ſup.*

Ex qua dependentia colligitur, omnes ſub-
475 ſtitutiones tanquam dependentes à prima, ſic ab eadem regulari debere, ac ſi eædem cõditiones in omnibus ſubſequentibus exprimerentur, & ſub eiſdem caſibus ordinatæ fuiſſent, & ad eos tantummodo reſtrictæ, *Angel. in L quandiu in fine, ubi Areti, & Imol. Alex. conſ.* 1. *n.* 11. *lib.* 1. tradit late *Perſonalis in conſ.* 17. *Zanchus p.* 4. *n.* 237.

476 Et hoc eſt, quod communiter dicitur caducato primo gradu ſubſtitutionis cenſeri etiam caducatos omnes ab eo dependẽtes, de quo per *Rot. Rom. in noviſ. deciſ.* 230. *part.* 2. *& in recentioribus recollect. per Farin. deciſ.* 486. *num.* 7. *& deciſ.* 519. *num* 2. *tom.* 1. *& deciſ.* 538. *num.* 4 *in fin. tom.* 2. & late *Caſſan. conſil.* 2. *num* 3. *& per tot.* præſertim quotieſcunque conditio adjecta de primo inſtituto gravato ad primum ſubſtitutum defeciſſet, quoniam tunc caducato primo gradu ſubſtitutionis ſequens in gradu non admittitur. Ratio eſt evidens, quoniam cum conditio adjecta de primo inſtituto ad primum ſubſtitutum defecerit, deficit etiam gravamen, & fideicõmiſſum ei injunctum, habeturque illud pro non ſcripto, & pro non facto, & ex mente defuncti cenſetur illud ademptum, & reliqua bona libera penes inſtitutum hæredem. *Cephal. conſ.* 649. *num.* 28. *& alii ſupra relati.*

477 Enim vero ex conditionis defectu prima ſubſtitutio habetur pro non facta, & pro non ſcripta, *L. unica §. ſin autem de caduc. toll. Socin conſ.* 180. *col* 6. *lib.* 2. *Socin. jun. conſ.* 180. *num* 40. *in* 2. *& conſ.* 4. *num.* 16. *eod. vol.* pulchre *Ripa lib* 1. *reſponſor. cap.* 2. *num.* 23. Unde impoſſibile eſt ex ſubſtitutione prima, quæ habetur pro non ſcripta, & pro non facta, ſequentes dependentiam, vim, & conſiſtentiam habere, *Plotus conſ.* 14. *n.* 10 *Zanch. in §. cum ita num.* 7. *&* 35 *& Petra de fideicom. q.* 6. *num.* 7. *&* 8. Immo ſublato principio, cum ab ejus primordio poſteriores evẽtus formentur, omnes ſubſtitutiones ſequentes corruere oportet, ut multifariam, multiſque modis elegantiſſime reſolvit *Cephal. conſ.* 17 *num.* 10. 11. *&* 12. *&* 649. *num.* 38. *& ſeqq.* Maxime cum omnium ſubſtitutionum contextura ſit unica, una forma, connexitas, & dependentia, ut mirum non ſit, ſi principio ſublato cæteræ ſubſtitutiones ſequentes evaneſcant juxta notata à *Petr. & Peregr.* in locis continuo referendis, ubi ſunt plures concord. & elegantius cæteris *Conanus lib.* 9. *comment. juris cap.* 7. *fol.* 358. dicens cum ſubſtitutiones omnes ſint connexæ, & catenatæ, prima diſſoluta, cætera diſſipantur.

Superius aſſumptum elegantiſſime confir- 478
532 Deſcendendo ad merita, in duobus totius rei vertitur cardo, primum utrum Eliſabetha deAntas mutaſſet voluntatem circa vinculum erectum in teſtamento communiter facto cum marito Gaſpar Lopes do Lago; ſecundum, utrum caſu, quo voluntatis non adſit mutatio, caducaverit nominatio, ſeu electio facta in perſonam Eliſabethæ de Sà ob illius præmaturam mortem: & ſic infortunata cadat Actoris ſpes, quæ ex dicta nominatione palmas decantare contendit: quare ad primum ego libenter agnoſco Eliſabetham de Antas recte potuiſſe revocare pro parte ſua commune teſtamentum conditum cum marito ſuo Gaſpare Lopes, & conſequenter vinculum in tertia erectum enervare: ratio eſt, quia in caſu propoſito duplex juris cenſura reputatur teſtamentum, *Bart. in L. patris, & filii ff. de vulgar. num. 2 Gam. deciſ. 231. num. 6. Tiraq. de primog. q. 68. num. 5. Valaſc. conſ. 7. num. 5.* Unde dubitari non poteſt, quod teſtamentum dictæ Eliſabethæ ſuperſtiti valuit revocari, *ex regul. text. in L. ſiquis in princip. ff. leg. 3. L. nemo poteſt ff. de legat. 1. L. 1. Cod. ſacroſ. Eccleſ. Gam. ubi ſupra. Tiraq. dict. num 5. Cov. rubr. de teſtament. 2. p. num. 8. Valaſc. dict. num. 5. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 19.* Quamvis tamen hoc verum ſit, & concluſio ſit indubitabilis. Ego dicerem mutatam non inveniri voluntatem per dictam Eliſabetham Dantas circa vinculum, de quo agitur, moveor quia talis voluntas expreſſa non invenitur in actis, & ſi recurratur ad voluntatem conjecturatam, quæ elicitur ex donatione facta Mariæ Pinta de Puga, de qua fol. 148. cum ſeqq. hoc nil operatur: invenitur enim alia voluntas dictæ Eliſabethæ expreſſa in nominatione facta Eliſabethæ de Sà Pinta, de qua fol. 13. cum ſeqq. ubi ipſa declaravit ſe non velle mutare voluntatem circa vinculũ erectum in teſtamento, immo potius in confirmationem illius ad illud nominavit dictam Eliſabetham de Sá. Unde cum detur hæc voluntas expreſſa circa confirmationem vinculi, fauce fumeſcit conjecturata circa illius everſionem, *L. ille autem ille §. cum in verbis ff. de legat. L. continuus §. cum ita ff. de verbor. L. ultim. Cod. ſi min. ſe maior. dixer. L. fin. Cod. quod met. cauſ. Menoch. deciſ. 51. num. 49. Maſcard. concl. 1048. Menoch. conſ. 668. num 1. & de præſumpt. lib. 1. q. 30. à princip & lib. 3 præſumpt. 10.* Quinimmo ſi verum amamus, ex donatione facta per Eliſabetham Dantas filiæ ſuæ Mariæ Pinta, ut nuberet Emmanueli Pereira Barreto, magis elicitur conjectura confirmandi vinculum, quam illud evertendi, ratio eſt, quia ipſa Maria Pinta vocata erat per commune teſtamẽtum paratum ad vinculi ſucceſſionem, erat namque Maria illa de S. Joaõ, de qua loquitur teſtamentum fol. 8. verſ. & agnovit doctus appellantis Patronus in ſuis allegationibus, plane, quando inſtitutor maioratus in teſtamento bona vinculata tradit in vita perſonæ nominatæ, non declarando expreſſe, quod novo titulo tradit revocando teſtamẽtum: talis traditio cenſetur facta ex præambula cauſa vocationis teſtamento, & titulo maioratus: ita expreſſe docet, *Molin. de primog lib 4 cap. 2. num. 20. verſ. Sed quando abeſt, quod in caſu prædicto traditio inducat vinculi mutationem: quod immo vinculum, quod ex ſua natura revocabile erat tanquam factum in teſtamento per traditionem rei vinculatæ, fiat immutabile. gloſſ. in L. legatum verbo quædam ff. de legat. 2. deſumitur ex L. Lucius ſic à DD. intellecta ff. eod. tit. Molin. dict. cap. 2. num. 19. Gutierr. dict. q. 63. num. 2. Afflict. 275. Gom. L. 17. Taurinum. 24. Gregor. L. 1. tit. 9 gloſſ. verbo donatione, Tell. Fernand in dict. L. 17. num. 86. Matienç. L. 1. tit. 6. lib. 5. novæ recopilat.* & merito; voluntas enim in dubio mutata non præſumitur, *L. cum qui ff. de probat. Mantic. de conject.*

*ject. lib.3. tit.15. n.6. Menoch. de præsumpt. lib.3 præsumpt.134.n.19.*

533 Et hoc non invenuste colligitur ex ipsa dotis serie, quæ legitur fol 148.ubi Elisabetha Dantas donans filiæ Mariæ Pinta bona ipsius donatricis, declaravit, quod etiam donabat bona,quæ ad filiam spectabant quovis titulo,ibi: *Bens moveis, e de raiz, que pertencem á dita sua filha por outra via de legados, heranças, e doaçoens*, & iterum ibi: *Por qualquer via,que pertencem á dita sua filha.* Plane ista bona illa erant, quæ ex communi testaméto ad filiam expectabant,cum dealiis non constat, & tamen dicta donans non declaravit,quod annullatur vinculo,dicta bona donabat novo jure, & titulo, cum tamen de illo mentionem fecit, ut dicta verba insinuant, ergo hic non adest voluntas mutandi vinculum, nec expressa,nec conjecturata, & per consequens nil est cur de illo valeamus cogitare.

534 Quibus cessant ea, quæ longa jurium allegatione, & DD. numerosa pompa profert in theatrum doctus appellantis Patronus, quibus ex dictis patet in promptu responsio.

Constito ergo, quod vinculum maioratus
535 incõmuni in testaméto fabricatum in viridi conservatur observantia: minus difficultatis continet, meo videri, secunda dubitatio, in qua dicendum reor: nominationem factam in personam Elisabethæ de Sà,de qua fol.13. non caducasse ob illius intempestivam mortem, quia quamvis de facto bona vinculata non possedisset, nec occupasset, tamen spem, quæ ex nominatione resultavit, cum ex contractu descendisset, bene potuit ad Authorẽ filium hæredem tranimittere, *L.filiusfamil. ff.de verbor. § ex conditionali inst. eod. tit. L. spem Cod. donat. L. nec emptio ff. de contrahend. L pactum in fin. ff. de pact. Tiraq. retract lignag.§ 26 num.4. Cald.receptor. cons. 30 num 50. Phæb. decis. 21. num.3.* præcipue quando in nominatione facta per Elisabetham Dantas in dictam Elisabetham de Sà, invenitur translatum omne jus, quod in dictis bonis habebat, ut legitur dicto fol. 13. quo casu, quamvis turbato ordine mortalitatis prius decederat dicta donataria,jusquæsitum valuit transmittere, & donatrix amplius nominandi orbata estfacultate. *Ord. lib. 4.tit.37.§ 13* ibi: *Simplesmente sem trespassar outro direito*:junctis quæ *Valasc cons.102. num 11.Cald de potest.eligend. cap.2. n 31. & quæstion forens.cons.12.n.15.Pereir.decis.9.n. 4 ad fin.*

536 Silentibus in hoc casu his, quæ de caducit te uberiori calamo scripsit patronus, eligenda namque sunt de his, quæ ex ultima voluntate descendunt, in qua spes debitum iri irremeabilis arcet, *L. unica §. sin autem Cod.caduc. tollend. L. quæ legat. ff. de regul. jur. L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* non vero loquimur de spe ex contractu initiata, quæ etiam post mortem floret ex *dict. L.filiusfamil. dicto §. ex conditionali cum supra allegata.* Quinimmo dato,& non concesso, quod dicta nominatio caducavit ,hæc caducitas vel ipsæ Elisabethæ Dantas prodesset ad iterum nominandum, vel agnatos vocatos ad vinculum defuncta abintestato ultimo possessore, non vero aliquando prodesse poterat marito Mariæ de Saõ Joaõ defunctæ juxta Rei desiderium, quia ipse, nec erat vocatus,nec consanguineus,ut patet: cum ergo nec Elisabetha Dantas iterum nominasset,nec aliquis appareat consanguineus, qui demisso vultu, adstrictaque fronte Autoris intueatur successionem, quid interest disputare de caducitate nominationis factæ dictæ Elisabethæ de Sà, cum illa appellanti jus proprium non tribuat: alienum vero allegare juris norma minime patiatur, *L. 4. ff. si servit. vendic. cum vulg.* Quibus visis ego Judicem dum vinculum in viridi relinquit observantia, Actoremque illius legitimum autumat, successorem libenter confirmarem: dum tamen tertias Gasparis, & Elisabethæ liquidas ex actis arbitratus est, nigros tulit lapillos illius judicium: hoc enim juxta stylum sententiæ executioni debebat reservare, ut Autore, & Reo hinc inde auditis, quæ sibi melior sententia sederet, ipse eligeret, in hoc tantum reprobatus,in cæteris laudetur.Portu 20.Maii 1647. Doctor Azevedo.

Eandem teneo sententiam. Vasconcellos. 537

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata .' Judices. Noronha. Da Cruz Freyre.

Et fundata fuit in deliberationibus sequẽtibns.

Sapientissimi Senatores inferioris Senatus, & doctissimi utriusque partis advocati 538
materiam hujus processus tam eleganti, & lato calamo discusserunt, ut nihil nobis dicendum reliquerint, immo incidere in vitium repetitionis nos obstrinxerunt, veruntamen cum præcise muneri nostro satisfacere tenemur, si aliqua occurrerint de novo in defensionem opinionis, quam sequimur, in medium proponemus.

Quæstio igitur, circa quam versamur, in eo consistit, an vinculum institutum in testamento fol. 8. vers. ex tertiis coniugum manu communi testantium à superstite revocatum fuerit per dotem constitutum, fol.14. ratio-

ratioque dubitandi pendet ab illa reſolutione juris, quod legata relicta in teſtamẽto per alienationem factam in vita à teſtatore revocata cenſentur, deducta *ex text. in L. rem legatam, L. cum ſervus 15. ff. adimend legat. § ſi rem ſuam inſtit. de legat.*

538 In qua placet conſideratis circunſtantiis præſentis hypotheſis, revocatum non cenſetur confirmata inferioris Senatus ſententia, nam illud certum eſt, quod conjectura extracta ab alienatione rei in teſtamento relicta, de ſe non eſt ſufficiens ad ſuadendum diſpoſitionem, ſeu relictum vocatum eſſe judicandum, ſed requiritur quod teſtator animo illud adimendi rem alienet, ut probat *text in dict L rem legatam, dicta L cum ſervus, & dicto § ſi rem ſuam*, & probat etiam *L. ſcribit 34. §. item ſcribit verſ. ex neceſſitate ff. de auro & argento legato, L fideicommiſſa § ſi rem ff. de legat. 3.* exornat *Pichard. in dicto § ſi rem ſuam notans in princ. inſtit. de ademption. legator.* teſtatorem rem legatam vendentem, ſeu pignori dantem legatum revocare non velle, ut videre *num. 40.* exornant etiam *Cov. in rubr. de teſtament. p. 3. à num. 19. Mantic lib. 12. de conjectur. tit. 1. à num. 1. Menchac. ſucceſſionum progreſſu 2. tom. lib 3. tit. 17. à num. 14. Cald. de extinct emphyt. cap. 3. num. 37.* Unde fit, quod DD. recurrunt ad cauſas, & modum, quo alienatio facta fuit ad prædictam conjecturam inducendam, ac per conſequens non ſola conſtitutio dotis adducenda eſt, ut prædictum vinculum extinctum cenſeatur, ſed ad alias conjecturas recurri debet, & conſideratis circunſtantiis plures concurrunt in conſervationem illius.

540 Quoniam in facto negari non poteſt ſuperſtitem vinculum inſtitutum approbaſſe poſt mortem mariti defuncti poſſidendi pluribus annis bona tertiæ vinculata ad illũ ſpectantis, & rationem præſtando implementi oneris pii vinculi annexi, quibus actibus illud approbare indubium eſt, ut duobus exemplis ſimilibus juridice comprobatur, nempe circa onus impoſitum in legitima filii, quod licet à jure reprobetur, de conſenſu tamen filii validum eſt, hic autem conſenſio, & approbatio deducitur à DD. ſi filius ultra legitimam bona à patre relicta poſſideat, illorumque fructus percipiat, ut bene notat *Menoch. conſ. 196. à num. 20. lib. 2. Caſtill. lib. 3. cap. 10 num 46. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 36. Tiraq. de primog. q 30. num 6. Cov. in cap. Raynald. de teſtam. o 2. numer 3. & in cap. quamvis p 3 num 31. Peregr. de fideicom. art. 33. numer 39. Mantic. de conjectur. lib 7. tit. 8. num. 11. Mier. de maiorat p. 1. q 55. num. 2.* & in onere impoſito nominationi emphyteuſis, quod acceptato à nominato illud ſuſtinere debet, reſolvit *Cald. conſ. 31. num. 6 & de poteſt. eligend. cap. 16. n. 6. Fragoſ. de reg. reipubl. p. 3. diſput. 9 §. 25. n. 3. Valaſc. de jur. emphyt. q 148. n. 4.*

Ex qua conſideratione duo deducuntur, 541
quod ſtante prima conjectura de jure efficaci, quod unus ſuperſtes vinculum approbavit, ad illam elidendam efficaciſſime requiruntur, & quod non eſt ſufficiens conjectura ex dote ab ea facta, ut illud reprobaſſe cẽſendum ſit, deinde quod in vita ſua vinculum approbando, jam diſpoſitio illud ex parte ſua conſtituens naturam ultimæ voluntatis perdidit irrevocabilis, ſed in actum inter vivos irrevocabilem tranſmutata fuit, itaut jam eſſe non lienerit vinculum revocare, nec regulis ultimæ voluntatis diſpoſitionum frui, quæ conſideratio corroboratur illa reſolutione, quam approbat *Surd. conſ. 14. num. 5.* in illaque, an relicto legato in teſtamento, & tradito à teſtatore adhuc vivo legatario naturam legati amittat, & fiat donatio irrevocabilis, in qua re ſolent, quod prædictum actum factum in vita, legatum tranſit in donationem inter vivos irrevocabilem, ſi ſub commemoratione legati traditio facta non fuit, & hanc eſſe communem reſolutionem DD. communem eſſe ait, ex quo ſequitur, quod ſimiliter per approbationem factam à ſuperſtite, non verbis, ſed factis, quæ ſunt efficaciora ſigna animi, & voluntatis, quam verba, *L Paulus ff. rem ratam haberi cum vulgarib.* neceſſario dicendũ eſt ex nova voluntate inter vivos declarata velle conjugẽ ſuperſtitem actum ejuſdem naturæ irrevocabilem facere, & per conſequens revocatio in eo præſumenda non eſt.

Quod adeo verum eſt, quod etiam dato quod inſtitutio vinculi naturam ultimæ voluntatis retinuerit tantum, abeſt, quod ex dote conſtituta illius revocatio inducatur, ut potius dicendum ſit illa confirmari, quoniam ſecundum reſolutionem proximè propoſitam, & opinionem DD. quos refert *Surd. ſupra num. 2.* docentium per additionem legati factam à teſtatore, illius naturam non amiſiſſe, in eo fundantur, quoniam per dictam traditionem potius cenſendum eſt teſtatorem prævenisſe in ſolutione legati, quam illius naturam mutare velle, plane conſtat dotem, in qua contraria reſolutio fundatur, conſtitutum fuiſſe filiæ ad ſucceſſionem vinculi vocatæ, ergo hic dicendum eſt, quod potius voluit dotatrix prævenire traditionem bonorum, quæ vinculata erant, quam vinculum revocare, & ideo nulla conjectura

revo-

revocationis vinculi induci potest.

542 Nec replicari poterit si aliquid contra superius consideratum objiciet, nempe, quod cum simus in testamento natura sua revocabili, ita ut nec juramento irrevocabile fieri possit, & omnis actus tollens libertatem revocãdi illum contra bonos mores judicatur, *L. stipulatio hoc modo ff. de verbor. cap. cum Martha de celebration. Missar. L. siquis in princ. 22. ff. de legat. 2.* cum aliis vulgo notis, ac per consequens, quod conjux superstes non poterat per actum factum in vita sua prædictam libertatem sibi tollere, quoniam facilime satisfit interminis propositis prædictam resolutionem locum habere non posse, quoniam versamur in vinculo tertiæ, quæ in nostro Regno indubie quota bonorum judicatur *ex Ord. lib. 4. tit. 82.* prout ita eam nominat Ordinatio, & notat *Valasc. de part. cap 23. num. 25.* in quibus terminis relictum illius legatum censeri debet, & consequenter jam ad propositum convenit superior resolutio, & maxime, quoniam conjugi superstiti non obstante irrevocabilitate vinculi in testamento relicti, poterat testamentũ condere filiam inlegitima ei debita instituendo, quam titulo venerabilitestamento institutionis relinquendum esse, probat *Auth cum de appellat. cognoscitur*, ibi: *Aliud quoque capitulum col. 9* & notat *Faquin. lib. 4. contr. cap. 24. vers. Sed contraria sententia, Pichard. in §. igitur quartam inst. de inofficios. testament. per text. in L. Julianus 26. ff. siquis omissa causa num. 27.* ubi alia jura adducit, & impræsentiarum nobis dubitationem sustulit clausula dictæ dotis, ubi dotatrix reservavit sibi quantitatem sufficientem ad testandum, quæ salvo vinculo in tertia poterat locum habere in aliis bonis ultra tertiam dotatis, ex quibus potius ex dote confirmatio vinculi, quam illius revocatio iuducenda est, & semper sumenda est illa conjectura actum confirmans, ut bene notavit *gloss. in L. fin. in fine Cod. hi qui pæn. nomin.* & probat *L si pluribus 30. ff. de legat. 1.* cum testator à priori voluntate in dubio discedere non vellet *ex regul. L. 3. ff. de probat. L 3. § si duobus, L. alumnæ 30. §. qui filios ff. de adimend.* quæ jura in casu proposito loquuntur.

543 Ulterius secundum jura superius citata circa conjecturam deductam ex alienatione illa, crebrior distinctio proponitur, & à DD. superius citatis approbatur, veluti si alienatio fiat ex causa necessaria, seu voluntaria, & pro causa necessaria exclusiva revocationis considerant, quando alienatio fit pro dotanda filia, ut notant superius citati DD. benequе notavit doctus supplicati Patronus: quibus addendum puto, quod necessitas requisita à DD. ad tollendam conjecturam revocationis non tantum procedet ex debito cõventionali, aut legali, sed etiam antidorali de qua *text. in L. Aquilius Regulus ff. de donat. L. cum plures §. tutor ff. administr. tutor* & ideo quod per donationem remuneratoriam non censeatur legatum revocatum, notat *Tiraq. in L. si unquam verbo donatione à num. 79. Barb. in L. quæ dotis num 56. ff. solut. matr. Cov. in cap. cum officii num. 10. de testament.* Et licet alii contrarium censeant requirentes quod benemerita remunerata debent jus actionis præstare, tamen à dicta resolutione recedi non debet quoad propositum intentum; quoniam licet benemerita non præstent jus agendi, nec obligatio antidoralis, tamen verum est dicere, quod ille, qui ea compulsus rem alienat, non merè voluntariè traditionem illius facit, at ideo cum ex voluntate alienationis conjectura revocationis deducitur, cum hæc non inveniatur, in eoque aliquo compulsus rem alienat, talis revocatio induci non potest, pro qua faciunt quæ *Bart. in dict. L. cum servus ff. de adimend.* Et corroboratur, quoniam dicta jura loquuntur in causa necessariæ alienationis, quæ comprehendit eam, quæ ad usum rei familiaris inservit, & tamen nulla obligatio ex ea resultat, quæ jus agendi præstare valeat, ex quibus sequitur, quod prædicta resolutio proprium locum habet impræsentiarum, licet enim fateri debeat dotatricem licet matrem ad dotandam filiam obligatam non esse, tamen negari non potest multum convenire illius authoritati, honori, & voluntati, filiam bene dotatam esse, & maximè, si sit persona nobilis: igitur sequitur evidenter actum dotandi in matre non ex mera voluntate pendere, sed ex aliis causis, quæ ad dotem constituendam illam obstringant, non omitto, quod per nominationem dicti vinculi factam à conjuge clare ostendet se illud effectum habere velle, & maxime cum nominatio ultra illius vitam extẽdi deberet, durumque est datis verbis expressis ad conjecturas recurri contra *L ille, aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3.*

544 Et denique cum dos simpliciter, & generice constituta fuisset de bonis, quæ dotatrix habebat, solum jus, quod in eis illi competebat, dotare censendum est ex *regul. text. in cap. pastoralis de donationib. L quod in rerum §. 1. L. servi electione §. fin. ff. de legat. 1. L uxor patrui Cod. de leg. Gom. tom. 1. cap. 5. num. 24. vers. tertio infero, & cap. 12. n. 15. Cald. de empt. cap. 10. num. 1. Gam. dec. 195. Covas in cap. filius noster de testament. n. 2.*

Surd.

*Surd. deciſ.* 98. *num.* 28. quod locum habet, etiam ſi jus ſit periturum, *dict. L. quod in rerum* §. 1. *Covas ſupra num.* 2. *Gam ſupra, Gom. L* 18. *Tauri num.* 3. *Cald. dict. cap.* 10. *num.* 2. *Surd. dict. deciſ.* 93. *num.* 28. quæ reſolutio extenditur etiam ad contractum vēditionis, *L qui tabernas, L.ſi cum venderet ff.de contrab empt.Cald ſupra à num.* 1. *Surd. conſ.*13. *num.*1. Cum igitur dotatrix jus tantum haberet in tertias, de quibus contentio eſt, ut illas poſſidere poſſet affectas dicto vinculo, & illarum nominationem facere, hoc jus tantum in eis competens tranſtulit, & dotis conſtitutione filiam dotatam in eis ex facultate conceſſa in inſtitutione nominavit,non autem vinculum revocare velle cenſendum eſt, & hæc quoad primum gravamen.

545 Quoad ſecundum, circa liquidationem tertiarum, & condemnationem fructuum, placet etiam ſententiam confirmare ex fundamentis illius, & quæ doctè allegantur indeliberationibus Senatorum inferioris Senatus, & pro parte R. à docto illius patrono, & etiam quoniam ſecurius eſt valorem illarum ad liquidationem reſervare, ex *Ord. lib.*3.*tit.* 66 §.6.*& tit* 86 §.2. Sic confirmata in totum dicta ſententia. Ulyſſipone 6. Martii 1669. Da Cruz Freyre.

546 Cum Domino doctiſſimo convenire juvat, ex ipſius optimis, & ſolidis fundamētis, eo magis, quoniam ea, quæ ingenioſe nimis, & eruditè ponderavit doctus aggravantis Patronus, directè, & propriè non videntur procedere in hoc caſu,*text enim in L. ſequēs quæſtio* 68. *ff. legat.*2. *juncto text. in L.unum ex familia* 67. § *item Marcus* loquitur de fideicōmiſſo facto in favorem filiorum ab uxore, & quærit, an bona, quæ vivus teſtator in uxorem contulerat, viderentur etiam ſub fideicōmiſſo comprehendi, & reſpondit negativè ex rationibus, de quibus ibi: *Nos autem loquimur de vinculo facto à marito, & uxore in favorem filiorum, cui poſtea vivens uxor dotavit bona ipſa, quæ in ipſius favorem inſimul cum marito vinculaverat,& quæ uxor ipſa ad ultimum uſque diem vitæ ſuæ poterat retinere,& quærimus, an per dationem dotis ſit cēſenda uxor receſſiſſe à vinculo.quod antea fecerat cum marito, & certa, reſpondeo quod non.* Tum ex authoritatibus, & ponderationibus, de quibus ſupra in doctiſſimis deliberationibus,& allegationibus juris;tum,& maxime, quia cum dos reperiatur facta illi ipſi perſonæ, quæ ad vinculum poſt mortem matris vocata erat, nihil amplius fecit mater, quam citius filiam dominam facere maioratus, qui tardius ad filiam deventurus erat ad exemplum *text. in L.poſt mortem* 12.*Cod. fideicōmiſſ* §. *ex contrario verſ. quodſi in diem inſt. de legat.* Probo aſſumptum ſecundo, quoniam mater in ſcriptura dotis fol. 148. eodem modo, & eadem contextura dotavit filiæ bona ſua, atque alia omnia, quæ ad filiam quocumque titulo pertinebant, ut patet f.149.ex medio.Atque bona illa, quæ judicio patris ad filiam ſpectabant, non poterant illi obvenire,quin eſſent vinculata,ut negari non poteſt, ergo mater, quæ eadem contextura, & forma bona ſua dotavit, quæ antea vinculaverat, cenſenda eſt ſub eodem vinculo feciſſe dotem; cum in ſcriptura dotali nullum, datur verbum, quo conjici poſſit matrem diverſa voluntate feciſſe in dotandis bonis ſuis, atque aliis, quæ utique vivens poterat retinere,& dotavit,& dimiſit illico filiæ. Nec objici poteſt vinculum à patre factum non potuiſſe à matre relaxari, ob idque non bene argumentari de bonis patris ad illa, quæ matris erant, quorum vinculum poterat auferre illa ipſa mater, quæ vinculaverat. Quoniam concedo hoc; verum eodem modo,quo mater poterat retinere bona ſua, poterat etiam quoad viveret, retinere bona à patre vinculata, ut patet fol. 8. Aque eodem modo eadem contextura verborum, & eodem judicio dimiſit,& dotavit filiæ mater utraque bona:ergo eodem judicio æſtimanda, & cenſenda dos, & in unis, & aliis bonis,& dicendum vinculum illud fixum manſiſſe, nihil autem per dotem fecit mater, niſi, quod ſupra diximus,transferre ſcilicet in filiam cum ſua cauſa bona, quæ vivens mater poterat retinere.

Proinde viva matre non alio titulo, quam dotis, habuit filia bona, in quibus non poterat intrare vivente illa, ſed habuit ſub eadem cauſa, & ſub eodem vinculo, quod in bonis erat, & quod nulla rationabili conjectura voluntatis, ut cenſeo, ſublatum eſt.

Quoad liquidationem, utique ſententiam Senatus confirmarem, ibi vero in liquidatione poterit deducere aggravatus, ea quæ doctus ejus Patronus exponit fol. 229. Ulyſſipone 7. Aprilis 1669. Noronha.

Bernardus de Mendonça conceſſit in em- 547
phyteuſim Villam da Palmeira anno 1631. & in ultimo elogio, cum quo ultimum diem clauſit extremum, diſpoſuit hac in forma: *E do que ſobejar dos quinbentos cruzados que em eſte meu teſtamento ſe contém, depois de pagos meus legados, ſe compre huma peça de raiz, ou hum foro, o qual ſe dará todos os annos, ou o que render a dita peça, a huma filha que tenho Religioſa em o Convento de S. Bernardo, e iſto ſe lhe dará em ſua vida, porque*

*depois de ſua morte, quero que tudo ſe meta em morgado.* Penſionẽ talis Villæ datæ ad emphyteuſim exegit dicta Monialis, & poſt illius mortẽ, filius vocatus ad maioratum vult dictam penſionem eſſe maioratus. Quæſitum mihi fuit, an in dicta penſione diceretur erectus, & reſolvi negative.

548 Quia non conſtabat de vinculo facto in partitionibus factis poſt mortem Bernardi, ſed tantummodo de exactione Monialis, quæ non ſufficit ad erectionis maioratus probationem, potuerat enim eſſe ex alio titulo, & teſtator noluit vinculare dictam penſionem, quia ſi voluiſſet, declararet, ſe reliquiſſe dictam penſionem ad maioratus erectionem, & non quod empta fuiſſet alia penſio, aut alia bona ex reſiduo quærerentur. Et cum non conſtet de applicatione dictæ penſionis ad maioratus erectionẽ, nec per adjudicationẽ partitionum, ſine qua non poteſt dici pertinere ad maioratum ex *L. ex pluribus 35 ff. de hæred. inſt. L. 2. ff. fam. erciſcund.* Et diximus ſupra *num.* 175. Et ita intelligendus venit *Noguerol alleg* 31. *num.* 127. Quod etiam probatur, quia penſionis valor eſt maior, quam legatum relictum, & cum ex illius quantitate tantum reſervaretur reſiduum, cum de illius exiſtentia non conſtet, non poteſt dici adeſſe pretium, & quantitatem ſufficientem ad emptionem bonorum, ad hoc ut manerent vinculata, nec in dicta penſione poteſt verificari, quia non conſtat de reſiduo, nec de ſubrogatione, atque ita erectio evaneſcit, *L. quod Sabinus §. unde idem ff. de hæred. inſtit. Cæſar Carena reſol. 91. num. 1. ex Caſtill.* Et quando de reſiduo conſtaret, non potuerat comprehendere dictam penſionem, quia jam erat in bonis defuncti tempore teſtamenti, & de illa non fuit loquutus, ſed de emptione futura aliorum bonorum, aut penſionum, & ſi voluiſſet facere vinculum dictæ penſionis, facile erat exprimere, & non mandare, ut alia bona emerentur ad maioratus annexationem, aut erectionem, & debebat ſucceſſor oſtendere vinculum, & ſubrogationem talis penſionis.

549 Joannes de Magalhaens fecit ultimum elogium, in quo reliquit certa bona immobilia nepoti ſuo Petro Alvarez Cabral de la Cerda, cum maioratus vinculo, ad hoc ut annexarentur Capellæ Deiparæ dos Anjos in Villa de Sacavem ſitæ, in his verbis: *E porque de fóra da dita quinta ha alguns Olivaes livres, quero, e ſou contente, que os ditos filhos, que ſerá o mais velho, que ha de ſucceder na dita quinta, os haja para ſi, vinculandoos á dita Capella da dita quinta, de que ao diante farei mais expreſſa menção, e na meſma fórma irá ſuccedendo nella, e velles o filho varão mais velho, para os haverem como adminiſtradores, os quaes ſe naõ poder áõ vender, trocar, empenhar em tempo algum, porque quero que tudo ande junto com a dita quinta, e Capella para ſempre.*

Cætera autem bona reliquit titulo inſti- 55
tutionis hæredis Ludovico Pereira de Barros in forma ſequenti: *Item declaro, que naõ fuy caſado, nem tenho filhos, nem herdeiros forçados, que meus bens hajaõ de herdar, e aſſim poſſo diſpor delles na fórma, e maneira que me parecer, e uſando deſta faculdade inſtituo por meu herdeiro, e teſtamenteiro, na melhor fórma que em Direito poſſo, ao Senhor Luiz Pereira de Barros, de todos meus bens, aſſim livres, como de nomeaçaõ, depois de cũpridos meus legados, para que os haja para ſi, e para ſeus herdeiros, os quaes ſaõ os ſeguintes.*

Antequam teſtator è vita deceſſiſſet ulti- 55
mum diem clauſit extremũ dictus Ludovicus hæres inſtitutus, & teſtator non fecit aliud teſtamentum, & deceſſit relictis duobus fratribus Religioſis profeſſis in Monaſterio Ordinis Deiparæ de Jeſus Ordinis Tertii, qui poſt multorum annorum ſpatium litem fecerunt dicto Petro Alvarez Cabral in Judicio Prætoris Curialis, apud Notarium Emmanuelem Rodericum de Moraes, in qua petierunt ſupradicto Petro dicta bona eo fundamento, ſcilicet, quod inſtitutio hæredis univerſalis caduca fuit ex hæredis deficientia, in vita teſtatoris, & teſtamentum in hac parte eſſe nullum, & caducum, & in alia inſtitutionis maioratus certorum bonorum. Quæſitum mihi fuit, an dictum teſtamentum eſſet nullum, & diſpoſitio caduca eſſet, vel ſuſtineri debuiſſet erectio maioratus, & portio Ludovici caduca eſſet, & omnia bona accreſcerent maioratui, ad hoc ut annexarentur dictæ Capellæ, vel tantummodo relicta Petro, & an in illa parte ſuſtineretur ad minus maioratus erectio. Reſpondi, erectionem maioratus factam ad Petri favorem ſuſtineri non ſolum deberi, ſed etiam alia bona relicta Ludovico accreſcere maioratui ex ſeqq.

Nam licet ſi hæres vivente teſtatore de- 55
ceſſiſſet, & ejus inſtitutio videretur eſſe caduca, *L. unic. §. cum triplici verſ. ea etenim*, ibi: *Vel vivo teſtatore juncto §. pro ſecundo Cod. caduc tollend.* Ubi Imperator caducari inſtitutionem per præambulam mortem hæredis præſcripſit & *in L. eam Cod. fideicommiſſ. Peregrin de fideicõmiſſ. art. 15. num. 19.* eleganter *Ramon. conſ. 100. num. 124. & ſeqq. Girroch. diſcept. 14. num. 1. Quezada Pilo cap. 27.*

num.

*num.* 1. *& seqq.* de qua re etiam *Nos* diximus *in tract. de compet. inter Archiep. & Nunt. p.* 2. *cap.* 104. *per tot. & n.*76.*& seqq.* optime *Torre post tract. de pact. fut. succes. dec.*77. ubi quid in piis.

Et non solum ipsamet institutio, sed & 553 omnes subsitutiones fideicõmissariæ subsequentes caducantur, si hæres institutus præmoriatur ante testatorem, quæ caducatio subsitutionem procedit, & subsequitur ex caducitate primi gradus institutionis, casu quo subsitutio, per quam institutus hæres primo loco gravatus, sit mere fideicõmissaria, & facta per verba mere obliqua, ut multis citatis concludit *Pilo d. cap* 27. *numer.* 17. *&* 18. *& seqq. ad varios casus, & multis Amato variar resol. tom.* 1. *cap* 40. *numer.* 1. *& seqq.* Et in donatario,& quando caducet, vel transmittatur,*Hermosill.in L.*6. *tit* 4. *part* 5. *gloss* 5. *per tot.* & in usufructuario *Salgad. in labyrint. cred. p.*1 *c.*12. *n.*25.

554 Attamen contrarium in hoc casu judicandum esse arbitror, tum quia in his terminis propositis validum est testamentum, tum etiam quia, quando fuisset nullum, ad hoc ut sustineretur dispositio, habebat, ut habet,locum jus accrescendi, ut multis juribus, & DD.exornat *Pilo d cap.* 27. *num.* 24. *& seqq.* eleganter etiam *Otthobon dec.* 203 latissime omnibus citatis omnino videdus *Joseph Roza contr* 34. *Amato var resol. cap* 40. *n* 8 *& seqq Uterque Altograd. Unus Joseph contr. forens* 65. *Alter Pater cons.*77. *lib.*1. de qua re vide etiam *text.in L unic.* §. *pro secundo,* & §. *sin autem Cod. caduc. toll. L si ab eo Cod usufr. leg. L. Thais ff fideicommiss. libert. L. Julianus* 40 *ff leg.* 2. *L.si pater filium ff. vulg. L.* 59 § *si ita scriptum ff hæred. inst. L. qui ex duabus* § *fin. L. re conjuncti ff leg* 3. *Trentacinq. de subst.*4 *p. tit.* 18.*n.* 18. Et vide etiam optime *Gom. var. tom.* 1. *cap.*10. *num.*9. *& vers.* Si testator.Ubi quod si testator vult instituí aliquem hæredem in dimidia parte hæreditatis.& in alia vult mori ab intestato,ut hic,quia scivit hæredem esse mortuum, tota hæreditas pertinet alteri hæredi instituto in maioratu. Et vide circa materiam sententiam sequentem.

No feito de aggravo ordinario de Antonio Borges de Moraes contra Joseph de Faria de Loureiro, e seus filhos, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

555 *Acordaõ os do Desembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz, em julgar, que pertence á A. filha de Dona Valentina a parte da herança de Belchior Rodrigues Botelho, que por morte de sua mulher fora deixada á dita Dona Valentina. Revogando sua sentença,vistos os autos,e disposiçaõ de Direito neste caso, conforme o qual naõ tem lugar nelle a transmissaõ da herança, por senaõ haver deferido á mãy da A que morreo em vida da herdeira instituida,e assim antes de poder ter lugar a substituiçaõ fideicõmissaria, que o testador fizera,nos quaes termos por virtude do direito de acrescer, ficou pertencendo a dita parte da herança á R. tambem substituida, absolvem aos RR. do pedido pelos AA. os quaes paguem as custas dos autos de ambas as instancias. Porto* 4. *de Novembro de* 1670. *Doutor Portugal. Doutor Coelho.*

Et hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

In hoc litigio involvitur subsitutio,quam 566
aliqui appellant compendiosam, & alii fideicõmissariam, quibus assentior. Testator duas fecit institutiones, alteram in persona suæ uxoris, quæ sanè re, & effectu directa fuit, quia facta fuit verbis directis, altera in personis filiarum sui fratris, quæ licet etiam re fuisset directe cõcepta,attamen effectu obliquata est, qua de causa, ut fideicõmissaria valet juxta *L. Scævola ff. ad S. Trebell.* nam ratio postulat , quod quandoquidem non potest valere sicut directa juxta *L.verbis civilibus* 7. *ff. de vulg. & pup.* saltem valeat sicut fideicõmissaria,id est sicut obliqua juxta *d. L. Scævola*, ne pereat voluntas testatoris, quæ totum regit juxta *L. in conditionatibus* 19 *ff. de cond. & demonstr.* Hoc supposito venit examinandum, an in hac subsitutionis specie detur jus accrescẽdi in nostris terminis, aut sit locus transmissioni respectu Mariannæ A. Judicarem jus accrescendi dari, & cessare transmissionem: ratio primæ partis est,quia Valentina, & Maria inter se sorores erant,re,& verbis in conjunctæ in illa secũda institutione, quam fideicõmissariam appello, ut patet ex verbis testamenti fol 8. *ex L. triplici ff. de verbor significat. notant DD.ad L. unica* §. *his definitis Cod. de cad. toll. & ad* §. *si eadem res inst. de legat.* In quibus terminis datur jus accrescendi,aut jus non decrescendi, ut aliqui volunt, casu quo aliquis ex cohæredibus suam portionem non adivit, quia noluit, aut quia non potuit, quod procedit non solum in institutione,sed & in subsitutione in terminis nostræ subsitutionis fideicõmissariæ,notat *Gom.*1.*var cap.*10.*num.* 23. ubi tradit, quod portio vacans non manet penes hæredem gravatam, sed cohæredi accrescit,*ex L filius famil.* §. *Divus ff. legat.*1. cum aliis, & ampliat ad casum, quo non essent re, neque verbis conjunctæ, *ex L. unica* §. *his definitis Cod. de caduc. tollend.* Unde

cum soror Valentina suam partem non adivisset, eo quod præmortua fuit, antequam adire potuisset. Igitur necessario alteri sorori Mariæ accrescere debebat portio vacans.

Ratio secundæ partis est, quia certum est
557 in jure, quod hæreditas non adita non transmittitur juxta vulgaria. Unde cum Valentina non adiret suam partem, illam non potuit transmittere ad Marianam, nam licet supra posita certa propositio in suis hæredibus, prout sunt filii respectu patris attento utroque jure, & filii respectu matris attento jure novo *Cod. & auth.* attamen talis limitatio procedit, quando patri, aut matri delata est hæreditas, tunc verum est, quod ratione suitatis transfertur jus adeundi ad filios, quamvis pater, aut mater non adivisset, notat in terminis *Gom. 1. tom. var. cap. 9. num. 7.* A verò in nostris terminis nunquam Valentinæ hæreditas fuit delata, quoniam tempore mortis adhuc hæreditas residebat penes uxorem defuncti, quæ hæres in solidum extitit, si enim foret tantummodo usufructuaria, tunc dicerem, quod statim delata fuit hæreditas fideicommissariis, & tantum suspensa fuisset executio, sed ita non est, immo uxor extitit vere hæres juxta tradita per *Phæb. 1. p. decis. 59. num. 2.* Igitur nullum jus erat radicatum in persona Valentinæ, & ideo nil transmitti poterat ad Marianam filiam.

Neque obstat, quod Valentinæ competebat
558 illa spes succedendi, quam transire debere ait patronus ad A. quia respondetur non procedere in ultimis voluntatibus, in quibus spes non transit, sicut transit in contractibus, & de his loquuntur jura ab eo relata, hinc venit, quod legata conditionalia mortuo legatario pendēte conditione non transmittantur, *L. legata 41. ff. condit. & demonstr. L. hæres 79 ff. eod.* quoad nostrum intentum *text. capitalis in L. unica §. sin autem vers. quod si in medio Cod. de cad. toll.* Ita judicarem absolvendo RR. revocata sententia Judicis. Portu 26. Novembris de 1669. Doctor Coelho.

Difficilis in hoc processu disputatur quæ-
559 stio, quam Academico more enucleare, & resolvere desiderabam, breviter tamen ab illa me expediam, tota consistit in eo, an in præsenti jus accrescendi transmissionem impediat, vel an transmissio jure accrescendi sit fortior.

Melchior in suo ultimo elogio uxorem Ursulam universalem instituit hæredem, ut constat fol. 7. vers. eamque gravavit, ut post mortem suam restitueret hæreditatem consobrinis Valentinæ & Mariæ, quas fideicommissarias substituendo hæredes nominavit, ut patet fol. 8. vivente adhuc Ursula, decessit Valentina, & familiam reliquit, quæ virtute transmissionis partem postulat hæreditatis, eamdemque juris accrescendi potestatem Maria vult retinere.

In hac facti specie judicarem convenien- 560
do cum præcedenti Domino, quod transmissio sibi non vendicat locum, eo quod si aliqua ex tribus transmissionibus à DD. recognitis, & explicatis *ad L. 1. Cod. de cad. toll. & ad L. unic. Cod. de his qui ante apert.* in præsenti casu poterat locū habere, esset transmissio ex potentia sanguinis, atqui nec virtute hujus transmitti valet portio hæreditatis, siquidem non nisi ex substitutione poterat deferri Valentinæ, cui ex illa minime delata fuit, certum ergo fit transmissionem hic practicari non posse, faciunt quæ *Valent. 1. illustr. tract. 1. cap. 2. num. 11. & 12. in fin. lib. verbis.* Quod portio hæreditatis non fuit delata Valentinæ, patet evidenter, quoniam tantummodo fuit vocata per substitutionem fideicommissariam, & tempore hujusmodi substitutionis in rebus humanis non erat, & ita nullius momenti est fideicōmissum datum ei, qui tempore dandi in rebus humanis non est, ut ait *J. C. in L quidam referunt 14. ff. de jur. codicillor. & in L. 4. ff. de his quæ pro non script.* optime *Valent. ubi supr. n. 16.*

Deinde ex eo, quod Valentina fuit voca- 561
ta post mortem Ursulæ, sequitur, quod fuit vocata, si illi supervixisset, & ita cum præmortua fuit, nihil transmisit, quasi institutor sub conditione, quæ defuit, *text. est in L. hæres meus 79. §. 1. ff. de condit. & demonstr. L. 4. quand. dies legat. ced. Valasc. cons. 122. num 2. & 3.* De transmissione spei non est curandum, ex his quæ præcedens Dominus, junctisque *Ant. Perez. in parat. ad tit. Cod. quando dies legat n. 4.*

Jus accrescendi impræsentiarum viget, 562
portio namque deficiens portioni accrescit, ne scindatur imago testatoris, ut alibi late jam explicavimus ex latius, & subtiliter, & solide adductis per doctissimum *Valent. 1. illustr. tract. 1. cap. 1. & 2.* Revocetur ergo Judex. Portu 4. Novembris 1670. Doctor Portugal.

A qua sententia fuit gravamen interpo- 563
situm ad Supplicationis Senatum, ubi fuit cōfirmata: Judices. Ribeyro. Doctor Gouvea.

Et fundata fuit in deliberatione sequenti. 564

Dispositio testamenti fol. 5. compendiosam continet substitutionem, cujus formam legislator Lusitanus exposuit in *Ord. lib. 4. tit. 87. §. 12. ibi: E quando quer que elle falecer, ou depois de sua morte, seja herdeiro*

Pau-

*Paulo*: quo ſuppoſito licet juris principia doceant, quod hæreditas non adita non tranſmittitur, ut ego fateor, *ex text. in L. unic. §. in noviſſimo Cod. caduc. toll. L. quoniam ſororem Cod. de jur. deliberandi.* Verum hæc regula non procedit in fideicõmiſſario, poſtquam hæres primo loco inſtitutus hæreditatem adivit, quia ita adita, licet fideicõmiſſarius decedat ante reſtitutam ſibi hæreditatem, ut ſuccedit in præſenti, eam tranſmittit ad hæredes, ut probat *text. in L. cogi 16 §. idem Mitianus ubi gloſſ. L. Seius Saturninus 46. L. poſtulante 45. ff. ad Trebell. L. cum ſecundum 3. Cod. de fideicõmiſſ. L. unica §. in noviſſimo Cod. de caduc. tollend.* Rationem differentiæ eleganter exponit *Anton. Gom. vir ſubtiliſſimus, ac doctiſſimus var. lib. 1. cap. 5. num. 9. uſque ad 10.* quos hic non congero, quia dicto loco videri poterunt, hanc ſequitur reſolutionem *Cov. in cap. Raynaldus §. 1. num. 3. de teſtam.* alios multos refert, & ſequitur *Pichard ad text. in §. reſtituta num 37. uſque ad 38. Inſt. de fideicõmiſſ. hæreditatib.* Quare ex hoc capite non poterat à fideicommiſſi ſucceſſione excludi Mariam.

565 Alio tamen de capite illam excludendum eſſe cenſeo, quia fideicõmiſſum relictum fuit ejus matri ſub conditione, nempe poſt mortem hæredis, quæ diſpoſitio diem incertum continet, plane dies incertus loco conditionis habetur, *L. dies incertus ff. condit. & demonſtr. Valaſc. conſult. 122. num. 15. L. hæres meus ff. condit. & demonſtr. Gom. var. dict. tom. 1. cap. 5. num. 9. verſ. idem eſt, L. unica §. ſin autem Cod. caduc. tollend. Galganet. de condit. & demonſtr. p. 1. cap. 4. nnm. 3.* Conditione non purificata in vita hæredis, vel fideicommiſſarii nihil ad hæredes tranſmittitur in omni diſpoſitione, *L. unica §. ſin autem Cod. caduc. tollend.* & eſt ſatis notum. Igitur cum fideicomiſſaria ante conditionis implementum deceſſit, quia tunc temporis, quod tranſmitteret non habebat, nullum jus actrici competit ad poſtulandum hoc fideicommiſſum, quia ſpes in ultimis voluntatibus non transfertur, *L. unica §. ſin autem Cod. caduc. tollend.* & eſt vulgare. Fiat ergo locus juri accreſcendi, ut placuit doctiſſimis Dominis inferioris Senatus. Ulyſſipone 15. Decembris 1672. Doctor Gouvea.

Convenio. Ribeyro.

566 Neque obſtant, quæ diximus de caducatione gradus, aut ſubſtitutionis, quia procedunt in diſpoſitione conditisnali, circa bona libera, & ſecundum voluntatem teſtatoris. Non vero in erectione, aut inſtitutione maioratus, in qua deficiente primo vocato, & præmortuo in vita inſtitutoris non caducat, nec ceſſat maioratus erectio, ſed includitur ſecundus vocatus, ad quem tranſit ſucceſſio non obſtante primorum graduum caducitate, ut probant *Mier. de maior. 2. p. q 10. num. 1. Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. num. 39. Add. ad lib. 1. cap. 1. num. 17. verſ. ex quo, & probat text. in L. unic. §. pro ſecundo, & §. ſin autem Cod. caduc. tollend. qui loquitur in fideicommiſſis, & L. 3. §. fin. ff. liber. & poſth. L. cum pater 77. §. cum pater ff. leg. 2. L. ſi ab eo 9 ff. uſufr. leg. Bart. cõmuniter ſecutus in L. quandiu ult. num. fin. ff. acquir. hæred. Fuſar. de ſubſt. q. 469. num. 37.* Et propter eandem rationem in maioratibus idem profitentur. *Molin. ſupra, & lib. 1. cap. 1. num. 17. & utrobique ejus Add.* dicendo regulam eſſe tritam, cum pluribus *Caſtill. lib. 3. cap. 15. num. 45. & tom 6. cap. 181. num. 45. Amat. var. reſol. cum multis cap. 40. num. 8. & ſeqq. & reſol. 30. per tot.*

Atque ita ſuccedit ſequens in gradu, tam- 567
quam ſi præcedens vocatus non fuiſſet illo ſublato de medio, *L. pater filium, & ibi gloſſ. ff. inoffic. teſt. L. 1. §. ſed & ſi patronus. & L. ſi pater ex duobus 9 ff. conjung. cum emancip. lib. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. numer. 29. Caſtill. d. cap. 15. num. 45. 46. 47. & 48. Amat. ſupr.*

In ſubſtitutione enim fideicõmiſſaria, ſicut 568
eſt vocatio in maioratibus comprehenditur tacite ſubſtitutio vulgaris, ita ut ſequentes ſubſtitutiones tunc locum habeant, quando primæ locum ex quocunque capite habere non poſſint, ut docent *Menoch. conſ. 944 num. 39. Caſtill. d cap. 15. num. 45. ad fin.* & quare *Fuſar d q 469. n 37. verſ. & ultra, & num. 39. & 40.* explicat.

Probatur etiam, quia nulla caducitas eſt 569
maior, quam illa quæ impedit tranſmiſſionẽ propter non adimplementum conditionis, *L. unic. §. ſin autem Cod. caduc. tollend.* cum multis *Fuſar. q. 490. num. . & ſeqq. L. unic. ubi gloſſ. Cod. de his qui ante apert. tabul. L. ſi ita legatum §. ille volet, L. ſi cui §. hoc autem ff. leg. 1. Rovit. conſ. 77. n. 11. Gom. var. tom. 2. cap. 5. n. 9. Magon dec. 82. n. 17.*

Et tamen ſi invenitur vocatio non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita, aut conjecturata, circa hæredes gravati, etiam in caſu quo non adimpleverit conditionem, datur tranſmiſſio fideicomiſſi, aut maioratus, quia teſtator poteſt facere tranſmiſſibile, quod de ſui natura non eſt tranſmiſſibile, cum multis *Mantic. de conject ult. vol. lib. 11. tit. 20. num. 8. & 19. Menoch. conſ. 219. num. 14. Fuſar. d q 490. num. 49. & ſeqq.* eleganter *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 15. num. 29.* Atque ita non caducat

maioratus erectio, nec successorum vocatio, ut pluribus respondens ad contraria citata in princip. concludit *Amat. var. resol. d. cap. 40. num. 8. & seqq.* Sed transmittitur ex tacita voluntate testatoris, & institutoris, etiam vocatio, & erectio conditionalis ex conjecturis probata, ut *ex Bald. in L. unic. num. 10. Cod. de his qui ante apert. tabul. Cravet. cons. 62. in fin. Peguer. dec. 102. num. 11. Cancer. var. 3. p. cap. 21. numer. 89. Ramon. cons. 74. n. 11. Censal. ad Peregrin. in respons. 2. ad art. 25. vers. dico, & exemplificat Ramon supra n. 10. Fontan. de pact. nupt. claus. 5 gloss. 10. p. 2. num. 42. Cancer pro n. 244. & 268.* optime *Marescot. var. lib. 1. cap. 23. num. 13.* ubi de conjectura ex filiorum vocatione, & *idem Fontanell. n. 43.* ad alium casum, circa positos in conditione, & quando digressus fuit ad plures gradus substitutionis, *Menoch cons 333. numer. 27. Ramon cons. 76. num. 15.* licet contrarium teneant *Mantic. dec. 125. numer. 2. Peguer. d. dec. 102. num. 1.* Quia convincuntur, *ex Codic. Fabian. lib. 6. tit. de fideicomiss. diffin. 38. Cancer. d. cap. 21. num. 89.* & rationem præstat *Ramon cons 74. num 23. & vide num. 16.* Secus in casu sequenti, in quo consultus fui, & contra transmissionem, & perpetuam erectionem resolvi.

370 Anno à nativitate Domini nostri JESU Christi 1656. Franciscus Martins Romeu fecit ultimum Elogium, in quo ita disposuit: *Instituo, nomeyo, e declaro por meu herdeiro, a meu irmaõ Lourenço da Costa Romeu, e abaixo declararei as principaes propriedades, que tocaõ a esta herança, e por sua morte ordeno, que estas propriedades fiquem a seu filho Francisco Romeu, e se este, ou naõ casar, ou casando naõ tiver filhos, quero que estas propriedades fiquem á irmã de Francisco Romeu, chamada Felippa da Costa, minha sobrinha, e naõ tendo a dita Felippa da Costa filhos, ficará tudo á segunda filha de meu irmaõ, chamada Paula da Costa, e se naõ esta tiver filhos, ordeno que as propriedades vaõ a meu sobrinho o Padre Manoel Gomes, o qual as administrará para se sustentar, ou acodir a sua mãy, ou a sua tia Freyra, suas irmãs, e suas primas, e por morte de todas vaõ á Misericordia desta Villa de Setubal, e quero que estas substituiçoẽs por qualquer fórma de palavras, que sejaõ, valhaõ como direitas, e tambem como indireitas, quanto aos effeitos que ouver nas indireitas, que forem em favor de minha vontade, e finalmente como pupillares, exemplares, emilitares, de todo o melhor modo, que pódem, e devem valer, sem ficar liberdade a nenhum herdeiro de tirar a quarta Trebellianica.*

Cum hac dispositione dictus Franciscus ultimum diem clausit extremum, & illius virtute Laurentius accepit possessionem bonorum, & per ejus obitum successit ejus filius Franciscus Romeu, qui nuptias contraxit, cum Maria da Silva, & ex matrimonio utriusque, nata fuit filia Elisabet Maria, quæ supervixit, & post mortem patris bona venerunt in judicium divisorium, & dictæ Elisabet adjudicata fuerunt, & cum è vita decederet absque filiis, filius Philippæ da Costa Bernardus da Silva Cabral, vult petere dicta bona, ut maioratus, & propter perpetuitatem fideicõmissi ad eum transmissibilis ex defectu filiorum Elisabet, vult succedere virtute substitutionis, & perpetuitatis fideicõmissi, ad hoc ut censeretur erectus maioratus. Et videbatur dicendum, ita esse judicandum, quia cum testator digressus fuisset ad plures gradus substitutionis ordine successivo, repetitur conditio sine liberis posita primo vocato cæteris substitutis ad perpetuitatem inducendam, ex conjecturata mente defuncti, *L. cum pater § ab instituto ff. leg. 2. unic. §. 2. & §. ne autem Cod. caduc. toll. Gam. dec. 224. num. 4. 13. & 15. Ægyd. in L. Titia p 3 num 30. & 31. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 6. num. 16. 18. & 28. Reynos. observ. 64. num. 33. & 37. & ibi Add. Rovit. cons 34. n. 2. & ibi Altimarus in observat. n. 14. Rosa consult. 40 per tot. & 42.* 371

*A consilio enim 21. Oldrad.* receditur ex conjecturis perpetuitatis, *Farin. dec. 181. n. 4. & 5. & ibi explicat cum aliis Castill. lib. 4. contr. cap 9 num 36. & lib. 5. cap. 89. num 27. & seqq. Rovit. cons. 34 num. 2.* eleganter exornat *Rosa consult. 40 per tot.* 372

Quando enim dispositio habet tractum successivum, non sufficit momentaneum implementum, sed requiritur perseverantia; & conditio si sine liberis opposita primo censetur repetita, in cæteris substitutis, & descendentibus, *Greg. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. verb. El mas propinquo, Molin. ubi supra, Mier. de maior. 2. p. q. 12. vers. fortius dico, & vers. Ego, Menoch. lib. 4. præs. 69. n. 11. ad fin. vers. ex prædict. & cons. 1195. num. 17. vers. quart. Thesaur. dec. 96 Rot. apud Farin. dec 195. n. 14. p. 1. in noviss. Anell. Amat. cons. 100. n. 31.* 373

Quæ conjecturæ inveniuntur, & deducuntur ex nostra dispositione. Nam cum testator fuisset digressus ad plures gradus substitutionum, videtur dicendum institutum esse maioratum, & fideicõmissum perpetuum, ut *late diximus forens. cap. 4 num. 207. Fusar. q. 480. numer. 49. & 55. Leon. dec. Valent. 60. n.* 374

Secunda conjectura elicitur ex verbis relatis, ex quibus inducitur substitutio compendiosa, *Gloss. magna in L. ex testamento Cod. de testament. militis. Bart. in L. Centurio n. 9. ff. vulgar. Menoch. cons. 325. lib. 4. numer. 6. Castill. dec. 132. num. 33. Valasc. cons. 54 num. 4. Censal. ad Peregrin. art. 34. num. 1.* eleganter exornat *Rosa consult. 42. per tot.*

Et in dicta substitutione compendiosa, comprehenditur etiam vulgaris, id est, ut capiat à primo instituto, casu, quo medii gradus caducentur cum fideicõmissaria, ideſt, ut substitutus capiat per fideicõmissariam ab antecedente substituto, casu, quo ipse succedat, & postea deceda t sine liberis, *Bart in d. L. Centurio num 32. Peregrin. de fideicõmiss. art. 34. n. 14. Valasc. cons. 54 num. 4. Fontanell. dec. 41. n. 6.*

Et etiam pupillaris in verbis relatis datur, in qua idem procedit, *Ord. lib. 4. tit 87. §. 12. Gom var. p. 1. cap. 7. Cost. in cap. si pater p. 1. in princip. n. 13.*

Et quæcunque substitutiones, de quibus agitur, comprehenduntur sub compendiosa, ex qua conservatur natura rei ad hoc, ut unaquæque producat effectum in suo casu, ac si simpliciter, & de per se contineretur, scilicet, vulgaris, ad hoc ut substituti succedant in casu præmorientiæ, & fideicõmissaria ex qua succedatur post agnitum legatum, *Menoch. cons. 326. n. 101. Trentacinq lib. 4. cap. 7. Fusar. q. 499.*

Et in his terminis inducitur fideicõmissum reciprocum, & perpetuum, ut multis tradit *Fusar q. 480. num. 72 & num. 91. vers. secundus casus*, late *Rosa d. consult. 42. n. 3 & seqq. & per tot.*

Tertia conjectura deducitur, ex qualitate bonorum relictorum, quia erant una Villa, & domus magnæ, ex qua censetur testatorem voluisse, ut non extingueretur fideicommissum, per superexistentiam liberorum gravati, sed in omnibus repeti conditionem, si sine filiis, ut talia bona in familia remaneant, ut respondit *Paul. de Castr. cons. 344. numer. 2. vers. Nam istud, Menoch. cons. 1195. numer. 20 & 21 Fusar. d q. 480. numer. 76 & 77. Leon. dec. Valent. 60. num. 11. observ. ad Rovit. cons. 34. n. 17. Rosa cons. 40. num. 6 & 9 & optime n. 20.*

Quarta conjectura probatur, quia positi in conditione habent vocationem dispositivam, & in hoc casu non procedit *cons. 21. Oldrad.* quia si descendentes sunt vocati, inducta est successiva substitutio, & successivum gravamen inter eos, ut unus alteri perpetuo restituat hæreditatem, & primo moriente cum liberis non potest fideicómissum, aut maioratum expirare, *Molin d. cap. 6. num. 18 & alii citati num. 571.* & probat *Rosa d. consult. 40. num. 12. & seqq. & consult. 42. n. 24. & seqq* & ita tradunt in specie citati à *Rovit. cons. 34 n. 2.*

Quinta conjectura est manifesta, ex prohibitione deductionis quartæ Trebellianicæ, ex qua testator voluit, se velle hæredem teneri restituere tem integram substituto, ut tenet *Menoch. lib. 4 præs. 68. num 15. Leon dec. Valent. 60. n. 12.* de ratione *Rosa cons. 40. n. 8.*

Sexta conjectura deducitur ex verbis: *Por morte de todos vá á Misericordia*: ex quibus comprehenduntur omnes ordine successivo, ad hoc ut post omnium mortem pertineant bona ad locum pium, in quo tantummodo bona remanere debent libera ex dictis *á Cast. l. 2. contr. c. 22. n. 44. & seqq & l. 5. c. 93. §. 1. & seqq.* Et posita in fine refertur ad antecedentia *Molin. lib. 1. cap. 13. n. 29. Men. cas. 64. n. 21. Rosa cons 40. n. 16.*

Septima ex perpetuitate inducta, *ex Fusar. d. q 480 num. 63.* quæ inducitur ex verbis, *todos, L hoc articulo ff hæred. instit. Menoch. cons 156. n. 13. Surd. dec. 265 n 30. Rosa cons. 40 n 6.*

Alias conjecturas vide *per Fusar. q. 480. per tot Leon dec. Valent. 60. num. 1. & seqq. Altimar. in observ. ad Rovit. cons. 34. numer. 14. & seqq.* eleganter *Rosa consult. 40. per tot.*

Sed his non obstantibus contrarium resolvi, tum ex dictis num. 472. & seqq. tum etiam, quia gravatus restituere fideicõmissum, cum cõditione si sine liberis decesserit, sufficit, quod nascantur, & si post mortem patris moriantur, ut substitutum excludant à fideicõmisso relicto hac conditione, etiam si sit substituta Ecclesia, vel locus pius, ut *multis juribus & DD diximus forens cap. 4 num. 35 & 36.* & quinque legibus probat *Peregr. de fideicõmiss. art. 29. num. 13* & in fortiori casu contra nepotem, est *text. in L. 1. Cod de cond. insert.* & est *text. elegans, & expressus* etiam intervenientibus conjecturis perpetuitatis *in Auth. de restit. fideicõmiss. tit. 9 coll. 9.* & per hunc respondens ad contraria est videndus *idem Peregr. d. art. 29. num. 38.* ubi multos refert, & secundum hanc authenticam judicatum refert *Gloss. Parisiens quam refert Ramon. cons. 100. num. 97. Cutel. dec. 28. num 54.* ubi etiam judicatum testatur, & etiam sunt videndi, quos refert *Fusar q 480. & ultra eos Marth. de succes. leg p. 4 q. 21. art. 4. n. 14. & seqq Rovit. cons 34. Bardelon. cons. 13 num. 18 & cons. 93. Surd cons. 554. Castill tom. 5. cap. 86. Add ad Molin. lib. 1. cap. 6 num. 16 & 17. Cassanat. cons. 4. num. 116.*

Leon.

*Leon. dec. 60. Aponte dec. 39. Merlin. dec 97.*

587 Ratio est, quia fideicommissi nostri verba respiciunt tantum casum, quo instituti decederent sine filiis, ergo eo ipso quod ipsi decesserunt cum filiis, est expiratum fideicõmissum, nec est curandum de contemplatione familiæ, nam ipsa est contemplata in casu mortis gravatorum sine filiis tantum, & sic non debet extendi ad casum, quo mortui sint cum filiis, ut tenet *Altimar. in observ. ad Rovit. consil. 34. num. 1.* ubi explicat, & ampliat multis modis, *ex Menoch. consil. 1216. ubi refert 33. Authores pro hac opinione, Cassan. consil. 2. num. 41. & 42. Galeot. lib 2. contr. 24. 25. & 26. Thoro vot. 97. lib 2. Sperel. dec 151. lib. 2. Marant. respons. 12. num. 5. & 82. Andreol. consil. 289. Fusar q 480 num. 22. Ramon. consil. 100. num. 87. & 95. Caren. resol 252. Cyriac. contr. 281. num. 47. 53. 56. Redenasc. consil. 30. num. 54. Castill lib. 5. cap. 92. num. 5. 12. & 15. Cirroch. forens. cap. 61. n 61. Giovan. consil. 97. num. 9. Botiller de succes. ab intest. theorem. 3. num. 38. Mart. de succes. leg. 4. p. q. 21. art. 4 numer. 12. & 13. Marota forens. cap. 12. num. 3. Capyc. Latr. dec. 108. n. 14 & dec. 146 n. 1.*

588 Et in nostris terminis, vocatus, seu substitutus, sub conditione si primus institutus non habuerit liberos, non potest succedere liberis existentibus, vel quatenus durat spes eos habendi, *L. Lucius ff. hæred. instit. L. ex facto §. siquis autem ff. ad Trebel.* per quæ jura id dixit *Bart. in L liberorum num. 18. ff. verbor. sign. & pro ista Bart. doctrina est text. in L. inter agnatos §. fin. ff. und. leg cum aliis ponderatis per Molin lib 3. de primog. cap 10. num 20. Fontanel. de pact. nupt. 2. p. claus 6. gloss 3. num 24. optime Gam. dec. 27. num 8. Gratian forens. cap. 774 num. 4 & 5. Mastrill. dec. 266.*

589 Neque obstant in contrarium adducta. Nam præsumptiones non impediunt extinctionem fideicõmissi contra testatoris voluntatem, & etiam illis intervenientibus per supervenientiam filiorum expirat fideicõmissum, & non habet locum substitutio sequens, ut *est text. in d. auth de rest. fideicommiss.* & est cõmunis resolutio, prout testatur *Rovit. d. consil. 34. num. 4 & seqq & ibi observat. & optime Leon. d dec. Valent 60. num. 16 & seqq. tom. 1. Rosa consult. 42. num. 33. & seqq.* ubi optime.

590 Conjecturæ enim non sufficiunt ad fideicõmissum inducendum, nisi quæ sint necessariæ, expressæ, aut valde probabiles, & in jure scriptæ, quia voluntas testatoris non sufficit ad inducendum fideicommissum, nisi transierit in dispositionẽ, ut exornat multis juribus, & DD. *Leon. d. dec. 60. lib. 1 num. 17. & seqq & num. 29. judicatum*, & in nostro casu est *text. expressus in L. 1. Cod. cond. insert.* ibi: *Nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur*, eleganter *Rosa consil. 42. numer. 33. & seqq.*

Neque in hoc casu obstant conjecturæ à nobis propositæ, & consideratæ. Nam ad primam, de digressione ad plures gradus substitutionum, de qua *n.* 574. respondetur, non sufficere ad inducendum fideicõmissum perpetuum, sed ad hunc effectum communiter est reprobata, *ex Mantic. lib. 11. tit. 3. n. 13. de conject. ult. vol Menoch. de præs. lib. 4 præs. 76. num. 53. Farin. dec. 486. num. 6. & seqq. tom. 2.* ubi optime, & de ratione *& tenent alii citati à Fusar. d q. 480. num. 56. cum aliis Cutel. dec. 28 num. 54. vers. nec etiam obstat progressus, optime Ramon consil. 100 n. 69. Leon. d. dec. 60 num. 36. & seqq.* optime in fortiori casu de substitutione in infinitum, *idem Ramon. consil. 61. n 38.*

Ad secundam de substitutione compendiosa relata *n. 575. usque ad 579.* respondetur, quod in nostro casu solum invenitur fideicõmissaria substitutio comprehẽsa absque substitutione vulgari, quia quando substitutio compendiosa invenitur scripta cum verbis obliquis in omni tempore, solum comprehenditur substitutio fideicõmissaria, *Menoch. de præs. lib. 4 præs. 52. num. 17. Trentacinq. de subst. p. 4. cap. 7. num. 18. vers. imo non continet, Cæphal. consil. 793.* ubi dicit communem, *Intigriol. de subst. q. 13 q. 22. num. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 34. n. 6. & seqq.* late *Rosa consult. 42. per tot.*

Quæ resolutio est constans in nostro casu, quia verba substitutionis sunt: Instituo, nomino, declaro, ordino, relinquo, multoties repetita in institutione, & substitutionibus, ut ibi: *Fiquem, ficará*, quæ verba posita in substitutionibus sunt obliqua, ut in terminis tradit *Rota apud Durand. dec. 339. p. 1. num. 60 & seqq.* ibi: *Verbum per quod fuit facta substitutio Alphonsi, est obliquum cum idem importet, quod verbum lego sive relinquo quæ sunt verba obliqua.* Idem tradit *Menoch. consil. 483. numer. 6.* optime *Angel. consil. 158. num. 5. Ripa in L. Centurio num. 98 ff. vulgar.* de qua re vide late *Rosa consult. 42. num. 6 & seqq.*

Et licet in nostra dispositione inveniantur verba cõmunia, inducta per substitutiones, & alia, *L. jam hoc jure 4. vers. sed si aliter,* ibi: *Hoc communi verbo ff. vulgar.* ubi notat *Bart & cæteri, Nata consil. 68. numer. 4* Quibus intervenientibus invenitur comprehensa

hensa substitutio vulgaris, *ex Peregrin. de fideicommiss. art. 34. num. 16 & 67. Surd. dec. 38. n. 9. Menoch de præs. lib. 4 præs. 53.*

Nihilominus tamen verba communia posita in substitutione rei certæ obliquãtur, & tantummodo comprehenditur substitutio fideicõmissaria, ut notarunt *Bart. in L. Centurio num. 18 ff. vulgar. Castr. cons. 16. num. 7. optime Trentacinq. de subst. 4. p. cap. 2. num. 17. eleganter Beroi. cons. 102. num. 34. vol. 2. Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 12. in noviter auctis vers. hinc Farin. dec. 231. lib. 3. num. 2. Serraphin. dec. 584. num. 2. lib. 1. Durand. dec. 239. num. 67. & seqq. & est text. in terminis in L. Lucius 88. §. filiam ff. leg. 2.* Ubi pater instituit filiam suam hæredem, & substituit nepotem, & casu quo non fuisset hæres, pertineret ad libertos medietas fundi: Dubitatum fuit; utrùm si filia, & nepos ultimum diem clauderent extremum, antequam è vita decessisset testator, & successisset alius nepos testatoris ab intestato, pertineret ad libertos medietas fundi? Et respondit J.C. his verbis: Videri legitimorum fideicommissum esse, ut eis præstarent. Atque ita licet libertis deberetur dimidium fundi, fuit per viam fideicõmissariæ substitutionis, & non per substitutionem vulgarem, quia quamvis verba fuissent cõmunia, & ut talia concepta, tamen cum substitutio fuisset de certa fundi parte, resoluta fuerunt verba communia in obliquis, & ita sola comprehensa fuit substitutio fideicõmissaria, sicuti in nostro casu, in quo relicta fuerunt bona certa, ut Villa, & domus, & licet fuisset vulgaris, extincta fuit per acceptationem primi vocati, *L. si mater §. fin ff vulgar. L. post aditam Cod. de impuber. Peregr. art. 15. num. 3. Mantic. de conjectur. ult. vol. lib. 5. tit. 2. in fin. Thesaur. dec. 127. num. 8. Faquin. contr. jur. lib. 4. cap. 64. Fusar. q. 65.* de qua re est videndus *Rosa consult. 42. per tot.*

6 Neque subsistere potest, quod possit considerari substitutio vulgaris in fideicõmisso, ad hoc ut præmortuis intermediis substitutis, veniat ad successionem ultimus per vulgarem comprehensa in compendiosa, ex dictis *à Fontanell. dec. 40. num. 13.* Quia istud genus, aut species substitutionis vulgaris in fideicommisso, non agnoscitur in jure, quia non invenitur text. de illa loquens, sed tantummodo aliqui DD. ut inquit *Cassanat. cons. 3. num. 28.* & non solum absque ratione juris, sed est contra *d. L. post aditam Cod. de impuber.*

7 Et quando substitutio ultima judicaretur, ac si immediate facta fuisset, & ex hoc prætextu non caducassent ultimæ propter caducationem substitutionum intermediarum, *ex L. unic. §. pro secundo, & §. sin autem Cod. caduc. tollend. Fusar. q. 469. num. 37. & 73. & ex L. quandiu ff. acquir. hæred. Præt. de interpret. ult. vol. dub. 4 fol. 2. num. 1.* Ob id quod videatur testator deficientibus mediis gradibus ulteriores substitutos specialiter vocasse, etiam casu quo medii gradus caducarentur, *d. L. unic. § pro secundo,* ibi: *Nisi, & in hunc casum.*

Adhuc nostra resolutio est vera, quia eadem caducatio substitutionum intermediorerũ, quæ considerari potest, facit caducat sequentes, & ultimas substitutiones, virtute quarum substitutus prætendit bona relicta, quia unæ in nostro casu dependent ab aliis, & quando anteriores caducant, caducant sequentes, & ultima dependens ab illis, *L. si mater §. 1. L. qui habebat ff. vulgar. Mastrill. dec. 266. Castill. tom. 6. cap. 181. n. 44. Cassan cons. 2 & 3.* 598

Et quando substitutiones sunt inter se connexæ, & dependentes, ut in nostro casu, idem tenent *Conan. lib. 9. comment. cap. 7. pag. 388. lit. B. & C. Paris. cons. 18. num. 7. & cons. 86. num. 5. Cassanat. cons. 2. num. 33.* 599

Et quando substitutiones sunt ipsorum bonorum, ut in nostra specie, idem tenet *Cassan. d. cons. 2. num. 37. & 38. Hond. cons. 65. num. 34. vol. 1 & cons. 54. num. 37. vol. 2. Mastrill. d. dec. 266. num. 3. & 6. Menoch. cons. 1137. num. 71. & 72. Castill. dec. 151. n. 25.* 600

Eo maxime, quando sumus in defectu cõditionis, juncto cum caducitate relata, quo casu extra dubium est, non admitti ultimum substitutum, cum multis *Oldrad. cons. 177. Surd. cons. 170. num. 10. Decian. cons. 91. num. 11. Sesse dec. 50. num. 8. usque ad 30. lib. 1. Gratian. forens. cap. 774. num. 9. Cassan. cons. 2. num. 3. Suelas cons. 47. Castill. d. cap. 181. num. 45. Censal. ad Peregr. art. 5. vers. 6. Ramon. cons. 30. num. 21.* & fundatur in dispositione *text. in L. qui habebat 47. ff. vulgar.* qui loquitur in pupillari, & etiam est *text. in L. si mater 33. §. si filius ff vulgar.* de qua re sunt videndi ad multa *Cassanat. cons. 3. num. 7. Fontanell. dec. 41. & seqq. & 160. Amat. var. resol. 40. num. 15. & per tot. Cancer. p. 1. var. cap. 1. num. 153. & seqq. Suel. d. cons. 47. Fusar. q. 469. & seqq. Durand. dec. 239.* 601

Nec etiam conditio sine filiis censetur repetita in vulgari, *Fontanell. dec. 42. num. 9.* quia non congruit substitutioni vulgari, sed solum fideicõmissariæ, *Fusar. q. 58. num. 1. Fontanell. dec. 43. num. 12.* Licet alii dicant 602

contrarium, & quod æqualiter censeatur apposita in vulgari, atque in fideicõmissaria, ut probat *text. in L. jam hoc jure num. 4. ff. vulgar.* de qua re vide *Fusar. q 252. n. 1. Castill. lib. 5. cap. 97. num. 13. Bellon. cons. 6. n. 8. Fontanel. dec. 42. n. 3. & 4.*

603 Et ideo si sola de per se substitutio vulgaris admittit conditionem sine filiis, sicut fideicõmissaria, comprehensa in compendiosa, influit æqualiter conditionem si sine liberis in vulgari, atque in fideicõmissaria, ut docent *Alex. in L. cohæredi in princip. ff vulgar. Menoch. cons. 243. numer. 7. Cæphal. cons. 649. Cassanat. cons. 3. num. 24. ubi decisum.*

604 Et quidquid sit de hoc, quamvis substitutio sit compendiosa, continens vulgarem, & fideicõmissariam, licet enim casus vulgaris videatur accidisse ex capite impotentiæ, tanquam non potuerit hæres fieri propter obitum ante testatoris, aut propter existentiam filiæ, & nuptiarum, non potest talis substitutus admitti ad hujusmodi substitutionem, quia conditio defecit, sub qua facta fuit eadem substitutio, & in nostro casu defecta conditione, sub qua facta fuit substitutio, non solum sequens substitutus, sed & alii posteriores excluduntur, *Gratian. forens. cap. 747. n. 1. & seqq. Peregrin. de fideicõmiss. art. 15. n. 7.*

605 Ad tertiam conjecturam deductam num. 580. circa qualitatem bonorum, respondetur in terminis propositis nihil concludere, ut in terminis respondit ad tale argumentum, *Leon. d. dec. 60. numer. 38. Ramon. cons. 100. num 80. usque ad num. 92. Fusar. q. 480. num 77. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 11. num. 11. usque ad 17.*

606 Ad quartam citatam num. 581. circa posita in conditione respondetur, in nostro casu non dari vocationem expressam filiorum, quia solum conditionaliter fit de illis mentio in casu mortis, sine nuptiis, aut filiis, quod fuit factum ex abundanti, quia regulariter substitutio in casu mortis filii adfavorem alicujus, intelligitur si sine filiis decesserit, *L. cum avus ff. cond & demonstr. L cum acutissimi Cod fideicõmiss. vers. si quis.* Ex quo sequitur nullam ex hac couditionis mentione vocationem oriri posse, præcipue cum natura conditionalium verborum, sit nullatenus disponere, atque ita isti filii non intelliguntur vocati, licet censeatur eis reservata legitima successio, id est, quod excludant substitutos, si pater è vita decedat absque testamento, ut docet *gloss. in L. Lucius 85. ff. hæred instit. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 1. Fusar. q. 437. Cutel. dec. 7. n. 19. & per tot.*

Et licet non ignorem, quod multi DD. inducunt conjecturas, ad hoc ut filii positi in conditione, censeantur vocati, de qua re pro una, & altera parte agunt *DD. Rust in speciali tract quando liberi positi in conditione censeantur vocati lib. 1. Castill. lib. 2. contr. cap. 12. Fusar q 437. Menoch cons. 135 num. 4. & cons. 393. & cons. 481. Honded. cons. 65. num. 17. Cæphal. cons. 251. num. 72. Turret. cons. 12. num. 12. Peregrin. cons. 91. num. 28. & seqq. lib. 1. Mantic. de conject. ult vol. lib. 11. tit 2. Gam. dec. 338. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 24. Molin. de rit. nupt. lib 3. cap. 27. Ramon. cons. 100. numer. 4.*

Et in hac controversia admittantur ex voluntate testatoris, & disponentis intervenientibus conjecturis ad hoc sufficientibus, & à jure approbatis, ex quibus veniunt vocati dispositive filii, positi in conditione, ut uno ore tradunt *Decian. cons. 3. n. 48 lib 1 & cons. 103. num 10. lib. 2. Trentacinq. de subst. p. 4. cap. 11. num 23. Surd. dec. 162. Fontanell. d. gloss. 24. num 7 Cassan. cons. 4.* quamplures conjecturas ad hoc expendit *Mostrill. dec. 153. num. 20. & dec. 121. num. 10. Molin. de contract. disp. 207. lib. 1. Capyc. Latr. dec. 1. num. 3. & seqq. & ibi Add. Sesse dec. 65. num. 20. tom. 1. Cancer. var. tom. 1. cap. 1. de subst. n. 78.*

Attamen in nostro casu non inveniuntur conjecturæ consideratæ à DD. in similibus terminis, quia simpliciter fuerunt filii substitutorum positi in conditione, in casu deficientium filiorum, & nuptiarum, absque ulla qualitate, ut tenet *Cutel. dec. 7. num. 22. 23. & 24.* Quia fideicõmissum, & substitutiones aliorum fuerunt positæ in clausulis inferioribus, & casu quo primus vocatus absque filiis, aut nuptiis decessisset, quæ omnes cessarunt per existentiam filiæ superviventis per arg. à contrario censu, *L. inter socerum 26. § cum inter ff. pact. dot.* ibi: *Convenit, ut in matrimonio sine liberis defuncta filia dos patri restituatur; id actũ intelligi debet, ut liberis superstitibus filiæ defunctæ dos retineatur.* Et ex eo probatur, quia obligatio restituendi dotem post mortem mulieris datam sub conditione, si sine liberis decesserit, cessat superstitibus filiis, & libera remanet marito, *Barb. in L. si cum dotem in princ. num. 25. vers. cæterum, & num. 33. vers. infertur, Cutel. in tract. de don. tract 2. disc. 3. part. 6. num. 55. usque ad 60.* & ad idem sunt duo textus expressi in terminis ultimarum voluntatum, *in L. uxori 31 ff. quando dies leg. ced. L. filius-familias § cum quis ff leg. 1.*

Et etiam est regula indubitabilis, quod 61[illegible] quali-

qualitas, & circunſtantia vinculi poſita in clauſulis inferioribus, quæ ex defectu conditionum expirarunt, non proſunt ad ſuperiores, quæ ſunt diſtinctæ, & habent de per ſe ſenſum perfectum, ut eſt *text. expreſſius in L. continuus* 137. §. *cum ita ff. verbor. oblig.* ibi: *Quia in eo quidem tempore, atque facto, quod finitum eſt, nullus eſt conjecturæ locus*: atque ita poſt multos docent *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 10. *verſ. ſed qualitas*, *Ramon. conſ.* 100 *num.* 69 *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 56. & 57. ubi quod ex clauſulis, quæ evanuerunt, non infertur ad ſuperiora, quodque hæc opinio eſt verior, & receptior, ut exornat *idem Ramon. n* 70. & *ſeqq.*

Et dato quod dicti filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, nec ex hoc poteſt excludere filiam vocati ſuperſtitem, *ex L.* 1. *Cod. cond. inſert.* atque ita non habet locum repetitio ex adverſo conſiderata, nec poteſt extendi ad prætendentem alterius gradus, & generis, *L. quæ conditio* 39. *ff. cond. & demonſtr. L. ſub conditione* 73 *ff. de hæred inſt.* Neque in conſanguineis teſtatoris vocatis, in caſu quo primus non haberet filios, nec nuptias contraheret, datur repetitio qualitatis poſitæ in prima vocatione, niſi adeſſent verba repetitionem expreſſam inducentia, quæ non inveniuntur, ut concludit *Peregr. art.* 25. *num.* 29. & 33. *Molin lib.* 3 *cap.* 5 *num.* 59 *Fuſar. q.* 403. *num* 8 & non obſtante hoc argumento reſolutum extat apud *Rovit. d. conſ.* 34. *per tot.*

Et minus poteſt dari repetitio ex clauſulis inferioribus ad ſuperiores, ex dictis *à Molin. d. cap.* 5. *num.* 56. *verſ. ſed quamvis uſque ad num.* 62. ſed potius ex ſuperioribus explicantur inferiores, *L. acua ff cond & demonſtr. Valenz. conſ.* 159 *num.* 58. & 59. *Caſt. lib.* 4. *cap.* 50 *num.* 8. *Surd. conſ.* 375. *num.* 28. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3 *cap.* 24 *num.* 273 & 274. maxime quando datur diverſitas perſonarum, ut in noſtro caſu, *ex Caſtill lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 131. 135. & 168. Ex quibus reſpondetur ad n. 583. & dictio, omnia, in hoc caſu ex natura rei, ut præcedentis vocationis reſtringitur, ut tenet *Barb. dict. omnia n.* 17. & 20.

Ad quintam conjecturam poſitam n 582. de prohibitione deductionis quartæ trebellianicæ: Reſpondetur nihil obſtare, ut non obſtitit in caſu relato, & deciſo *à Leon. de dec.* 60. ubi in teſtamento inveniebatur ſimilis clauſula, ut patet ex verbis citatis num. 2. ibi: *Ubi autem dictus D. Joannes primus hæres inſtitutus decederet relictis filiis maſculis de legitimo matrimonio procreatis, ejus hæreditas integre abſque diminutione legitimæ Falſidiæ, Trebellianicæ, & alterius juris pertineret ad filium majorem, & ita ſequeretur de uno in alium.* Ex quibus verbis deducebatur inſtitutum eſſe fideicõmiſſum, & maioratum, *ex eod. Menoch. citato à dicto Leon. d. dec* 60 *num.* 12. & ex eo, quod quando teſtator prohibet detrahi Trebellianicam, ſignificat velle bona ſua ſubjacere fideicommiſſo, *ex eod. Menoch. conſ.* 1006. *num.* 8. ſed hac conſideratione, & aliis urgentioribus non obſtantibus judicatum refert *num.* 16. *& ſeqq.* non ſubſiſtere fideicommiſſum, & cauſaſſe per ſuperviventiam filii primi vocati: *& n.* 28. judicatum refert in alia cauſa non obſtante prohibitione deductionis Falſidiæ, & Trebellianicæ, ut patet *ex verſ. idem, & pag.* 410. *col* 2. ibi: *Nam in fideicommiſſo recadebat caſtrũ, qualitas etiam maſculinitatis toties repetita, vocatio agnatorum collateraliũ in defectum deſcendentium, & digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, prohibitio detractionis legitimæ, & Trebellianicæ Nihilominus tamen fuit declaratum propter exiſtẽtiam filiorum D Sanctii de Cardona nepotis teſtatoris bona libera remanſiſſe*; ut patet ex verbis ſententiæ ibi relatis: *& num* 38. *verſ. ad quintum* reſpondit ad dictum argumentum, & illud non obſtare deciſum refert non obſtantibus aliis urgentioribus conjecturis, quam illæ, quæ inveniuntur in noſtro caſu.

Ad ſeptimam conjecturam deductam n. 584. circa perpetuitatem, *ex Fuſar. q* 480. *n.* 63. reſpondetur, quod huic conjecturæ contradicit *Fuſar ibidem num.* 46. *alias* 64. *ex Torniol conſ.* 68. aſſerens quod verba perpetuitatis intelligenda ſunt in gradibus ſubſtitutionis ſequentis, & non extendi ad clauſulam primam affirmat, & ita judicandum, & conſulendum eſſe teſtatur, & tenent multi alii citati *à Cutel dec.* 7. *num.* 24. *verſ. immo non obſtantibus.* late *Leon. d. dec.* 60 *num.* 16. *& ſeqq Mart. de ſucceſſ. leg q.* 25. *art.* 4. *n.* 18. *& 19. & p.* 4. 614

Cui opinioni ſe ſubſcribunt *citati à Fuſar q.* 480 *num* 50 *Caſſanat. conſ.* 4 *num.* 160. *Ramon. conſ.* 100. *num.* 69. *& ſeqq & Cutel. dec.* 28. *num.* 54. *verſ. non obſtant conjecturæ*, qui loquuntur in caſu non exiſtentiæ familiæ, & agnatorum; quia hæc vocatio eſt perpetua, & illa non obſtante perpetuitate aſſerunt non prorogari, nec extendi primam ſubſtitutionem extinctam per ſuperventiam filiorum, ut etiam advertit *Molin. cap.* 4. *num.* 16. *verſ præterea*, & ibi differentiam conſtituit inter maioratus, & fideicommiſſa, non ex verbis perpetuitatis, ſed ex natura eorum perpetua, quod etiam diſtinguit *Mart. d. p.* 4. *q.* 15. *art.* 4. *num.* 36. ex pluribus, nam

ejus proprietas est, ut non sistat in primo gradu, sed perpetuo duret, ut tenet *Cutel. dec.29.n.25.Fusar.q.480. n.36.*

615 Et ideo tantummodo, quando testator facit maioratum, & primo vocato, *si sine filiis decesserit*, substituit alios, licet habeat filios, non expirat maioratus, sed in sequentibus vocatis continuatur, ut tenent *Molin. & Reynos. citati supra num.571.* atque ita in nostro casu ita respondi, & resolvi, quia tunc expresse voluit testator maioratum instituere, & in perpetuum observari, ut late fundat *Rosa consult. 40. & 41.* At vero in nostro casu non est ita; quia testator non fecit maioratum, nec expressim dixit voluisse, quod bona perpetuo in agnatione conservarentur, & quando hæc ratio non est expressa, licet ex conjecturis colligatur, tunc non operabitur extensionem dispositionis de uno casu ad alium, ut multis tradit *Rosa d. consult. 42. n. 33. 34. & 36.* optime, & in his terminis loquuti fuerunt, *Molin. de primog. lib. 1. cap.6. num.16.18.& 28. Reynos. observ.64. num.33. & 37. & Valasc. cons. 82.* qui etiam præcedentibus fortioribus conjecturis consuluit pro libertate bonorum: & judicatum refert *Gam. dec. 244.* & postea mota lite, secundum meam resolutionem judicatum fuit, ut constat ex sententia sequenti.

616 No feito de aggravo ordinario, em que saõ partes Bernardo da Silva Cabral, com Maria da Silva, Escrivaõ Manoel Soares Ribeiro, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, &c. Mostra se por parte do A. que falecendo da vida presente Francisco Martins Romeu, fez seu solemne testamento, no qual instituio por seu herdeiro a seu irmaõ Lourenço da Costa fazendo de sens bens hum fideicõmisso successivo, e perpetuo, em q̃ vinculou entre outras propriedades a quinta da Arrabida, e humas Tercenas nesta Cidade, com condiçaõ, que por sua morte ficassem ao filho do dito herdeiro, seu irmaõ, por nome Francisco Romeu, e que naõ casando este, ou naõ tendo filhos, ficassem a Felippa da Costa, mulher que foy delle A. e a seus filhos, e no caso tambem, que esta os naõ tivesse, fosse o dito fideicommisso a sua irmã Paula da Costa, fazendo mais outras substituiçoens, e que o dito fideicõmisso teve lugar no primeiro substituido Francisco Romeu, e em sua filha Isabel Maria Romeu, os quaes saõ falecidos sem descendencia alguma, e que nesta fórma fica lugar á segunda substituiçaõ da dita Felippa da Costa, mulher que foy delle A. e a seus filhos. E que a R. sem direito algum está de posse dos ditos bens, e deve ser condẽnada os largue a elle A. com os fructos da indevida occupaçaõ até real entrega, por ser possuidora de máfé. Por parte da R. se mostra, que no testamento, com que faleceo o dito Francisco Martins Romeu, declarou, que deixava por seu herdeiro a seu irmaõ Lourenço da Costa Romeu, e que por sua morte ficassem a seu filho Francisco Romeu, e que se este naõ casasse, ou casando naõ tivesse filhos, ficassem a Felippa da Costa, irmã do dito Francisco Romeu, e que o dito Lourenço da Costa Romeu succedera no dito fideicommisso, e que por sua morte succedera no mesmo fideicõmisso seu filho o dito Francisco Romeu, o qual foy casado com a R. Maria da Silva, do qual matrimonio nasceo Isabel Maria Romeu, a qual sobrevive ao dito seu pay, e por sua morte se fizeraõ partilhas, e que nellas coubera á R. as Tercenas, e á dita Isabel Maria a quinta da Arrabida, e que nestes termos naõ tem lugar a substituiçaõ, em que o A se funda, porque todas as vezes, que alguma pessoa he gravada para restituir os bens com encargo de fideicõmisso, se acaso naõ casar, ou morrer sem filhos, se nascerem depois pelo casamento, que se contrahio, ainda que depois do pay morto morraõ, caducarem as substituiçoens, e ficaõ os bens na pessoa chamada, sem obrigaçaõ de os restituir, e a seus herdeiros, e que deve a R. ser absoluta. O que tudo visto, e o mais dos autos, e disposiçaõ de Direito neste caso, e como o testador chamasse em primeiro lugar para o fideicõmisso, de que se trata, a seu irmaõ Lourenço da Costa Romeu, e por sua morte a seu filho Francisco Romeu, com a condiçaõ de q̃ naõ casando, ou casando, naõ tivesse filhos, ficasse o dito fideicõmisso a Felippa da Costa, irmã do dito Francisco Romeu, e como outrosim conste, que o dito Francisco Romeu foy casado com a R. do qual matrimonio ficou huma filha, por nome Isabel Maria Romeu, que sobrevive ao dito seu pay, termos em que conforme a Direito ficou caducando a dita segunda substituiçaõ, por quanto o dito Francisco Romeu teve huma filha, com o que se encheo a condiçaõ posta pelo testador, e naõ serem bastantes as conjecturas, que por parte do A. se consideraõ, para se poder entender o dito fideicommisso perpetuo, e repetida a mesma condiçaõ de morrer sem filhos na filha do dito Francisco Romeu, que morreo sem descendencia, e como outrosim conste, que os bens pedidos se adjudicaraõ nas partilhas, assim á R. como a sua filha, e ficarem livres, e aos herdeiros do dito Francisco Romeu pelo implemẽto da condiçaõ, debaixo da qual foraõ deixados. Por tanto absolvo a R. do pedido pelo A. ao qual condẽno nas custas dos autos. Lisboa*

boa 24. de Agoſto de 1683. *Joſeph do Baſto Pereyra de Torres.*

617 A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus ſequentibus.

Nil in præſenti caſu reſtat dicendum, quam judicium interponere, diſputationes iſtius materiæ à patronis non infeliciter, ſed perquam laborioſé inveniuntur, nec licitum erit tranſcribere, ideo ſolummodo decidam, & ſatisfaciam querimoniæ aggravantis.

618 Fideicõmiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, evanuit, ex eo quod mortis tempore liberi remanent, nemo eſt, qui fideicõmiſſorum materiam tractaſſet, qui regulam hanc ignoret, *L. filiusfamilias de legat. 1. cum vulgarib.* Sic ſe habet diſpoſitio, ergo ſub dicta regula manet; cum conſtet primum vocatum liberum reliquiſſe, qui tempore mortis exiſtebat, quamvis poſtea deſtitiſſet, quod non officit ex adductis fol. 52.

619 Tentat aggravans infringere dictam indubiam diſpoſitionem, aſſerendo fideicommiſſum noſtrum perpetuo conſtitutum, & relictum omnibus de familia, & quod quando fideicõmiſſum eſt perpetuum, tunc dictam regulam locum non habere. Peroptime dicit, ſed non probat in facto dictam noſtram diſpoſitionem eſſe perpetuo conceptam, neque ex illa videntur conjecturæ, quas in unum congeſſit in præſenti *Menoch. de præſumpt præſumpt. 69. lib. 4.*

620 Tres adducit perpetuitatis rationes aggravans, prima quod diſpoſitio concepta fuit per verbum, omnes, ſecunda quod facta fuit ſubſtitutio pupilaris, tertia quod teſtator prohibuit detrahere quartam trebellianicam, non leves oriuntur dubitationes potius ſcholæ, quam Senatui, ſi idē foret judicium in practica, quam in ſpeculatione, non parum faciebat aggravanti, primæ, ſecundæ, & tertiæ reſponſum præſtemus.

621 Non officit prima, quia illa conceptio per verbum, omnes, intelligi debet in caſu, de quo loquitur, ita ut, quod confraternitas Sanctæ Miſericordiæ ſuccederet in caſu quo omnes vocati decederent ſine filiis, hoc perpetuitatem non inducit, & ſemper conjectura ſumenda eſt juxta leges, quæ in præſenti jubent, quod diſpoſitio noſtra ſit fideicõmiſſum reſtrictum ad perſonas nominatas, quod tanquam odioſum eſt reſtringendum, *L. cobæredi §. cum filia de vulgari, & pupil.*

622 Secunda de ſubſtitutione pupilari incongrua venit, cum diſpoſitio iſta nil arguat circa perpetuitatem, relinquebat enim teſtator noſter fratri hæreditatem, ſubſtituebat ejus filium, cui conditionem impoſuit, ſi ſine liberis, & poſtea alium vocavit, proviſit filio fratris eo caſu, quo intra pupilarem decederet, quid ergo hoc perpetuitatis habet?

Tertia prohibitione quartæ trebellianicæ 623
non bonum facit argumentum, ſicut enim in fideicommiſſo perpetuo non detrahitur Trebelliani cauſa, ita in particulari, quando expreſſa datur teſtatoris prohibitio, quod poteſt facere juxta unam communem, & mihi veriſſimam opinionem, de qua cum pluribus *Carvalh. in cap. Raynald. de teſtament. n. 51. 2. p.* Quamvis aliam contrariam adducat à relicta quæſtione, an ipſe teſtator potuiſſet prohibere detractionem, illud præceptum ſolum intelligitur intra perſonas nominatas, nec ultra locus *Menoch.* nil concludit, quia ex eo ſolum probatur, quod quando teſtator quartam prohibet, quod inducitur fideicommiſſum, ſic fatemur, quod ſi ſine filiis decederet primus ſubſtitutus, fideicommiſſum inductum erat ad alias perſonas, ſed hoc non convincit, ut fideicommiſſum in caſu exiſtentiæ filiorum non evaneſcat, cum de diſpoſitione perpetuitas non colligatur, neque prohibitio alienationis, neque requiſita juris, confirmetur ergo Prætoris juſta ſententia. Ulyſſipone 2. Januarii 1684. Lacerda.

Si ſubſtitutus vocatus fuit ad fideicommiſ- 624
ſum ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſiſſet, ut in propoſito, & patet ex teſtamento fol. 6. & cum ita ſit neceſſarium ad intrantiam ſubſtituti, ut primo vocatus, filios per ejus mortem non reliquiſſet, hoc non ita fuit, immo à contrario, nam Franciſcus, qui tunc bona poſſidebat, filiam Eliſabetham reliquit, & ſic locum ſubſtitutio non obtinuit, conditio namque ſi ſine liberis deceſſiſſet, purificata non fuit, ut ſubſtitutioni locus ſit, ut tenent *Fuſar. de ſubſt. q. 480. num. 6. & 15. Hodierna ad Surd. deciſ. 85. num. 2. & 3. Caſtill. lib. 3. cap. 18. num. 58. Gam. deciſ. 224. num. 1. cum ſeqq Bart. in L. liberorum num. 18. ff. de verbor. ſiguificat. L. cum in teſtamento in princip ff. de hæredib. inſtituend. L. Lucius ff. eod. L. ex facto §. ſi quis aliquem ff. ad Trebell.* Et ultra jura quæ allegat in ſuis doctis allegationibus doctus Reæ patronus: cumque Philippa vocata in inſtitutione locum habere non potuit in ſubſtitutione, eo quod primus vocatus filiam reliquit, conſtat ex certitudine fol. 21. & ex teſtibus à fol. 36. injuſte conqueritur aggravans, quod diviſa bona fuiſſent, ad cõjecturas ex ſua parte allegatas, elegantiſſime, & cum magna juris prudentia ſatisfacit primus

mus Dominus eruditissimus, & nihil superest dicendum, nisi cum eo sententiam Prætoris confirmare. Ulyssipone 15. Januarii 1683. Almeyda.

625 De qua re vide *Reynos. observ.* 64. *& late ibi Add. novissima, ubi multos refert.*

626 Hæc sententia fuit impedita cum exceptionibus, quæ fuerunt rejectæ, & contradicente uno Senatore, ut patet ex deliberationibus sequentibus.

627 Fateor sanè, me diu hæsitasse in decisione impedimentorum, cum verba institutionis modo in confirmationem, modo in revocationem judicati me vergere faciant.

628 Agnosco in jure maximam dari differentiam inter casum, quo substituitur quis sub conditione, si decesserit sine filiis, & quando substituitur, si gravatus liberos non habuerit, ut ingeniosè doctus impedientis Patronus, & cum verba nostra videantur negative locutum fuisse testatorem, ibi: *Se este, ou naõ casar, ou casando naõ tiver filhos.*

629 Subintrare videtur regulam, de qua *Reyn. observ.* 64. *num.* 1. *&* 2. quam agnoscit *Bart. sibi contrarius ibi allegatus in L. in substitutione, & in L. liberorum num.* 19. *de verbor. sign. & plures quos allegat Reynos. & ejus additionator.*

630 Quod substitutus sub conditione si filios non habuerit, institutus sit admittẽdus etiam eo casu, quo filii instituti decedunt post mortem patris, observat *Gail. lib.* 2. *obs.* 136. *Peregrin. de fideicom. art.* 19 *num.* 9. & ex ea ratione procedit, quia indefinita dispositio cõprehendit casum, quocumque tempore eveniat, prout optime idem *Peregrin. dict. num.* 9. Sed omnes DD. supponunt, quod liberi positi in conditione negativa, necesse est, ut indefinite, & nullo respectu ad tempus vitæ gravati consideretur, prout *ex DD. à Peregrin. allegatis*, v.g. Si de gravato non remaneret hæres, prout voluit *Alex.* ibi: *Vel non extante gravato, vel ejus liberis, vel in defectum filiorum meorum, vel ex filiis ejus, vel si adjunctum fuerit quandocunque.* Omnes hi casus absolutè interpetrantur ex dispositione casus non existentiæ filiorum, & nil mirum, ut ipsa dispositio extendatur ex conjecturata mente testatoris.

Verum in nostra hypothesi dispositio non tam absoluta apparet, quia restricta ad tempus matrimonii est, ibi: *Ou naõ casando, ou casando, e naõ tendo filhos.* Quibus verbis solummodo ex tempore vitæ instituti cogitatum fuit, & solummodo ad tempus mortis relatio filiorum intelligenda est, quia quamvis filii positi sint in conditione negativa, tamen si proprietas verborum extensionem indefinitam non habeat, sola negativa conceptio perpetuam non efficit dispositionem, prout terminanter adducit *Peregrin. dict. loco num.* 19. omnino videndus. Plane in præsenti verba nostræ institutionis possunt, & debent accipi terminatè, ibi: *Ou casando, e naõ tendo filhos*: & nulla verba apparent indefinitam facientia dispositionem, ergo recedere à nostra sententia mihi non videtur.

*Costa in cap. si pater verbo absque liberis num.* 18. *vers. tertio*, disputat enim ne detur differentia inter casum, quo disponitur per verbum si liberos non habuerit, & si sine filiis decesserit, & concludit *num.* 19. Bartoli opinione nullam dari differentiam, quando non datur contraria conjectura, hoc idem tenet *Fusar. de substitution. q.* 414. *numer.* 2. *&* 3.

Quare impedimenta rejicio. Ulyssipone 15. Februarii 1683. Lacerda.

Substitutiones duæ conditionales inveniuntur in jure, super quibus latum discrimen est, non inter Doctores, nam omnes eodem modo eas resolvunt, sed inter ipsas, nam diverso modo omnes jus resolvunt in una, atque in alia concordes tamen in eadem resolutione Doctores inveniuntur. Prima substitutio ea est: *Si filius meus liberos non habuerit, substituo Titium.* Secunda: *Si filius meus sine liberis decesserit, substituo Titium.* In prima est certum, quod quamvis filii instituto nati sunt, ut supervivant illi, si post mortem deficiant, ac proinde quovis tempore, sive ante mortem, sive post mortem instituti admittetur substitutus in defectum liberorum vocatus, *ex text. in L. in substitutione ff. vulgar. & pupil. ubi Bart.* cum enim ad tempus mortis, aut aliud non sit facta relatio, in quocunque tempore liberi deficiant, substitutus admittitur. In secunda verò est certum evanescere substitutionem, si cum moritur institutus, liberos reliquit, quamvis illic post mortem instituti è vita decedant, *L. filius familias §. cum quis ff. legat.* 1. *L. si quis hæredem Cod. inst. & substit.* Quia in hac substitutione refertur conditio ad tempus mortis, & sic satis est, quod extent liberi in eo tempore. Hæc resolutio est adeo certa, ut non immaror in allegationibus, sic illam erudito calamo resolvunt *Reynos. obs.* 64. *per totam, Portug. de donat. reg. lib.* 1. *prælud.* 2. *ex num.* 124. & hi sufficiant.

Nunc videndum restat, quæ substitutio 633
hæc sit illa, quæ in testamento fol. 6. videtur, & pro comperto habeo, illam esse, si liberos non habuerit, nam idem importat latinis verbis, *si liberos non habuerit*, quam verba,

verba, *naõ tendo filhos*, noſtro idiomate Luſitano concepta,gerundia enim verba conditionem important, tamquam ſi teſtator dixiſſet, *ſenaõ tiver filhos*, & quamvis proferat: *Eſe eſte, ou naõ caſar, ou caſando naõ tiver filhos.* Ambæ duæ conditiones, tendunt ad eundem finem ſubſtitutionis, nempe quod ſi filios non habuerit ex matrimonio, habeat fideicõmiſſum Philippa da Coſta, & tantum videntur importare excluſionem illegitimorum, volendo excludere à fideicommiſſo illegitimos.

Hoc ſuppoſito, mihi certè videtur A. jus
634 habere ad fideicõmiſſum petendum, & quod impedimenta recipi debent, ſententiam revocando, venerando ſemper doctrinas, & deliberationes amantiſſimorũ ſodalium, ſed cum ſuffragia ſecundum dictamen proprii judicii debeamus proferre, hoc eſt judiciũ meum.

De nullitate verò agendo, certum eſt lites minorum curatoribus defendendas eſſe, aut Actores,aut Rei exiſtant,alias nullitatem patiuntur, *Ord. lib.3. tit.41. §.8. L 4. Cod. ſi adverſus rem judicatam*, & quod hæc Ordinatio in minoribus habentibus patrem eſt intelligenda, non dubitarẽ ex doctrina *Valaſc. de part.cap 7. num.* 42. qui reſolvit procedere etiam in minore habente patrem legitimum adminiſtratorem agente,vel convento, quare cum hæc nullitas nuda non exiſtat (ad hoc ut Senatus ei non attendat, ut ſolet) ſed veſtita, ut ſupra refero, quod impedimenta recipiantur, & probata judicentur, ſententia revocetur,conſtanter dicerem. Ulyſſipone 8. Februarii 1683. Peçanha.

635 Illam celebrem quæſtionem nobis exhibet hic proceſſus, utrùm, ſcilicet, fideicõmiſſum ſub hac formula relictum, relinquo Titio decem v.g. & ſi uxorem non duxerit, vel ſi duxerit, filios tamen non habuerit,ad prædicta Seius admittatur. Si Titius dicebat cum liberis iſtis poſtea abſque deſcendentia meliori fruentibus ævo evaneſcat, tamquam per illam gravati filiorum ſuperviventiam, ſeu exiſtentiam deficiẽte conditione,vel potius tamquàm purificata per defectum filiorum, quamvis poſt mortem gravati contingentem duret fideicõmiſſum, & ad ſubſtitutum pertineat? Et quòd hæc ſit hujus proceſſus hypotheſis,ex teſtamenti verbis fol.6. clarè pateſcit contra ſubſtitutum, ſtat judicatum, pro ſubſtituto proximi juris prudentiſſimi Domini adeſt authoritas; ego tamen, ut in tanto dubio meum judicium proferam, utriuſque fundamenta breviter exponam.

636 Primum, & unicum pro ſubſtituto fundamentum ex eo ducitur, quod conditio, *ſi ſine liberis*, indeterminata, nulloque tempore circunſcripta, non deficit, etiam ſi gravatus filios relinquat, dummodo hi abſque poſteritate decedant, ita tenet *Reynoſ. obſ. 64.n.2.* in cujus comprobationem adducit *Bart. in L. in ſubſtit. 31. ff. vulgar. Mantic. de conjectur.lib. 11. tit. 6. num. 7. Gail.lib.2.obſerv. 136.num.3.Peregrin. de fideicom.art. 29.n.7. Portug.de donat.lib.1.prælud 2 §.2.num.125.* quos omnes ſemel, atque iterum legi. His tamen non obſtantibus pro judicato, & contra ſubſtitutum propugnare mihi magis arridet ſequentibus ductus principiis: ſit primum, quia fideicõmiſſum conditionale deficiente conditione evaneſcit,*text.in L filius-famil. 114. §. cum ſerit rogatus 13. ff. legat. 1. L. ex facto 17. §. ſiquis autem ff. ad Trebell. L. 1. Cod. conditionib. inſertis*, patet ex *regul. text. in L ſi donaturus in princip. ff. conditione cauſa data, L. neceſſario 8. §.1. ff. pericul. & commod. rei venditæ.* Hinc venit, quod diſpoſitio conditionalis cõditione non eveniente pro non facta habetur, *L pecuniam 36 ff. rebus credit.* plane negari minime poteſt, quod in noſtris terminis, gravatus filiam habuit, immo, quod magis eſt, illam gravato ſupervixiſſe non ambigitur: ergo jam liberos habuit, conſequenterque deficit conditio,fideicõmiſſumque evanuit,impoſſibileque redditur conditionis implementum, quia qui filios habuit,impoſſibile eſt, ut illos non habuiſſe dicamus, ſufficitque conditionem ſemel defectam, ut duret, licet per momentum defectus deficiat *ex L ſiquis hæredem Cod.de inſt. & ſubſtit. L quidam teſtamento ff fideicõmiſſariis libertatibus,Reynoſ. plures referens dict.obſ.64.num.12.* nec enim illa conditio ſemel deficiens amplius pendere valet ex regula *text.in L.quis res 98 §.arcam ff. ſolutionib.Bald. in L. fin.Cod. hæredib. inſt.q.25.* Licet adeo prædicta civiliter procedunt, ut ſi aliquis gravetur poſt mortem ſuam aliquid dare ſub conditione, ſi liberos non habuerit, ſufficiat ad ſubſtitutum excludendum gravatum filios habuiſſe, licet tempore mortis gravati non extiterint, tenet, & eleganter, ut ſolet, comprobat *Peregr. de fideicõmiſſ. art.29. à num.21. uſque ad num.23.* Ubi validiſſimis, & ſolidis juris fundamentis DD. quæ authoritatibus hanc rem indubiam reddit, ad quem curioſos remitto; inſimulque *ad Mantic.lib.11.tit.6.num 5* & hinc colliges,quam inepte *Reynoſ.* hos tantos patres in comprobationem ſuæ aſſertionis, de qua *in dicta obſervatione 64 num. 2.& 3.* applicavit, contrarium enim tenent ſupra, ut & in numeris ab illo allegatis ſolum agunt de caſu quo ſimpliciter, & indeterminate ad condi-

conditionis implementum defectus, seu carentia filiorum desideratur, v. g. deficientibus gravati filiis, licet nullus ex liberis gravati supereſſet, ut inquit, & exemplificat *Mantic. à Reynoſ. citatus dict. n. 7. & Gail dict. obſerv.* 136 *num.* 3. Non vero agunt de illa conditione, ſi liberos non habuerit, in qua contrarium reſolvit, ut jam dixi, & inter has conditiones maximam detego differentiam, nam in illis cum illa verba deficientibus liberis, vel non extantibus imperſonaliter ita ſumantur, ſi poſt mortem gravati filii non extent, licet deficiant, verum eſt dicere illos non extare, vel deficere, nam cum hæc verba non extare, vel deficere filios, illorum exiſtentiæ privationẽ indicent, ut patet, tantum abeſt, ut per illorum antecedentem exiſtentiam tales conditiones deficerent, quod immo potius, ut verificentur, illam ſupponant, ex regul. *text. in L. decem* 116. *ff. verbor. cum ſimilib.* E contra autem illa conditio ſi liberos non habuerit, non privationem, ſed negationem ſupponit; igitur ſi in quocunque tempore gravatus filios habuerit, impoſſibile eſt vere dicere, eum filios non habuiſſe, & hæc omnia meo videri hanc recipiunt commodam conciliationem, ſi *Mant. dict. num. 7. junct. num. 5. Peregr. dict. num. 9. junct. num.* 21. *per totum*, aliosque DD. ſupra relatos attente legamus, deinde *Reynoſ.* ſupra diſtinctionem, inter conditionem, ſi ſine liberis affirmativam, & negativam *Bart. tribuit in L. in ſubſtitutione* 31. *ff. vulgari*, ſed in hoc *Bart.* convitium fecit, quia tale non dixit, nec etiam ſomniare poterat *ſapientiſſimus Bart.* deinde pro opinione *Reynoſ.* neque *gloſſ.* nec *text.* aliquem, cum omnes de hac materia loquentes maxima cum lucubratione legiſſem, adinvenire potui, immo quam plurimos pro mea faciunt reſolutione, ut videre eſt ex citatis *à Peregrin. dict. art.* 29. *à num.* 21. Deinde ex doctrinis ejuſdemmet *Reynoſ.* eum convinco, ait quippe *dict. obſerv.* 64. *num* 8. quod ſubſtitutus ſub conditione negativa, ſi liberos non habuerit, non aliter poſſe admitti ex ſubſtitutione, niſi prius conſtet impleri non poſſe contrariam conditionem affirmativam totaliter, quod dum impoſſibilis non redditur conditio affirmativa, ſubſtitutus non admittitur, quod eſt verum, & vulgare in omnibus conditionibus negativis, ut videre eſt *ex text. in L. ita ſtipulatus* 115. §. 1. *& 2. ff. verbor.* quapropter in ultimis voluntatibus cautio Muciana fuit inventa, ut pro illarum implemento interveniret, de quo *in L.* 7. *L.* 18. *L hæres* 79. §. 1. *ff. condit. & demonſtr.* quo poſito ſic inſurgerem contra *Reynoſ.* ſi iſte tantum tribuit ſpem habendi liberos in gravato, ut antiqua ad illum reddatur, impoſſibilis ſubſtitutũ excludit, cur per actualem filiandi exiſtentiam, inſimulque à fortiori ſuperveniẽtiam, ut in præſenti ſubſtitutum admittit? Deinde ſi adimplementum conditionis negativæ impoſſibilitatem in conditione cõtraria acquirit, cur non ita per exiſtentiam actus contrarii in ipſius conditionis negativæ implemento impoſſibilitatem non conſiderat, at verificetur ejuſdem defectus? Quapropter ſpreta *Reynoſ.* & aliorum ſomniatione contra ſubſtitutum judicarem, cum in fideicõmiſſo perpetuo non ſimus, ut mihi ex actis junctis juris principiis indubium eſt, impedimentaque rejicerem, & nullitatem allegatam in exceptionibus conferentiæ remitto, ne meum longius protraham ſuffragium. Ulyſſipone 20. Februarii 1684. Doctor Vieira.

Idem etiam dicendum eſt ſi maioratus fuerit factus, & erectus, eo caſu, quo vocati è vita decederent abſque ſtatu conjugali, vel Religionis, quia ſi matrimonium contraherent, aut in religione obirent, ſubſtitutio, & maioratus, ut fideicõmiſſum ceſſat, & non habet locum erectio maioratus, ut judicatum fuit in cauſa ſeq.

No feito de Antonio Vas Gançoſo, e ſua mulher Catherina da Coſta, e Ignez de Carvalho, contra Ruy Cordeiro, e ſua mulher, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz, e Ouvidor em condẽnarem ao R. no olival, e caſtanhal, de que ſe trata, e declarar, que pertence aos AA. revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como o doador o Padre Manoel Rodrigues doou a ſuas irmans Luiza, e Leonor as ditas propriedades, debaixo de condiçaõ, que ſe morreſſem ſem eſtado de caſadas, ou de Freyras, vieſſem a ſeus irmaõs, Manoel, Franciſco, e Apollonia, nos quaes termos tanto que as ditas irmans Luiza, e Leonor foraõ Freyras, como ſe prova o foraõ no Convento do Minino Jeſus de Evora Cidade, logo ficou conforme a Direito, caducando, e faltando o fideicommiſſo, de que ſe trata; além de que como os fideicommiſſarios Manoel, Franciſco, e Apollonia, morreraõ em vida das ditas doadas Luiza, e Leonor, depois de cujas mortes lhes era deixado o dito olival, e caſtanhal, naõ ſe podia tranſmitir, e ficou caducando o dito fideicõmiſſo, conforme a Direito. O que tudo viſto, e conſiderando, e como os AA. naõ tem direito para reivendicar eſtes bens, e o R. eſtá com o dominio, e poſſe delles, por titulo legitimo, o abſolvem do pedido no libello dos AA.*

*aos quaes condẽnaõ nas cuſtas dos autos. Liſboa 16. de Novembro de 1652. Mello. Gama.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberatione ſequenti.

Fideicommiſſum ex quo AA. petunt olivetum, & caſtanetum injunctum in donatione fol. 5. cum ſeqq. quam Religioſus Emmanuel contulit in ſorores Aloiſiam, & Aleonoram ſub ea diſpoſitione, ut ſi decederint abſque ſtatu conjugali, vel Religionis, pertineret ad fratres illarum, Emmanuelem, Franciſcum, & Apolloniam, ut fol. 6. ceſſavit, & defecit, ubi primum dicta Luiza, & Leonora profeſſionem regularem emiſerunt in Cœnobio Eborenſi nuncupato Pueri Jeſus, & ibidem diem ultimum clauſerunt. Cum enim conditionale fuiſſet, ſi abſque ſtatu conjugali, vel Religionis obirent, defecta conditione, defecit, juxta vulgarem regulam *L. neceſſario 8. in princip. ff. de pericul. & commod. rei vend. L. pecuniam verſ. proinde ff. ſi certum petatur, D. Parens Valaſc. & ab eo citati conſult. 82. n. ult. in fin.* Inſuper ex alio capite etiam defecit, decedentibus ſcilicet fideicõmiſſariis Emmanuele, Franciſco, & Apollonia, vivis adhuc Aloiſia, & Leonora, poſt quarum obitum relictum fuit, neque ad hæredes illorum tranſmitti potuit, *L hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. L. cum ex filio ff. de vulgar. L. unic. §. ſin autem ſub condit. Cod. de caduc. tollend. Peregrin. late de fideicommiſſ. art. 31. num. 6. cum ſeqq.* Unde abſque ulla juris actione AA. tanquam filia, & hæredes dicti Emmanuelis fideicommiſſarii poſtulant hujuſmodi olivetum, & caſtanetum virtute dicti fideicõmiſſi, quod ex prædictis duobus capitibus defecit, mirandumque Reum ad illa inſtituenda duplici ſententia condemnatum, neque neceſſarium eſt recurrere ad aliam clauſulam dictæ donationis, de qua fol. 6. ubi donator diſpoſuit, & facultatem tribuit dictis ſororibus, ut libere diſponere valerent de dictis prædiis, ſi ad ſtatum Religionis eis neceſſarium foret, prout diſpoſuerunt in dicto Cœnobio poſt profeſſionem emiſſam, illaque vendiderunt, ex qua clauſula ſi oporteret, Actorum jus etiam deficiebat; revocentur igitur ſententiæ Judicis, & Auditoris, Reo abſoluto. Ulyſſipone 22. Martii 1652. Doctor Valaſcus.

640 Conveniunt. Gama. Mello.

Et quid ſi maioratus fuerit erectus in filiis tantummodo, an comprehendat, & ſuſtineatur in nepotibus, & quando veniant appellatione filiorum, vide ſententiam ſequentem.

No feito de Diogo Varella, com Franciſco Pinto Duraõ, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos libello dos AA. contrariedade dos RR. mais artigos recebidos, prova dada por hũa, e outra parte, com o mais que dos autos conſta, e como ſe prova pelo theor do teſtamento junto, que Marcos Pires diſpondo de ſeus bens, deixara forra a eſcrava Filippa, pedindo a ſua mulher forraſſe tambem a Antonia, mãy de Filippa, e lhe deixou os trinta alqueires de trigo, e cevada de renda em cada hum anno, de que ſe trata, e que ſeu teſtamenteiro lhos daria, onde quer q̃ quizeſſe do ſeu quinhaõ de terras: e acreſcentou, que os lograſſe em ſua vida, e por ſua morte a ſeus filhos. E que naõ os tendo, ſe uniſſem com a mais fazenda á Capella, que inſtituio: e ſe prova, e as partes naõ negaõ, que eſta legataria Filippa por ſua morte lhe ficou hũa neta, e pelo teſtamento junto deixou eſſes trinta alqueires á dita neta, e ella os vendeo, e por titulo de compra os poſſuiraõ os AA. e que o R. ſe inveſtio na poſſe delles, dizendo, que lhe pertencem como de Capella, e neſtes termos o legado he favoravel, deixado como em alimentos ſe confeſſaõ por ſerviço, e boas obras, pelo que falecendo a teſtadora legataria, deixando huma neta, ficou ſatisfeita a condiçaõ, e ſendo materia favoravel. Se comprehendem os netos, debaixo do nome, filhos, e como ſe naõ repetio a ſubſtituiçaõ, que falecendo os filhos, tornaſſem os bens a ſe unir com a Capella, tanto que foraõ a poder da neta, ficaraõ ſendo bens hereditarios, e como taes podia delles diſpôr como ſeus, e eſte he o titulo dos AA. de compra bom, e valido. Nem por parte da R. ſe moſtra a via direita, pela qual lhe ficou competindo a ſucceſſaõ deſta Capella, e por a lograr, e pedir os bens della, condẽno a R. deſabra maõ dos trinta alqueires de renda, pedidos no libello, e os largue aos AA. com os fructos da individa occupaçaõ, até real entrega. E pague outroſim as cuſtas dos autos, e os fructos ſe liquidaraõ na execuçaõ. Evora 2. de Abril de 1655. Pedro da Frota Aguia.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus ſequentibus. 641

De facto hujus proceſſus nulla nobis ſuſcipienda diſceptandi occaſio, jus ſolummodo in controverſiam adducitur, an ſcilicet, ex diſpoſitione, quæ legitur fol. 165. legatum ibi relictum legatariæ, quo filii à vita deceſſerant, in quo articulo ego credo, nepoti locum eſſe in hujus legati ſucceſſione, quia ſub appellatione, ſeu vocatione filiorum, regula- 642

ritur veniunt nepotes, *text.* est formalis *in L. liberor. 220. ff. de verbor significat.* & licet hæc inter DD. sit valde controversa, quæstio, ut refert *Valasc. cons.* 140. *Cevall. com. contr. com. q.* 604 *& q.* 762 *num.* 127. *&* 162. tamen verior est opinio, quod in legatis, & fideicõmissis relictis filiis alicujus, ubi agitur de commodo, & favore filiorum, continentur nepotes. Communem dicit *Sesse decis.* 64 *à num.* 13. *cum seqq. Gam decis.* 160. *n.* 6. *&* 8 *& decis* 307. *num.* 13. præcipue ubi vocatio non est restricta per expressionem nominis vocati, prout in nostris terminis, *Sesse decis.* 53 *num.* 21. consonat *Valasc. dict. cons.* 140. *à num.* 10. eleganter præceptor *Veiga in privatis scholiis ad titul. de liberis, & posthum. in rubrica n.* 45. *&* 6 & alterius, quia filii legatariæ non fuerunt vocati à testatore de præsenti, sed in futurum eventum, in quem vero similiter erat dubium, an eo tempore extarent filii, seu nepotes, & tunc quia verosimile est, quod testator latè intellexerit verbum filiis, & quia vero similiter præsumitur par affectio testatoris ad nepotes, ideo veniunt nepotes ex filiis præmortuis, ita *Alexand. cons.* 37. *num.* 15. *lib.* 8 *& Valasc loco proximè citato.* Confirmetur igitur Judicis sententia, quæ jure, & facto mihi consona videtur. Ulyssipone 18. Februarii 1656. Pinheiro.

643 Quæstio illa, utrùm appellatione filiorum veniant nepotes, fere inexplicabilis redacta invenitur, non tantum ex jurisconsultorum responsis, quantum ex dictis variis allegationibus, ut est videre ex iis, quæ lato calamo scriptum reliquit *Fusar. de substit. q.* 319. *cum seqq.* ubi innumeras DD. opiniones allegat, & varias illorum responsiones colligit: mihi enim semper melior illa sententia cadit, quæ docet saniorẽ esse electionem in casu dubio, quæ faciliori progreditur tramite illa, quæ subtiliori incedit via juxta consilium Jurisconsulti *in L. sicut §. si debitori ff. quibus mod. pig.* ibi: *Hæc enim subtilitas à Judicibus non admittitur teste Chassen. in cathalog. glor. mund. considerat.* 18. *num.* 2 *Senat. Pinto in Lusit. Palat. cap.* 1. *num.* 39. In præsenti processu placet amplecti illam resolutionem, quæ docet appellatione filiorum venire nepotes: quartus apparet eandem rationem affectionis dari in nepotibus, quæ invenitur in filiis, deducitur ex regul. *text. in L. cum avus ff. de cond. & demonstr. L. generaliter Cod. de instit. & substit. L. cum acutissimi Cod. de fid.* considerat pluribus citatis *Fusar. de subst. q.* 320. *num.* 36. Viso vero processu non aliquam considero rationem affectionis in filiis, an & illa, quæ in nepotibus, ut facile dignoleri potest, quo admisso in confirmationem sententiæ ducor cum Domino præcedenti. Ulyssipone 23. Februarii 1656. De Azevedo.

Appellatione filiorum regulariter nepotes non continentur, *L quod si nepotes ff. testament. tutel. & §. fin. inst. qui testamento tut. dar. poss. L. liberorum ff. verbor. signif. L justa eod. tit. plures congerit Val. cons.* 140. *num.* 4. & huic opinioni assentit, & pro illa judicatum refert *Gabr. commun. lib.* 6. *tit. de verbor. significat. concl.* 1. *num.* 2. cum reputat *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 27. *ubi Additionator, & lib.* 2. *cap.* 91. *num.* 41. & in allegatis proculdubio procedit, quia semper relinquetur ratione affectionis, quam habent erga legatarios, *L. nec adjecit ff. pro socio, Phæb.* 1. *p. decis.* 59. *num.* 10. *&* 11. *ubi n.* 16. etiam pro hac parte judicatum affert.

Maximè consideratis verbis institutionis, ubi in defectum filiorum legataria illico legatum Capellæ adjunxit, & copulavit & cum verba testatricis pro lege habeantur, ibi disponat testator juxta vulgaria in filiorum appellatione à lege prolata, nepotes non comprehenduntur, nec ad alias personas nisi nominatas, prorogetur, *Cab.* 1. *p. arest.* 53. *& decis.* 140.

Multum me compellit distinctio, quam affert *Val. dict. cons.* 140. *num.* 7. ubi differentiam constituit cum Accursio, & aliis, quando in dispositione agitur de filiis ab extraneo vocatis, & tunc non veniunt nepotes, secus quando ascendens institutionẽ facit, cum ergo impræsentiarum legataria non sit ascẽdens, non possunt sub appellatione nepotes comprehendi, & quamvis *Valasc.* hanc distinctionem parvi pendat, judicio meo arridet, nam omnes DD. qui hanc disputationem afferunt, semper de filio à patre vocato mentionem faciunt, *L. cum avus. & L cum acutissimi* in hac forma loquuntur, suffragatur etiam *Mantic. de conjectur. lib* 8. *tit* 8. *num* 9. qui etiam differentiam constituit inter institutionem, & legatum; nam in primo casu in favorẽ institutionis etiam nepos continetur, non sic in legato, in quibus sola affectio personæ consideratur, *Phæb.* 1. *p. decis.* 59 *n.* 12. *vers. quod.*

Quibus omnibus perpensis sententiam revocarem. Ulyssipone 13. Martii 1656. Andrada.

Cum tertio Domino convenio. Barros.

Mihi vero adamantina, & solidiora videntur fundamenta priorum fundamentorum sapientissimorum suffragiorum, si enim in opinionibus consideretur resolutio quæstionis illius adeò in jure decantatæ, scilicet, utrùm

utrùm appellatione filiorum veniant nepotes, magis arctabamur affirmativam ſequi ex authoritate *Gloſſ in L. Lucius a 2. ff de hæred. inſt. etiam Bart. in L. Gallus §. inſtituens ff. de liber. & poſth.* verum etiam retenta cõtraria opinione cõmuniter limitatur, & aſſentiunt DD. quando diſpoſitio eſt favorabilis legatario, & filii ſine ullo gravamine vocantur, *Bart. in L. liberor. num. 5. ff de verbor. ſignif. Cephal. conſ. 262. num. 7. &* 8. dicens eſſe hanc ſententiam veriorem, *Decius conſ. 24 num. 11. lib. 2. Zanchus in L. bæredes mei § cum ita p. 4. num. 197.* ubi de communi teſtatur *Cald. de renovat. cap. 14 numer. 32.* ubi quod hæc eſt concors, & recepta penes omnium Doctorum ſententiam, late *Bertaz. conſ. civili 30. num. 13.* ubi ex plurimorum interpretum judicio communem appellat, & amplius ſubdit adverſus eam eſſe temerarium conſulere, *Pereg. de fid art. 22. num 61.* Eo magis quando tempore cedentis fideicõmiſſi filii eſſent præmortui ex eis quæ nepotes extinxerint, tunc enim cum diſpoſitio non poſſit in filiis verificari, nec aliquod adſit filiorum præjudiciũ, verificabitur in nepotibus tanquam comprehenſi ſub nomine filiorum, *Socin. ſenior conſ. 17. verſ poſtremo lib. 4. Cephal. conſ. 262. num. 9. Rimin conſ. 458. num. 35.* Sic tertio limitatur, quando diſpoſitio, prout in præſenti, in tempus futurum confertur, *Peregr. de fideicom art. 22. num. 50. Surd. conſ. 326. num. 9. Mantic de conjectur. lib 8. tit. 8. num. 20. Prætis de interpret ult. vol. lib 3. interpret 3. dubio 4. ſolut. in n. 57.* communem teſtatur *Ruſtic. in tract. de filiis in condit. poſitis in præfatione n. 21. Fuſar. de ſubſt. fideic. q. 320. n. 15. cum ſeqq.* & quod hoc veriſſimum ſit relatum in teſtamentis, & ultimis voluntatibus, *Caſtill tom. 5 cap. 66 num. 6.* Quæ quidem certiſſimæ iuris reſolutiones cum noſtro caſui adaptentur, teneat cum primis Dominis ſententia. Ulyſſipone Martii 15. de 1656. Lemos.

Hæc ſententia fuit impedita cum exceptionibus, ſuper quibus fuit lata ſententia ſequens.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c. Sem embargo dos embargos, que naõ recebem, a ſentença embargada paſſe pela Chancellaria, e ſe entregue á parte, com declaraçaõ. que a condẽnaçaõ dos fructos ſeja ſómente da lide conteſtada em diante, em que ſómente recebem os embargos, e o ultimo artigo delles, e o julgaõ por provado, e condẽnaõ aos embargantes nas cuſtas dos autos ſómente. Lisboa 16. de Dezembro de 1676. Brito. Pinheiro. Lemos.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Agnoſco quod multoties filiorum appellatione nepotes comprehendantur, ut amantiſſimi Patres ſatis eleganter in primis ſuffragiis oſtenderunt, quod probatur *ex L. Lucius 85. ibi filium, filiamve. & ibi filiis relictis junctò fine, & ibi 419. liberos ff. de hæredib inſtituend. communis, ut per Tiraq de primog q. 40. num. 58. Pinel in L. 1. Cod. de bon. mater. 2. p num. 69. Gabr. lib. 6. com tit. de verbor. ſignif. concl. 6 per tot. quod Actor aperte probatur per text. expreſſum in L. liberor. 220 ff de verbor ſignificat.* Hoc tamen procedit non ex verbi ſignificatione, quia aliter filii, aliter nepotes nominantur, ut eſt in vulgari ſermone, & plene tradit *Mantic de conjectur. lib. 8. tit. 8 à princip. Menoch. conſ. 687 num. 1. & conſ. 215 num 12. Gabr. de verbor. ſignificat lib 6. concl. 1. Sſſe deciſ. 53. in 1. p. & deciſ. 64.* Quia nepotes vere filii non ſunt, & gradus iſti evidentem habent diſtinctionem, idem ex voluntate conjecturata, & quod veroſimile ſit patrem filios nominantem nepotes complecti, ob rationem de qua in dicta *L liberor. §. ult ut eleganter explicat Oſuald. ad Donel lib. 3 cap. 4.*

At Philippa inſtituta non erat filia inſtituentis, nec ab illo deſcendens, quorſum ergo Philippæ nepotes venient appellatione filiorum, cum diſpoſitio dictæ legis liberorum ſolummodo intelligatur in nepotibus inſtituentis, ut ſupra oſtendi. Cum certi juris ſit, quod extra ſupradictum caſum non contineantur nepotes filiorum appellatione ex expreſſo *text in L. 6. tit. de teſtam. tutel.* relinquo quæ late *Valaſc. conſ. 140. num. 4. 13. & 14. Gam deciſ 160. n. 7. Phæb. 1. p. deciſ. 59. n. 10 uſque ad fin.* 650

Ex quibus impedimenta recipio, & inſimul probatam judico Judicis ſententiam, & revoco. Lisboa 8. de Dezembro de 1656. Privado. 651

Cum primo Domino nil video, quod nos à deciſis amoveat, arctamur enim, ut dixi fol. 181. in materia opinionum *Gloſſ. & Bart. ſeq. ex Ordinat. lib. 3. tit. 64.* & credo, quod etiam retenta contraria opinione ſi Doctores in ſuffragio noſtro allegatos ad dilationes ipſiusmet opinionis, qui teſtantur de communi in dictis caſibus limitatis, videret doctus excipientis patronus, impedimenta non offeret. Et *text.* qui ſolus allegatur *in L. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtam. tutel.* non fortiter urget, quia loquitur in caſu tutelæ tantum, ubi appellatione liberorum continentur omnes deſcendentes, qui ſunt ſub patria poteſtate, quibus tutores in teſtamento dari licet, non autem filiis, de quibus ibi, quorum nepotes egreſſi jam erant à patria poteſtate, *Gloſſ ibi*

*in dict. L. quod si nepotes allegans §. penult. inst. de tutel.* hoc secundum juris intellectũ, quoniam J. C. ait, quod in potestate nostra sunt liberi nostri: liberos id est filios, nepotes, & cæteros deinceps, *L. item in potestate cum L. seq. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* & in casu legati bonus *text. in L. liberor. ff. de verbor. signif. in vers. sed & Papirius, eis verbis: Prædio cum villico, & contubernali ejus, & filiis legato nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat, filii enim appellatine sæpe nepotes accipi, &c.* idem sentit *Scævol. in L. uxorem §. concubinæ ff. legat. 3.* ibi: *Fundum in Appia cum villico tuo, & contubernalis ejus testator pertinere voluerit respondit nihil proponi cur non deberentur.* Ita ut quin agatur de cõmodo legatarii, & favore, non existentibus filiis nominatis, nunquam pietas patiatur separari nepotem, & semper filii nomine contineri, nisi ut ait J. C. voluntas testatoris aliter se habeat, utpote si testator uni legaret filios, alteri nepotes, hoc casu filii nomine nepotes non veniunt, facit *L. sed & si §. de quibusdam ibi nisi sit contraria voluntas ff. de usufr. L. 2. ff. de hæred. inst.* Rejicientur ergo impedimenta, fructuum vero condemnationem temperarem à tempore tamen litis motæ visa ipsorum contrarietate, cum qua bona fide possidere poterat. Ulyssipone 5. Decembris 1656. Lemos.

652 Cum primo, & tertio Dominis Sapientissimis convenio, & brevitatis causa omitto quamplurima fundamenta, & confirmationes, quas pro hac opinione adducit *Præceptor Lourenç. in L. cum avus ff. de condit. & demonstr. n. mihi 50.* ubi ad fundamenta contraria respondet: ultimum articulum etiam reciperem quoad condẽnationem fructuum à tempore litis contestatæ, & probata judicarem. Ulyssipone 15. Decembris 1656. Brito.

653 Hæc sententia iterum impedita fuit cum exceptionibus, super quibus lata fuit sententia sequens.

*Acordaõ os do Desembargo &c Recebem o ultimo artigo dos embargos, e os mais naõ por sua materia, e autos, o recebido contrario a parte, se lhes parecer. Lisboa Abril 28 de 1663. Sousa. Rego. Da Cruz Freyre. Cardoso. Portugal.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberatio-
654 nibus sequentibus.

Sæpe sæ ius trutinatam quæstionem à sapientissimis Patribus fol. 17. impediens iterũ in trutinam revocat, nec mirum, quia hanc quæstionem, an appellatione filiorum comprehendantur nepotes in ultimis voluntatibus adeo prolixe interpretes nostri explicarunt, ut vel integros libros quilibet ex eorum scriptis contarcire valeret, rem enim in infinitum protraxerunt teste *And. Alciat. paraxadorum lib. 3. cap. 14. in princip.* qua de causa articulum esse valde dubium tradunt *Mantic. de conject. ultimar. vol. lib 8. tit. 8. in princip. vers. verum proposita, Joseph. de Rustic. ad L. cum avus lib. 6. cap 11. num. 45 & 47.* Et vere in terminis hujus processus valde dubitarem, an nepos comprehenderetur appellatione filiorum tota ex eo, quod quamvis ex benigna interpretatione in dispositione ascendentis nepos contineatur appellatione filii, ut passim tradunt DD. consultò omisi, tamen aliud dicendum in dispositione respiciente extraneum, & ejus filios, quia tunc filiorum appellatione nepotes non contineri tradunt *ex Franc. Accurs. Bald. & Cov.* quos laudat, & refert *Alex. cons. 1. Jub num. 12. vers. & propriè vol. 1. Socin Senior cons. 14. Jub num. 2. vers. 2. prædicta conclusio vol. 1. alter Socin jun cons 30 num. 18. vol. 3 Menoch. lib. 4. præsumpt 94. num. 21. Ant. Gabr. tit. de verbor. signif. concl. 1. num. 89. Valasc. cons. 140. num. 14 Phæb. decis. 59 num. 15.* elegantissime *Cyriac. contr. 8. à num. 49. cum seqq. & contr. 9. num 56.* Cumque Philippa ancilla, & extranea sit, ejus nepotes nullo modo comprehendi poterat appellatione ejus filiorum indispositione domini testatoris. Nec aliud evincit dispositio *text. in L. Lucius 85. ff. hæred. inst.* quia ultra responsiones *Cyriac. dict. contr. 8. à num. 54.* textus ille loquitur de filio, seu nepote fratris, in quo aliqua datur dubitatio propter opinionem aliquorum, qui voluerunt respectu transversalis nepotem appellatione filii contineri, ut per *Cyriac. proxime num. 53.* at vero in penitus extraneo nulla dubitatio est, *Cyriac. dict. n. 53.*

Tum etiam ex eo, quia in testamentis idio- 655
tarum nepos non continetur appellatione filii, ut tenent *Gerard. Marzol. cons. 84. num. 28. Cassanat. cons. 58. num. 20. Font anell. de pact. claus. 4. gloss. 9. p. 3. num. 25. & 26.* Cumque testator idiota fuisset, siquidem jurisperitus non probatur, recte sequitur in ejus dispositione nepotem comprehensum non fuisse.

Hæc sanè in hanc me adducerent sententiam, sed materia jam discussa fuit, & tanquam infectiva sentẽtia rejicienda venit, nisi sequentibus Dominis placuerit impedientem beneficio resolutionis jam aliis impedimentis de implorato juvare, super quo libenter conferam.

Ex resolutione à sapientissimis Patribus 656
amplexa veniunt etiam rejiciendi alii articuli, quibus impediens intendit substitutioni

locum

locum fore, ſaltem poſt mortem Annæ Philippæ neptis, ſi enim illa appellatione filiorum continetur, & fideicomiſſum in ea verificari potuit, certum manet ſubſtitutionem evanuiſſe juxta celebre *cõſ. Oldradi* 21. *Gam. deciſ.* 224. *numer.* 1. *Gratian. cap.* 828. *num.* 2. *Caſſanat. conſ.* 2. *num.* 41. *& conſ.* 4. *num.* 1 *& ſeqq. Mant. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 8. *Menoch. conſ* 85. *num.* 46. *Tondut. civil. cap.* 125. *num* 1. *Peregr. de fideicom art.* 15. *n.* 28. *& art.* 29. *num* 29. *Vincenc. de Franch. deciſ.* 92 *num.* 1. *& 2. Cyriac. contr.* 142. *num.* 17. *&* 18. Quod ſi beneficium reſtitutionis indulgeri placuerit, omnia in impedientis favoremcedunt, ſed pro nunc rejiciantur impedimenta. Ulyſſipone 18. Martii 1663. Portugal.

Mihi placet adhuc in his ſecundis impe-
657 dimentis imploratum beneficium reſtitutionis impedienti concedendum, ſiquidem de ejus minori ætate non dubitatur, læſa namque mihi videtur in abſoluta deciſione ſententiæ, quia licet conveniam, quatenus in hoc caſu appellatione filiorum illis deficiẽtibus, nepotem admittam ẽx optime adductis, & licet ex varietate jurium, & opinionũ problematice defendi, & ſequi poſſit altera ex duabus, moveor ultra dicta à ſapientiſſimis Dominis ex tenore diſpoſitionis, in qua teſtator vocat ad adminiſtrationem famulum, & ejus deſcendentes, & illis deficientibus cõſanguineos ex ſuo fratre germano, & talis teſtator, qui tam ſiniſtram, indiſcretam, ſeu fatuam inſtitutionem compoſuit, & tam depravatam voluntatem habuit, & inſuper, quia etiam eidem ancillæ reliquit omnium mobilium medietatem, excepta pecunia, & argento, ut patet fol. 163. addita tamen declaratione, ut poſt mortem neptis dictum legatum finiatur, & annexantur triginta modii Capellæ in concludenti argumento adducto à docto patrono fol. 224. nepotes melioris cõditionis avia Philippa exiſtat.

Ex quibus impedimenta reciperem, & pro-
658 hata judicarem cum dicto additamento, ut ſolum redditus dicti legati ad emptores pertineant tempore vitæ neptis venditricis, & poſt ejus mortẽ ad impedientem ſic reſoluto jure legati, & illius quantitate Capellæ annexa manente, & ſic confirmata, & reformata Judicis ſententia, & confirmatione. Ulyſſipone 1. Aprilis 1663. Cardozo.

Hujus proceſſus principale dubium in
659 duobus conſiſtit? Primum utrum legatum relictum ancillæ fol 104. repetitum fol. 165. & poſt ejus mortem illius filiis locum, & effectum habeat in perſona neptis filiis deficientibus. Secundum an illa qualitas poſita in prædicto legato dicto fol. 154. & iterum fol. 165. repetita cenſeatur in filiis, & nepotibus, nempe, ut quemadmodum teſtator prædictum legatum reliquit legatariæ in vita ſua, ut videre eſt dicto fol. 164. quod iterum adjectum fuit dicto fol. 165. ibi: *Em ſua vida da maneira, que dito he.* Etiam eodem modo, & forma cenſeatur relictum filiis legatariæ, & in utroque dubio evictum fuit, & in perſona neptis effectum habuiſſe, & prædictam qualitatem reſtrictionis ad vitam legatariæ nativitate filiorum, & per conſequens neptis evanuiſſe, ſubſtitutionemque Capellæ morte legatariæ, de qua fol 165.

Hæc omnia repetuntur in impedimentis 660
fol. 209. de quorum receptione agitur virtute reſtitutionis oblatis, & cum utriuſque dubii, materia adamuſſim elegantiſſime à ſapientiſſimis Patribus diſcuſſa ſit, nihil mihi dicendum ſupereſt.

Rimatis igitur, & conſideratis, quæ circa 661
utramque inſpectionẽ ponderantur, & quoad primam, an in ſubſtitutione filiorum nepotes comprehendantur, evictum fuit impræſentiarum comprehendi, quamvis enim ſecundum rigorem nomine filii, nepotes non contineantur, *Gabr lib.* 6 *tit de verbor. concl.* 1. *n.* 3. *Prætis lib.* 3. *de interpretat. ult. vol interpret.* 3. *dubit* 4 *ſolut.* 1. *à num.* 37. *&* 50. qua de cauſa in multis non continentur, de quibus *DD in L. cum avus ff. de cond & demonſtr.* tamen quando datur eadem ratio, vel materia ſubjecta expoſtulat, & veriſimiles conjecturæ reperiuntur, ut deducitur *ex L. juſta ff de verbor ſignif Prætis ſupra num* 50. *Peregr. de fideic art.* 22 *num* 46 *& art.* 28 *à num.* 32 *& lib* 3 *conſ.* 36 *num* 3. *Cald.* 3. *p. cap* 14. *num.* 27. *Mantic. lib.* 11. *de conject. tit.* 8. *num.* 20. nomine filiorum nepotes comprehenduntur.

Nec inconvenit concedentem extraneum 662
eſſe, ut probat *Ord. lib.* 4. *tit.* 37. § 6. ubi in emphyteuſi ab extraneo cõceſſa appellatione filii veniunt nepotes, *Pinel L.* 1. *Cod. de bonis* 1. *p num.* 70. *Gam. deciſ.* 260. *num.* 1. *Cald. ſupra dict. cap* 14. *num.* 35. *& cap.* 15. *num.* 2. *Cabed p.* 1. *areſt.* 91. prout in feudo *cap.* 1. §. *& ſi clientulus de alienatione feudi, Sonsbec de feudis p.* 9. *num.* 152. *Gabriel dict. concl.* 1. *num.* 6 *Pelaes de maiorat.* 1. *p q* 15. *num* 8. *Molin lib* 1. *cap.* 6 *num* 28 *Traquin. lib.* 7. *cap.* 75. *Cald. ſupra num* 7. Excaratione quia quoties diſpoſitio futurum eventum reſpicit, & incertum eſt, an filii naſcantur, tunc ex interpretatione deficientibus filiis continentur nepotes. *Gabr ſupra num* 36. *Menoch. lib* 4. *præſumpt* 94 *num.* 31. *Molin. num.* 29. *Peregrin. lib.* 2. *conſ.* 31. *num.* 15.

*Pinel. supra à n. 69. Gam. decis. 307. num. 13. Valasc. consult. 140. num. 14. Cald supra num. 28.*

663 Quoad secundam vero inspectionem, nempe, an restricto legato, de quo agitur, ad vitam legatariæ eadem restrictio, & qualitas considerari debeat in filiis, ac nepotibus substitutis, ita ut mortua nepte appellatione filiorũ comprehensa illicò revertatur ad Capellam institutam à testatore, prout deducitur in proximis impedimentis, & jam propositum fuerat in aliis fol. 184. in sexto, & quinto articulis etiam evictum fuit non restringi, substitutionemque Capellæ evanuisse.

664 Verum in hoc secundo dubio maiorem dubitationem invenio, cum enim legataria magis sit dilecta à testatore, eique nota, & benemerita, cum fateatur ab ea plura servitia recepisse, & tamen illam solum in vita sua ad prædictum legatum admisit, à fortiori eadem qualitate, & restitutione filios, seu nepotes, quos non novit, invitare censendus erit, qua ratione legata ab institutore relicta censentur repetita à substituto, *L. licet Imperator ff. de legat. 1. & considerat. Menoch. lib. 4. præsumpt. 69. & præsumpt. 108. à num. 4. & 54. & cons. 151. & 220. & 556 num. 7. & 730 n. 1. & 1007. num. 5. Mantic. lib. 8. de conjectur. tit. 2.*

665 Quæ conjectura, & resolutio fundatur *in L. Publius §. 1. ff. de cond. & demonstr. L. Lucius 85. ff. de hæred. inst.* ubi probatur gravatum respectu portionis illi relictæ magis privilegiatum esse, quam substitutum, seu fideicommissarium, *Menoch. lib. 4. præsumpt. 16. num. 6 & præsumpt. 89. num. 121. Costa in cap si pater verbo si absque liberis num. 2. de testam. Josephus in L. cum avus lib. 2. cap. 1. n. 3. ff. de cond.*

666 Ex quo sequitur, quod volente testatore Capellam ab eo institutam morte legatariæ magis dilectæ ad legatum admitti, à fortiori in substitutis idem dicendum erit, eo maxime prædictam Capellam etiam diligendo, ac per consequens gravata legataria prædictum legatum restituere, idemque onus in substitutis censebitur impositum, cum non per viam conditionis, sed dispositionis imponatur, sicut etiam legatum, seu fideicommissum impositum in persona cohæredis, eo suam portionem repudiante, à cohærede relictum censetur, cum in portione etiam ab eo repudiata magis dilectus censeatur, *L. si Titio §. Julianus ff. de legat. 2. Menoch. dict. præsumpt 108. num. 5 Mantic. lib. 4. de conjectur. tit. 10. n 3. Gom. tom. 1. cap. 5. num. 20. & cap. 10. n. 36.*

667 Quibus accedit, quod qualitas posita in institutione censetur repetita in substitutione, *L. 1. Cod. de impuberum, Gam. decis. 27. n. 8. Boer. videndus decis. 314. num. 6. Menoch. cons. 1112. num. 8. & cons. 150. num. 6. & 151. num. 35. & 117. num. 37.* Igitur qualitas restringens legatum repetitum censetur in substitutis.

Hæc magis animum inclinabant ad hanc resolutionem sequendam, quia primo contrarium evictum fuit, non audeo à judicato recedere, eo maxime cum resolutiones fundatæ in præsumptionibus suam fallentiam, & incertitudinem patiantur, eo maxime cum *Ord. lib. 3. tit. 87. §. 1. 4. & 10.* in rejiciendis impedimentis materiam discussam continẽtibus clara sit, ac per consequens impedimẽta rejicerem.

Solum supereſt materia ultimi articuli, quæ videtur continere materiam novam, verum quia testamentum in potestate impedientis semper fuit, videtur ei obstare mala fides, ne præscriptione juvetur, *ex Ord. lib. 2. tit. 27. §. 1. L. non est ferendus ff. de transact.* Si tamen sequentibus Dominis placuerit, super quo conferam libenter, reciperem hunc articulum. Ulyssipone 9. Aprilis de 1663. Da Cruz Freyre.

Cum proximo Domino conveniunt Rego. Sousa.

Et super dictis impedimentis fuit lata sententia sequens.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Sem embargo do ultimo artigo dos embargos, que julgaõ por naõ provados, vistos os autos, falta de boa fé de titulo, que nelle se continha. Mandaõ se cumpra a sentença embargada, e se tire do processo, e condẽnaõ a embargante nas custas, na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa 15. de Abril de 1666. Rego. Cardoso. Da Cruz Freyre.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

*Agitur de probatione ultimi articuli impedimentorum.*

In meo suffragio fol. 223. impedimenta à fol. 209. receptione digna judicavi, & ultro probata judicavi cum declaratione, & evictus fui, & ex generalitate in receptione ultimi articuli tantum per sapientissimos Dominos sententiam subscripsi. Nunc agitur de probatione individuali articuli recepti, & licet in dicto meo suffragio recepta omnia impedimenta dixi ex fundamentis sufficientibus meo judicio, argumento §. *affinitatis inst de nupt.* & ex iis quæ per illum tenet *Surd. cons. 567. n. 10. Girond de explicat. privil. n. 1400.* pro-

probata dixi. Tamen re nunc altius inſpecta nunc articulum receptum probatum non invenio ex defectu bonæ fidei ad præſcriptionem neceſſariæ, ut optime proſequitur doctus Patronus, & ſic articulum receptum improbatum dico. Ulyſſipone 3. Aprilis 1666. Cardoſo.

Agitur de probatione ultimi articuli impedimentorum fol. 209. qui fuit receptus in decreto Senatus fol. 231. in quo deducitur cenſum, de quo contentio eſt præſcriptum fuiſſe ab impediente, eo quod illius exactionis poſſeſſionem habebat legitimo tempore, & aliis requiſitis neceſſariis ad illam præſcriptionem,& conſideratis probationibus ex utraque parte productis in hoc proceſſu, & reſolutionibus DD. ac principiis juris prædictum articulum improbatum cum ſapientiſſimo Domino etiam judicarem, in confeſſo enim eſt, ut impediens fatetur, poſſeſſionem, in qua præſcriptionem allegatam in eo ſtatuit, incipere ab anno 1636. in quo diem ultimum clauſit Anna, ut patet ex certificatione fol. 212. & deducitur in primo articulo fol. 211. & proponitur in perorationibus pro impediente, inferens per ſpatium quatuordecim annorum impedientem per ſe, & per patrem defunctum in poſſeſſione exigendi prædictum cenſum conſervatum fuiſſe, quo ſuppoſito, ſequitur de jure, quod illum præſcribere non poterat; certum eſt enim, & ſecundum regulas juris ex hac materia ad præſcriptionē inducendam decenio inter præſentes, & viginti annorum ſpatio inter abſentes titulum,& bonam fidem requiri, ut probat *text. in L. unica Cod. uſucap. transformanda. principium inſt. de uſucap. deducitur que ex L uſucapionem, L. ſi ab eo L nunquam §. 1. L non ſolum, L. juſto § & ſi poſſeſſionis ff. eodem,& plura alia jura exornat ultra citatos à Pichard. in dict. princip. inſt de uſucap Donel. lib. 5 cap 4 & ſeqq P. Mol. de juſt tract. 2. diſput. 83 & ſeqq Guter. lib 1 cap 4 à n. 64. Sarmient lib 2 ſelect. cap. 10. n 6 Maſcard. concl. 1219 n. 2.*

Quo ſuppoſito licet fateamur bonam fidem in patre, & impedientē intervenisſe, eo quod de jure præſumitur, *ex gloſſ in L ſuper verbo probatur Cod. de præſcript. 30. plane Barboſ. ad rubricam de præſcriptione 30 n 80.* dum contrarium non probatur, prout in præſenti inſpectione inſpicitur, veruntamen titulus deficit neceſſarius ad præſcriptionem judicandam; fatetur enim impediens, nullo alio titulo fulcitur ad eam allegandam,quam Capellæ,cui affirmat prædictum cenſum vinculatum fuiſſe, cuius cauſa & pater, & ipſa illius poſſeſſionem habuerunt, plane ſententiam in rem judicatam tranſactam fol 168. confirmatam in Senatu fol. 181. deciſum reperitur prædictum cenſum annexæ Capellæ liberum eſſe,jam ſequitur titulum in impediente deficere ad præſcriptionem allegādam, & licet ego dubitarem in mea deliberatione fol. 229. de juſtitia hujus ſententiæ per fundamenta in ea propoſita, tamen in fine illius ingenue fateor non audire à judicato diſcedere, eo maxime cum materia in præſumptionibus conſiſtat, & interpretatione voluntatis inſtituentis, quæ quotidie falibillis eſt, & ideo impedimentis rejectis fol.209. reſpicientibus prædictam materiam evictum fuit, quod titulus fundatus in inſtitutione Capellæ evanuerat, & ſolum receptus fuit articulus præſcriptionem reſpiciens, quibus conſideratis,ſi illum admittimustitulum,fundatum in prædicta inſtitutione Capellæ etiam approbamus,& per conſequens ſententiam contrariam primo in rem judicatam tranſactam pronuntiamus, vetante *Ord. lib. 3. tit. 75. & tit.87.§.1.* Ex quibus præſcriptionem rejicere debemus, & articulum improbatum judicarem. Ulyſſipone 12.Aprilis 1666. Da Cruz Freyre.

Ego etiam improbatum judico articulum receptum,nam ultra conſiderata à ſapientiſſimis Dominis, tempus præſcriptioni neceſſarium deficit in præſenti, eo quod impediti vivant in oppido Arrayolos Provinciæ oppidi Villæ Viçoſæ,cui Auditori ſubeſt;impeditrix vero in Civitate Eboræ alterius Provinciæ ſubjectæ Præſidi Eborenſi, & ut per decem annos præſcriptio perficiatur, in eadem Provincia habitare debent,tam præſcribens,quam ille, contra quem præſcribitur, *L. cum in longi Cod. præſcript. long. tempor. Ord lib. 4. tit. 3 §. 1.* Ulyſſipone 14. Aprilis 1666. Rego. 674

Et quia hæc materia, an appellatione filiorum, aut filiarum, veniat nepos, aut neptis, eſt valde quotidiana,non erit ocioſum de illa iterum agere, & videre qualis reſolutio ſit admittenda, & obſervanda in hac difficili quæſtione, in qua videbatur dicendum, quod appellatione filii,aut filiæ,in omnibus diſpoſitionibus humanis comprehenditur nepos, aut neptis ex omnibus juribus. 675

Ex jure divino *Geneſ. cap 20. verſ. 12.* ut conſtat ex *Sá ibidem*, colligitur ex *Geneſ. cap. 11. verſ. 27.* probatur *ex cap 29. verſ.5. Joſue cap.13. Jud. lib 2 cap 1. Reg cap.9 lib. 3.* cum aliis multis *Salzed. de repræſ. lib 1. cap.5 n.5.& lib 3.cap.1 n.8.* 676

Probatur etiam ex Græcorum jure, à quo ablatæ fuerunt duodecim tabulæ, ut *in L 2. orig. jur.* & de jure civili ex *L.Lucius ff. hæred.* 677

*red. infl. L. uxorem §. concubinæ de legat. 3. L. filium habeo ff. ad Macedon. L. tutelas ff. de capitis diminut. L. Divo Marco ff. de quæstionib. L. emancipatum ff. de Senat. L. 2. vers. filius autem ad Tertul.* ita dictum fuit à *Calistrato* in satis vulgata *Lege liberorum ff. de verbor. significat.* ibi: *Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæteri quique ex his descendunt, continentur, hoc enim lex duodecim Tabullarum comprehendit.* Et inferius: *Et filii legato, nepotes quoque ex filiis contineri.* Idem probatur *in L. filii ff. eodem*, ibi: *Filii appellatione omnes liberos intelligimus: L. Senatus de ritu nuptiar.* ibi: *Senatus consulto quo cautum est, ne tutor pupillam, vel suo filio, vel sibi nuptui collocet, etiam nepos significatur. L. non est ff. de verbor. significat. L. justa interpretatione ff. de verbor.* ibi: *Sicut appellatione filii, filiam contineri sæpe respõdimus, ita nepos videtur comprehendi, & in L. 2. de origine juris §. qui fuit*, vocat consultus Tarquinium, filium Demarani, cum esset tantummodo nepos; ut testatur *Rusticis in L. cum servus lib 6 cap. 11. num. 12. cum seqq. de condit. & demonstrat.*

678 Id ipsum de jure Codicis ex *L. 1. Cod. de conditionib. insertis*, ubi relicto uno fideicõmisso cum conditione si sine liberis, ab Imperatoribus judicatum fuit, conditionem fideicommissi defeciſſe uno tantum nepote ex filia existente, *L. Decurionum Cod. de pænis.*

679 De jure Regni probatur ex *Ord. lib. 4. tit. 36. §. 2. & tit. 37. §. 6. & tit. 100.* & de jure Castellæ ex *L. 2. tit. 13. part. 2* ibi: *Si hijo varon no uviesse la hija heredasse el Reyno*, idem *in L. 11. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* quam tulit Philippus Secundus ex clausula Regis Henrici Secundi, ibi. *Finquen a su hijo mayor*; ubi in ambobus verbis, filius, & filia, ejusdem Legis Castellæ, & Legis Recopilationis comprehenduntur nepotes, eadem vivacitate filiorum primæ lineæ, & deficiente in ea filio, intelligitur ipsa nepotis, quod est à *Nobis* probatum, ita affirmat *Palac. Rub.* & alii innumerabiles Doctores sic dixere, quos sequitur, & refert *Castill. lib. 6. cap. 92. num. 14. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 21. & 22. & ibi ejus addition. fol. 23. Valenz. cons. 69. num. 6.* ubi innumera jura ad hanc conclusionem expendit *Mantienç. in L. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil. gloss. 8. n. 2.*

680 Itaque in favorem hujus opinionis, & quod in appellatione filii, aut filiæ comprehendatur nepos, & neptis, hoc metipsum sequentes Auctores fuere consequuti.

681 Legendo, *Gloss. in L. Lucius a 2. ff. de hæredib instituend. & ibi Angel. num. 3. Immola num. 2. Bart. in L. Gallus §. institutus ff. de liber. & posthum. & ibi Angel. num. 2. Baldus in L. 1. num 3. Cod. condit. insertis, Socin. senior in L. hæredes mei §. cum ita num. 11. ff. ad Trebel. & ibi Zanchus num. 229. Rippa in L. ex facto §. si quis rogatus ff. eodem, Jason in L. de quibus ff. de legib. & in L. extraneus ff. de condit. causa data, Anton. de Butr. in cap. quibusdam num. 2. de pœnis, Cardinal in cap. 2. q. 2. de verbor. significat. Dominicus Anton. Cardinal. ibi Ancharran. in Clement. 1. de baptismo.*

Consulendo, *Oldrad. cons. 269. num. 2. Jacob Butrigar. cons. 364. inter consilia Bald. lib. 4. Bald. cons. 487. lib. 2. & cons. 13. num. 2. lib. 3. & cons. 302. & cons. 362. & cons 413. lib 4. Ludovic. Roman. cons. 129. num. 7. & cons. 438. col. ultim. Paul. de Castr. cons. 97. num. 3. lib. 2. Aretin cons. 146. col. 2. Alexand. cons. 9. num. 1. & cons. 61. num. 2. lib. 1. & cons. 5. num. 3 & cons 26. num 5. lib 3 & cons 33. num. 8. lib. 6. Barbac. cons. 1. in fin. & cons 55. lib. 2. Corneus cons 97. num. 4. & cons 248. lib. 1. & cons. 207. num 13. lib. 2. & cons. 23. num 8. lib. 3. & cons. 47. num. 6. lib. 4. Capra cons. 18. num. 1. & cons 26 num. 1. & seqq. Abbas cons. 36. colum. 2. Socin. senior cons. 14. col. 1. cons. 90. num. 3. lib. 1. cons. 249. num. 2. lib. 2. & cons. 17. num. 1 lib. 4. Jason cons. 52. col. 2. lib. 3. Ludovic. Velognetus cons. 4. num 13. & cons. 59. num. 12. Decius cons 218. n. 12. & cons. 391. num. 5. Gozzadin. cons. 4 num. 13. & cons. 59. num. 12. Curt. senior cons. 45. col. 7. Mantua cons. 87. & cons. 198. num. 21. Rubeus cons. 8. & cons. 28. num. 3. Parisius cons. 7. num. 65. & cons. 63. num. 23. & cons. 78. num. 10. lib. 2. & cons. 17. num. 7. & cons. 20. num. 56. lib. 3. Curt jun cons. 22. num. 12. cons. 111 num. 7. cons. 113 num. 2. cons. 116. n. 11. cons. 128. num. 12. cons 161. num. 3. Alciat. cons. 2. lib. 8 & cons. 29. num. 36 & cons. 191. num. 2. lib. 9. Socin cons. 111. numer. 22. cons. 114. num. 31. & cons. 116. num. 13 cons. 126. num. 3. & cons. 127. num. 9. lib. 1. & cons. 108. num. 19. & cons. 146. num. 7.* ubi dicit, ab ista opinione non esse recedendum in judicando, & consulendo, & quod secundum hanc sæpius fuit judicatum: *& cons. 249 n. 3. lib. 2. & cons. 1. num. 36. & cons. 1. num. 9. & cons. 20. num. 8. & cons. 43 num 8. & cons. 142. num. 1. lib. 3. Ruin senior cons. 78. in princip. cons. 101. num. 9. cons. 151. num. 2. cons. 198. lib. 2. cons 97. num. 6. cons. 129. in princip. cons. 130 num. 2. cons. 132. num 1. cons. 163. num. 10. lib 3. Croto cons. 1. num. 7. & cons. 17. num 11. Gerar. Marcolus cons 1. n. 104. Alva cons. 29. num. 10 lib. 1. Roland. à Valle cons. 93. num. 19. lib. 2. Ruin. jun. cons. 13. num. 75. & cons. 75. num. 68. lib. 4. Decian.*

cian. conf. 54. num. 3. ubi de communi, & conf. 88. num 54. Prætis conf. 56. num. 6. Bertrand. conf. 196. num. 2. lib. 2. Cassanat. conf. 67. num. 29. Purpuratus conf. 111. Craveta conf. 155. Natta conf. 652. num. 16. Hieron. Gabr. conf. 121. lib. 1. Cephal. conf. 194. num. 18. & conf. 262. num. 5. Raudens. conf. 24. num. 4. lib. 2. Torniel. conf. 82. num. 21. Menoch. conf 310. num. 28. conf. 357. num 3. & conf. 1037. & conf 1039 num. 4. Sforcia Odd. conf. 39. num. 50. & conf 97. num. 7. Eugen conf. 94. num. 4. Peregrin. conf. 47 n 15. lib. 1. & conf. 31. n. 16. lib. 2. & conf. 59. lib 5. Anton. Gabr. conf. 98 num. 1. lib. 1. Anton. Bellon. qui innumeros allegat conf. 2. num. 11.

Scribendo, Tiraquel. in tractatu le morte Saisir. p. 2. declarat. 5. num. 2. Medic. regul. 2. num. 47. Gabr. de verbor. significat. concl. 1 numer. 5. Crasso §. fideicommiss. q. 10. num 5. Peregrin. de fideicom. art. 1 num 22. & art. 22. num. 61. Cevall. q. 694. Rustic. in L. cum avus l. b. 6. cap. 11. num. 42. de condit. & demonstr. Surd. de aliment. tit. 9. q. 36. ubi multos adducit, Molin. lib. 1. cap. 5 num. 21. & 22. Valenzuel. conf. 66. num. 6. cum seqq. Matienç. in L. 11. tit 7. lib. 5. recopilat gloss. 1. à num 2. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. num. 12. Peir. Pereir. de renovat. emphyteus. cap. 14. num. 26. Castill. tom. 5. lib. 6. cap. 143. num. 42. Fusar. q. 319. num. 1 cum seqq. Ramon. conf. 17. n 5. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 6. n. 16.

Decidendo, August. Beroius 103. Capitius dec. 42. num 8. Rota Roman. in novissimis decis. 212. n. 1. decis. 243. num. 3. p. 2. & apud Farinac. decis. 426 n 4 p. 4.

Contraria opinio, quod in appellatione filii, aut filiæ, non comprehendatur nepos, aut neptis, latissime probatur, in primis in L. quid si nepotes ff. de testament. tutela, ibi: Cæterum si filii non continebuntur, aliter enim fihi, aliter nepotes appellantur; similis est text. in § fin. inst. quibus testam. tutores dari poss. L. posthumum vers. ne ergo ff. de injusto rupto, L. sed & similiter §. 1. de excusat. tutor. § nos igitur, juncta gloss. in Authent. de restit. fideicõmissar. L 1 § dolum ff. de dolo, L. fin. ff. de verbor. significat. L filium eum diffinimus de his qui sunt sui, vel alien. jur. Doctores siquidem, qui hanc sequuti fuere opinionem, inferius connumerantur.

Legendo, Andræas de Pissis, Rainer, Jacob. de Arenis, Cynus in L. Gallus § instituens ff. de liber. & posthum. ubi Immol. n 4. Aretin. ibi, & Bald. in L. quisquis n. 3. Cod. ad L. Jul. maiest. Jason in L. Prætor ait, n. 6. de in jus vocando, & in L non dubium num. 42. Cod. de legib. Gomesius in §. 1. num. 47. instit. de actionib. Velloviso in § 1. num. 12. Instit. de exhæredat. liberor. Alciat. in L. filiusfamil. § Divinum 47. de legat. 1. Petr. Rebuff. in L. liberorum ff. de verbor. significat. ubi Alciat. ibi n. 3.

Consulendo, Bald. conf 76. lib. 4. & conf. 687
186. Alexand. conf. 1. num. 17. lib. 1. conf. 56. num. 2. lib. 3. Roman. conf. 438. Aretin. conf. 146. Corn. conf. 97. num. 19 & conf 132. v. 3. lib. 1. & conf 182. num. 7. & conf. 199 & conf. 230. num. 9. & conf 304. num. 17. lib 3. & conf. 290. num. 3. lib. 4. Socin senior conf. 104. lib. 3. & conf. 73. num. 18. & conf. 152. lib. 1. Curtius senior conf. 44. col. 9. Gozzadin. conf. 37. num. 3. Decius conf. 95. num. 5. & conf. 545. num 9. Bertrand. conf. 161. num. 15. lib. 3. Curtius junior conf. 57 & conf 111. Rub conf. 144. num. 4. Socin junior conf. 149. num. 4. & seqq lib 2. & conf 30. num 10 & conf 38. num 9 lib. 3. Zacius conf. 3 num. 5. lib 1. Crotus conf 13 num. 4 & conf. 104. num. 16. lib 1. Riminald jun. conf 75 num. 43. lib. 1 & conf. 173 num 38 lib. 2. conf. 358. n 232. & conf. 334 lib 3. & conf. 535. num. 8. lib. 5. Parisius conf. 20 num 56. lib. 3. Beroius conf. 122. lib. 2 Alciat. conf 2. num. 22. & seqq lib. 8 conf. 31 num 22. Vellonus conf 50 numer. 5. Nonius conf. 33 num 26 Roland. à Valle conf. 43 num. 35. & conf. 97. lib. 4 Cephal. conf. 330. num. 32. & conf 617. num. 56 Decian. conf 47. lib 3. Bertrand. conf. 130. Odd. conf. 90. num. 2. Bardelo. conf. 83 num. 14. Menoch conf. 215. num. 95 & conf 347. num. 3. & conf 642. num 6. Honded. conf 60. num 61. lib. 1 Ferretus conf. 484. num. 10 lib. 2. Mantic. conf. 275 num 1. lib. 1 Craveta conf. 98. num. 13. Ruin. conf. 181. lib 2. Crotus conf. 166 lib. 2. Bologneus conf 15. num 30 Paul. Picus conf. 74. Gerard. Marçol. conf 84. Riminald jun. conf. 389. & conf. 390. & conf. 597. Pedrocha conf. 38. col. 1. Fab. Turret. conf. 68. num. 25. Peregrin. conf. 67. lib. 2. Surd conf. 403. num. 20 lib 3. Imola conf. 92. dub. 3. conf. 135 conf. 136. & 142. Berret conf. 130. Aldobr. conf. 102. lib. 1. cui subscripserunt Peregrin. Othelius, & Gallus, Marçol. conf. 61. n. 97. Alva conf 4 num. 11. Bursat conf. 337 n 10.

Scribendo, Durand. de art. test. tit de sub- 688
stit. caus. 4. Zasio in tract. substit. in fin. Alveric. de Rosat. in tract. stat. p 2 q 107. Marçar in epithome de fideicom. q. 13. p 2. Præt. de interpret ultim. volunt fol. 326 num 36. & seqq. Facbin lib. 5 controv. jur. cap 18. Rusticis in L cum avus lib 6. cap 14 num. 19. ff. de condit. & demonstr. Anchaaran junior lib. 4. q. 12. num 10 Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. num. 9. Surd. de aliment. tit. 9. q. 36. num. 78.

*Zevall. lib. 3. q. 726. num. 126. Tusch. conclus. 376. n. 50 lit. F.*

689 Decidendo, *Boer. dec. 155. n. 3. p. 1. Magonio decis. Lucana 82. Valasc. cons. 14. n. 14. Sesse decis. 53. n. 17.*

690 Suppositis his duobus opinionibus, illarum quoque fundamentis, & Doctoribus ipsas tenentibus; opinio prima certior, & securior est, ut, post relatos dictos DD. & allegata ab utraque parte fundamenta, resolutum extat à *Fusar. de substitution. q. 319. n. 11.* ibi: *Ex his habemus leges, rationes, & authoritates, quibus utraque opinio fundatur: responsiones autem ad argumenta utriusque opinionis non affero, brevitatis causa, sed apud citatos Doctores videri poterunt, existimo autem non esse recedendum à prima sententia, quæ & æquior, & magis recepta est, ut patet ex authoritatibus pro utraque sententia cõgestis, ex quibus colligitur, quam valde sint decepti nonnulli ex Doctoribus pro secunda opinione relatis, qui nimis facile testati sunt, eorum opinionem esse communem, si enim enumerassent citatos pro prima opinione equidem ita non dixissent. Vidi etiam in practica hanc sententiam probari, ita ut cum sæpius consultus fuerim contra nepotes, nunquam insisti, quod regulæ essent contra eos, sed solum considerari conjecturas, ex quibus excluſi viderentur; ita etiam verè censui in consil. 95. dub. 2. non erit enim à prima opinione in judicando, & consulendo recedendum*; eandemmet resolutionem testantur *Joseph. Ramon. cons. 17. per tot. à num. 3. cum seqq. Camil de Larata cons. 94. num. 2. 4. & 5. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 21. num. 279. Castill. lib 5. controv. cap. 66. à num. 26. cum seqq* ubi multa fundamẽta pro hac opinione adducit, *Decian cons. 2. vol. 2. num. 31. Alciat. cons. 69. num. 10 lib. 9. Surd. tract. de aliment. tit. 9. q. 36. num 34. Mantic. lib 8. tit. 8. de conjectur num. 28. Pereir de renovat. emphyt. cap. 14 num. 26. Vincent. Carrotius dec. 69. per tot. lib. Aug. Barb. appell. 99 n. 99. vers. quando, & num. 100. & seqq.*

691 Sed, & si sine dubitatione, quod opinio, ut in appellatione filii, aut filiæ comprehendantur nepotes, sit æquior, & magis recepta, & ut ad illius exclusionem necesse sit, quod ille, qui pertendit non comprehendi, probet, testatorem noluisse ipsos comprehendere, ut resolvit *Fusarius*, & quamplurimi superius citatis fuere sequuti, hanc quæstionem ponentes in angustissimis juris terminis, illamque facientes conjecturarum judicium, & hoc est, quod possunt manifestare contrariam opinionem sectantes, secundum aliquos Doctores tertiæ opinionis, qui hocmet ipsum pro opinione habuere, nixi in *L. liberorum ff. de verbor. signif.* ibi: *Nisi voluntas testatoris aliter se habeat, Paris. cons. 78. num. 12. Cephal. cons. 262. num. 11. Peregrin. de fideicommiss. art. 1. num. 29. & art. 22. num. 62. Joan. Anton. Bellon. cons. 2. per tot. Fusar. q. 319. n. 11.* & conjecturæ principales ad nostrum institutum sunt sequentes.

Et in primis, principalis conjectura consistit, quando institutor fecit majoratum, est communis resolutio, quod verba, filius, aut filia, in feudis fideicõmissis perpetuis, & in majoratibus ratione perpetuitatis, & finis principalis erectionis illorum comprehenduntur nepotes, & descendentes in infinitum per suam veram intelligentiam, quamvis verba sint adminiculata cum pronominibus demõstrativis, & relativis, ex quibus videatur, institutores voluisse tantummodo comprehendere filios primi gradus, ut constat ex sequentibus Auctoribus cum distinctione materiarum allegatis.

In feudis *Bald. in cap. 1. num. 6. de feud. alienatione, Alexand. in L. Gallus §. instituens num. 8. & ibi Jason. num. 22. ff. de liber. & posthum. Alexand. cons. 124. num. 7. vol. 4. cons. 17. num. 5. vol. 5. Jas. in L. de quibus num. 2. de legib. Ruin. cons. 35. num. 1. vol. 1. & cons. 167. num. 9. vol. 5. Paris. cons. 20. numer. 23. vol. 1. Peregrin cons. 14. num 1. & cons. 17. n. 13. & cons. 25. num. 6. & cons. 38. num. 19. vol. 1. Surd. cons. 573. num. 40. Resental. de feud. cap. 7. q. 15. ubi ejus Additionatores*, qui innumeros affetunt, *Paul. Picus in cap. 1. §. quia vidimus de iis, qui feudum dare possunt*, & probat *textus* expressus *in cap. 1. §. & si clientulus de alienatione feudi, Escrader p. 7. cap. 5. de successione masculorum num. 3. Borcolteldus cap. 7. quemadmodum feuda acquirantur n. 11. Hector. Pist. lib. 2. quæstion. feudalium q. 9. à num. 51. Joan. Anton. Bellon cons. 2. n. 15.*

In fideicommissis perpetuis *Salicet. in L. maximum vitium num. 7. vers. qui autem Cod. de liber. præter. Imola in L. si vero §. de viro colum. ultim. ff. de solut. matrim Jas. in L. de quibus col. 4. & seq. ff. de legib. Fulgosius cons. 77. num. 2. Paul. de Castr. cons. 40. n. 4 lib. 2. Jas. cons. 53. num. 2. lib. 2. Cassanens cons. 63. num. 29. Gozzadin cons 89. num 13. Curt. jun. cons. 3. numer. 11. cons. 22. numer. 13. cons. 23. numer. 15. cons. 111. numer. 12. cons. 113. numer. 2. & cons. 161. Paris. cons. 63. num. 23. & cons. 72. numer. 10. & cons. 75. numer. 63. & cons. 78. num. 10. & cons. 85. num. 8 lib 2. & cons. 52. num. 20. lib 3. Socin. jun. cons. 119. num. 11. & cons. 116. numer. 13.* ubi dicit ita omnes tenere

cons.

*conſ.125.num.23. lib.1. conſ.149. num.3. conſ. 181. num.36. lib.2. conſ. 9. num. 39. lib.3. Beroius conſ. 121. num. 10. lib.2. Riminald jun. conſ. 23. num. 74. lib. 1. conſ. 744. num 32.& ſeq. lib.7. Burſat. conſ.17. num. 13. lib.1. Decian.conſ.88.num.57. lib.2. Menoch. conſ.387. num.2. lib.4. Odd. conſ. 39. num 53. Alexand. Raudenſ.conſ.74.num.8. lib.2.Bardellon.conſ. 83. num.43. Peregrin. conſ. 52. num. 45.lib.3. & de fideicom. art.22 num.55. Anton. Gabr. de verbor. ſignificat L. 1. num. 37 Mantic.de conjectur.lib.8.tit.8.num.17. Craſſus in §. fideicommiſſum q. 10. num. 8. Surd. de alimentis lib. 9. q. 36. Ruſticis in L. cum avus lib.6. cap.12 num.44.Carrotius deciſ. 69. Fuſar. de ſubſtitutionib.q 320. n.31. Joan. Anton. Bellon.conſ.2.num.33.Natta conſ.602.numer.18. Cephal.conſ.262. numer. 7. Menoch. de præſumpt.lib.4 præſumpt.69.num.11.Gozzadin. conſ 4. n.13.*

In maioratibus *Decian. conſ.498 num.192.* 695
*Pariſ.conſ.72. col. 2. lib.4. Gozzadin conſ.36. in fin. Socin. jun. conſ.108.numer.2. lib 2. Socin ſen.conſ.251 num.4 lib 2. & conſ 86 num. 12. lib.3. Paul. Rub. in rubric. de donat. inter vir. 69. num 2 fol.117. Tiraquel.de primogenit. cap. 4. num 6. Covarr. practicar. quæſt. cap 38.num.6. Peregrin. art.22. num. 51.conſ. 41.num 34. lib 5.Ruſticis in L.cum avus lib. 6.cap.12. num.24. Riminald jun.conſ.23 num. 51.& 56. Fuſar. de fideicom. ſubſtit q. 320.n. 28.Molin. lib.1. cap.6. numer.28. Matienç. in L.11.tit.7.lib.5.recopilat gloſſ 8. num.2.Menoch.conſ. 1037 num.1.lib. 11.& conſ. 1071. num.3. lib.11. Tobias Nonio conſ. 33. num.11. Bolognetus conſ.15. num.80. Nata conſ.202. numer.13 Bertazzol.conſ.civil.30. numer.21. Alciat. conſ. 69. numer 10.lib.9. Rubeus conſ. 28. numer 9. Mantic.de conjectur. lib.8.tit.8. numer.22. Pereir. de renovat. emphyt.cap.14. numer. 16. Caſtill. tom.5. cap.143. numer.42.* qui innumeros adducit, *Ramon. conſ. 17.n.5. Additionatores ad Molin.lib.1.cap.6.num.28. fol.* 36. affirmantes, in maioratibus Hiſpaniæ hanc eſſe veriſſimam opinionem, nulla data contradictione.

Licet contrariam ſententiam veriorem eſſe affirment *Alex. conſ. 1. num. 17.& 25.& ſeqq.lib. 1.& conſ.56. lib. 2. Corneo conſ.97. num.19.& conſ.199. num.34.& 38.* ubi judicatum affirmat in Senatu Florentino, *Roland. conſ. 43. num. 25. Cæphal. conſ. 330. numer. 32.& conſ. 607.num.56. Decian.conſ. 47. lib 3. Menoch.* qui veriorem etiam affirmat *conſ.215. dub.2. num.95.& conſ. 347. num. 3.& ſeqq.& conſ. 493 num. 11.& conſ. 567. num. 14.& conſ. 591. numer.1.& conſ. 641. num. 6.* veriorem etiam, & communiorem teſtatur *Peregr. conſ. 67. lib. 2. Burſat. conſ 337. num. 10. Fachin. lib.5. contr.cap.18. Zeval. com. lib. 3. q. 762. num. 126. Magon. dec. 82. Seſſ. dec. 53. num. 17.& ſeqq. Surd. de aliment tit.9.num 36.& conſ.403 num.18. Marta de ſucceſſ. leg p. 1.q. 2.art 5 num.1.& 2.late Caſſanat.conſ 58.n.1. Ramon.conſ.100. n.184.* & tenent citati ſupra.

Et in maioratibus,& fideicommiſſis perpe- 697
tuis *Menoch. conſ.1037. num.1.& conſ.1071. num.3.Cyriac.contr 522.n.52.& ſeqq Ramon. d.conſ.100.n.202.& 203.*

Et probatur *in L.quid ſit nepotes ff.teſtam.* 698
*tutel.§.fin.Inſi quibus teſtam. tutor. dar poſſ. L. ſed & ſimpliciter §. 1.ff excuſ. tut. L. poſthumus verſ.nec ergo ff.injuſt.rupt.*

Et maxime quando verbum, *filho*, refer- 699
tur ad perſonam certam, aut ad certum gradum, vel dicitur, ſuccedat filius talis perſonæ, aut ſuus, quia tunc appellatione filiorum non veniunt nepotes, *Part.in L.Gallus §. inſtituens ff. liber. & poſth. Menoch. conſ. 172.numer.20.& conſ 243.numer.20.& lib.4. præſ.94.n.4 Peregr.d.conſ.52 & de fideicommiſſ.art.28.numer.33. Fuſar. q.321. num. 65. & q.441.n.fin.Cutel.dec.fin num.65.Caſſanat. conſ.19.n.1.& conſ.34 numer.10 Ramon.conſ. 65 num.2. Add. ad Molin lib.1 cap.6.num.29. verſ. ſecundo fallit. Larrea dec.54. numer.19. & ſeqq Barb.vot 70.numer.6 & appell.83.in fin.Fuſar.conſ.65. num 9. Surd conſ.403.num. 21 & dec.133.num.13.& dec.322.n 23.Fontanell dec.584.n. 26. Seſſe dec.64. n.112.Bellon. conſ.2 n.38.& 39.*

Maxime quando hæc materia non eſt favorabilis, ſed odioſa ex parte gravati, *Fuſar. q.319. n. 8.& 9.* & optime concludit *Larrea dec.54.n.24.*

Et loquendo cum pronomine, meus, tuus, 700
ſuus, quod tantum veniunt filii, & non nepotes, *Fuſar.q.321. numer.27.Caſſanat.conſ. 58.num.10.Add ad Molin. d. cap.6. num.28. & 29.* & probat expreſſe *text. in L. cum pater 79. §. hæreditatem ff leg.* 12. ubi nepotes filii præmortui non comprehenduntur in fideicommiſſo,quia ſubſtitutio facta fuit de filiis ſuis, prout declaravit *Soccin. ſen. in d. L. Gallus §.inſtituens n.5. Caſtilli lib.5.cap.92.n. 46.col 4.*& optime *n 19.& ſeqq.*

Niſi addantur verba, & deſcendentibus, 701
quia tunc veniunt nepotes, *Peregr. art.22. num. 54. de fideic. Fuſar. conſ.2 per tot.& de ſubſt. q.320. num. 68. & ſeqq.* & hæc eſt ſecunda conjectura, *Caſtill. d. cap.92. num.19. & ſeqq.*

Tertia conjectura deducitur ex caſu, in 702
quo leges contrarientur, aut detur abſurdum, quia tunc appellatione filiorum ve-

niunt nepotes, *L. liberorum §. sed. & Papinus ff. verbor. sign.* & tenent DD. sequentes.

703 Legendo, *Bart. in L. liberorum num. 5. ff. de verbor. significat. & in L. uxorem §. concubinæ num. 4. ff. de legat. 3. Bald. in L. Gallus §. instituens col. penult. ff de liber. & posthum.* & ante eum *Petr. Andræas de Pissis, Cynus, Ruin. Alexand. in L. sed si hac §. liberos ff. de in jus vocando.*

704 Consulendo, *Bald. cons. 487. lib. 2. Corn. cons. 97. num. 10. lib. 1. Alexand. cons. 9. num. 5. lib. 1. & cons. 5. num. 2. lib. 3. & cons. 37. n. 4. lib. 1. Curt. jun. cons. 3. num. 8. & cons. 111. num. 8.* ubi dicit in hoc neminem contradicere, *Signorol. cons. 249 in fin. Ruin. cons. 35. num. 13 lib. 1. & cons 8. num. 5. & cons. 118. num. 13 lib. 2 Roland à Valle cons. 93. num 25. lib. 2. & cons. 23 num. 33. lib. 4. Beroyo cons. 122. num. 4 lib. 2. Decian. cons. 88. num. 56. lib. 2. Odd. cons. 39. num. 54 Bardel. cons. 83. num. 29. Riminald. jun. cons. 173 num. 42. lib. 2. & cons. 389. num. 10. lib. 4 & cons 502. num. 111 lib 5 & cons. 744. num. 36. lib. 7 Surd. cons 85 n. 28. lib. 1. Socin. jun. cons. 126. n. 35. lib. 1. Menoch cons. 613 n. 11 lib. 6.*

705 Scribendo, *Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. num. 16.* ubi dicit, hanc conjecturam non habere difficultatem, *Prætis de interpretatione ultimar. volunt. fol. 328 num. 56. Menoch. lib. 4. præsumpt. 94 num. 26. Anton. Gabr. de verbor. significat. concl. 1. num 34. Peregrin. de fideicom. art. 2. num. 48 Crassus in §. fideicommissum q. 10. num. 10. Rusticis in L. cum avus lib 6. cap. 12. num. 7. ff. de condit. & demonstr. Fusar. q. 320. n. 44.* ubi hanc conjecturam vocat insignem.

706 Quarta conjectura deducitur ex identitate rationis, *Socin. jun. cons. 125. num. 35. & cons. 146. num. 8. lib. 2. & cons. 1. num 39. lib. 3. Paris. cons. 75. uum. 67. lib. 2. & cons. 52. num. 22. lib. 3. Cardin. Mant lib. 8. tit 8. numer. 17. Petr Surd. d. q. 36. numer. 38. Tiber. Decian. cons. 88. numer. 62 lib. 2. Rimin. jun. cons. 739. num. 88. & cons. 744. num. 35. Cald. de renovat. emphyteut. d cap. 14. num. 26. Fusar. de fideicommiss. substitut. q. 320. num. 36. Additionatores ad Molin. lib. 1. cap. 6. n. 28. vers. sexta fol. 37.*

707 Alias conjecturas minus ordinarias vide per *Fusar Castill.* & alios ubi supra, & per *Barb. appellat. verbor. signif. appellat. 99. n. 100. & seqq.* ubi alias refert.

## CAP. VI.

Quibus probationibus, scripturis, aut conjecturis, verbisque, probetur maioratum institutum fuisse, tam tacita, quam expressa voluntate institutoris ad hoc, ut vinculum ostendatur, admittaturve inclusio, vel exclusio, successoris pertendentis maioratum, ejusque successionem ad se pertinere, & ad bona maioratus reivendicare.

### *SUMMARIUM.*

1 *Secundū institutionem judicari debet successio maioratus: & n. 2.*

3 *Ad hoc debet successor ostendere propriam institutionem, aut exemplum cum requisitis, & quando probet, vel non, n. 4. & seqq. usque ad n 26.*

27 *Maioratus probatur ex conjecturis institutum esse, & fuisse, & ex tacita voluntate defuncti, ad quam colligendam inspici debent omnes clausulæ, & quare, n. 29. 30 & 31 & n. 49.*

32 *Si duæ institutiones inveniantur cum relatione unius ad alteram, quomodo regulāda sit successio.*

33 *Si institutio non invenitur, bona præsumuntur libera, & quare: & n. 34 & seqq.*

34 *De pacto legis cōmissoriæ, & transactione, & datione in solutum, & præscriptione ad exclusionem maioratus: & nn. seqq.*

50 *Referuntur conjecturæ, ex quibus probatur maioratū institutum fuisse: & nn seqq.*

Ibid. *Maioratus probatur ex verbis, faço morgado, & quare n. 51. 52. & 53.*

54 *Maioratus an inducatur ex verbis, faço Capella.*

55 *Maioratus an eliciatur ex verbis, faço casa em Pedro. para accrescentar sua casa, e perpetuar seu, e meu nome, e que venhaõ estes bens a quem sua casa houver de herdar: & n. 57.*

56 *Quid in Principe, qui facit concessionem ad domum, an sit realis.*

Nomen,

58 *Nomen, idem est, quod familia.*
59 *Maioratus an inducatur, quando de primogenitura facta sit mentio.*
60 *Maioratus dicitur institutus, quando sunt vocati primogeniti, & quare.*
61 *Et etiam, quando inquit, quod bona vinculat, & facit vinculum suorum bonorum, & quare, n.62.*
63 *Maioratus inducitur, quando testator reliquit bona sua filio, aut cognato, ut in infinitum in eis succedat, & quando inquit, andará, aut invenitur verbum successivum.*
64 *Maioratus an inducatur ex verbo semper, perpetuo, nunquam, & in infinitum: & n.65. & 67.*
66 *Maioratus inducitur ex verbis successivis.*
68 *Maioratus an inducatur ex verbis, filiis, aut descendentibus.69 70 & 71.*
72 *In maioratu quando sunt vocati plures, intelligitur ordine successivo.*
73 *Maioratus an inducatur, quando vocatur herdeiro.*
74 *Vocatis filiis comprehenduntur, tam masculi, quam fœminæ, & etiam quando vocantur descendentes.*
75 *Vocatio filiorum, quando comprehendat nepotes: & n 76.*
77 *Maioratus an inducatur, quando testator vocavit proximiores, & priores: & n 78.*
79 *Maioratus inducitur, si testator jusserit bona ad maiorem natum devolvi.*
80 *Quid si dicat, quod vadant de maiore in maiorem.*
81 *Quid si excluſit filios religiosos.*
82 *Quid si dicat, quod vadant de hærede in hæredem.*
83 *Quid si præferentiam dedit maiori, & masculo.*
84 *Quid si dicat, quod si hæres decedat sine filiis, succedat alius.*
85 *Quid si bona relinquat duobus de familia.*
86 *Quid si digressus fuerit ad plures gradus substitutionis: & n. 87.*
88 *Quid si dicat, quod bona remaneant in familia.*
89 *Quid si dicat, quod bona sint in uno possessore, aut successore.*
90 *Quid si vocat masculum, & excludit fœminam.*
91 *Quid si vocavit proximiores de parentella, genere, & trunco.*
Ibid. *An, & quando ex prohibitione alienationis inducatur maioratus, & in quibus casibus sit realis, vel personalis, & inducatur fideicõmissum, in casum mortis, vel alienationis: late explicatur nn seqq. & n. 92. usque ad n.169 ubi ad varios casus, in quibus est permissa, vel prohibita alienatio etiam inter consanguineos.*
170 *Quid in delatione armorum, & nominis, an ex hac dispositione inducatur fideicommissum, ubi etiam de clausula codicillari.*
171 *Quid quando testator est nobilis, aut illustris.*
172 *Quid ex qualitate bonorum, & ex onere missarum.*
173 *Quid in consuetudine succedendi jure maioratus.*
174 *Maioratus an probetur ex relatione Principis.*
175 *Quid ex cõfessione in supplicatione facta.*
176 *Quid ex indivisione, & divisione: & num. 177.*
177 *Quid ex confessione inventarii, & separatione ad maioratum.*
178 *Quid ex licentia petita ad bona permutanda: & n 179.*
180 *Qui licentiã petit, fatetur prohibitionẽ.*
181 *Maioratus an probetur ex confessione vinculi, & an possit confessio impugnari ab eo, vel ab hæredibus: & n. 182.*
183 *Quid ex possessione capta, tamquam de bonis maioratus.*
184 *Quid ex observantia, & opinione.*
185 *Quid ex vocatione legitimorum filiorũ, & exclusione fœminarum.*
186 *Quid ex facultate nominandi consanguineos.*
187 *Quid ex onere impositio ab institutore, ut bona semper sint meliorata, & non deteriorata.*
188 *Quid ex verbis enuntiativis, ex quibus refertur bona esse maioratus.*
189 *Quid ex possessione immemoriali, & sine scriptura.*
Ibid. *Maioratus probatur per sententiam, si fuerit valida.*
190 *Quid si testator dicat, quod relinquit bona ad posteritatem conservandam.*
191 *Quid ex declaratione hæredis, aut commissarii: & n. 192.*
193 *Quid si dicat, quod vadant ad unum, & non transeant ad extraneum, & quis dicatur extraneus: & n.194.*
195 *Ad hoc, ut competat actio successori maioratus, debet probari bona esse maioratus, & quomodo probetur bona esse illius, nn. seqq. ubi etiam quomodo probetur identitas.*
199 *Meliormenta quando dicantur esse maioratus.*
222 *Quid in remissione, & acquisitione ex transactione: & nn seqq. ad multa.*
317 *Actio reivendicationis competit successori*

*sori maioratus, & multis seqq. ad varios casus usque ad n.* 785.

786 *Actio reivendicationis ut competat, requiritur ex parte agentis probatio dominii concludens, & clara, & non sufficit præsumptiva, & ex quibus probetur dominium ad obtinendum in reivendicationis actione: & nn. seqq.*

1 IN maioratuum inclusione, vel exclusione, successioneve, ante omnia institutio maioratus inspicienda, & ostendenda est, quia contentio, inclusio, vel exclusio ex sola maioratus institutione, decidenda est, & ab eorum verbis nullo modo discedere licet, sed potius secundum eam judicare, & consulere, *L. item veniunt ff. de petit. hæred.* ibi: *Optimũ est ipsius Senatus Consulti interpretationem facere verbis ejus relatis, L. de his ff. de transact.* ibi: *De his controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi, neque exquiri, veritas aliter potest, quam inspectis, cognitisque verbis testamenti. Ord. nostræ lib. 4. tit. 100. §. 3. & lib 1. tit. 50. & tit. 62. §. 53. & seqq. Padill. in L. 3. §. si fideicõmissum ff. de hæred. instit. num. 133.* ibi: *In maioratibus clausulæ institutionis ante omnia sunt inspiciendæ, quia ab eis nullo modo discedere licet, Molin de primog. lib. 3. cap. 13. n. 23.* ibi: *Contentio ex sola maioratus institutione ferè semper decidi solet, Peregr. cons. 65. num. 1. & seqq. vol. 2. L. Castellæ 25. tit. 11. part. 3.*

2 Inficiari enim nemo potest, quod secundum tenorem institutionis maioratus, ejus erectio, successioque, inclusio, aut exclusio deferenda est, ut tenet *Pareja de instrum. edit. tit. 5. resol. 11. num. 15. Bald. in proæm feud. Paul. de Castr. cons. 146. num. 1. lib. 2. Valenz. cons. 63. num. 96. & cons. 69. num. 2. Rovit. cons. 1. num. 24. Paz de tenut. cap. 34. num. 18. & 48. & cap. 30. num. 19. Castill. lib. 4. cap 29. num. 4. & lib. 5. cap. 91. num. 29. & cap. 92. numer. 1. & cap. 93. numer. 17. & lib. 6. cap. 178. num. 15. Galeot. lib. 1. contr. 25. n. 9. Noguerol. alleg. 23. n. 4.*

3 Atque ita debet actor ante omnia ostendere maioratus institutionem ad hoc, ut procedat petitio, inclusio, vel exclusio ex dictis, & edere tenetur propriam, & originalem institutionem, sine cujus exhibitione non potest obtinere, eleganter *Rosa per Farin. in recent. p. 1. dec. 135. numer. 6. ex Bart. in L. 1. § si quis in duobus ff. bonor. possess. secundum tabulas*, & præstat rationem verbis sequentibus: *Validissima est ratio, quia cum testamẽtum debeat omni vitio carere, necesse est, ut à judice inspiciatur ipsum originale.* Late *Gargiar. cons. 42. n. 1. & seqq. & num. 9. vers. sed & num. 13.* ibi: *Maxime quando sumus in testamento, cujus vigore fit hæreditatis petitio, in quo casu non sufficit sola testamenti exemplati exhibitio: sed illa originalis requiritur: & n. 20.* ibi: *Debebit ostendere originale ad indagandam veritatem.* Et probat *text. in L. 1. §. sed etsi ff. bonor. poss. secund. Tab.* ibi: *Si vero id quod exemplum erat, bonorum possessio peti non poterit. L. 41. Tauri*, ibi: *Mandamos, que el maiorasgo se pueda provar por la escritura de la institucion, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 11. n. 11.* ibi: *Nisi scriptura maioratus ostendatur.*

Er non sufficit exemplum, maxime si contra illum opponatur, quia tunc exhibendum 4
est originale testamentum vinculi, *Cap. quoniam contra de probat. ubi Abb. n. 4 Fermosin. & Barb. gloss. in cap ut cæterum verbo Græci 9. dist.* ibi: *Et est hic argumentum, quod quantumcumque authenticum sit aliquod instrumentum, si tamen de ipso aliquid indubium revocetur, semper exhibendum sit illud, à quo originem ducit. Cov pract. cap. 19. num. 3. vers. 3. constat, Mier. p 1 de maior. q 61. num. 14. Menoch. adipiscend. remed. 4. numer. 654 & cons. 180. numer 53. Farin q. 153. numer. 133. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol 3. §. 1. num. 41.*

Non enim sufficit exemplum, sed origi- 5
nale requiritur, *ex text. in cap. 1. de fid. instrument.* ibi: *Si instrumentum authenticum non habemus, ad exemplaria nihil facere possumus:* & late *Fermosin ad d. text. Auth siquis in aliquo Cod. edend. L. 2. ff. fide instrument. Pareja d. resol. 3. §. 3. n. 5.*

Nisi exemplum sit transumptum cum ju- 6
ris solemnitatibus, scilicet, citatio, & petitio partis legitimæ, causa justa, & mandatum judicis competentis, & illius inspectio originalis, facta per judicem, & à Notario publico transumpta copia illius citata parte, inspectoque originali absque vitio, *DD. per text. ibi in cap. 1. de fide instrum. & in auth. siquis in aliquo Cod. de edend. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 653. Gratian. forens. cap. 859. num. 3. & 10. Molin. de primog. in specie lib. 3. cap. 13. n. 47. & seqq. Alter disp 638. num. 3. Paz de tenut. cap. 27. n 17. & cap 26 num. 16 & n. 64. Pereir. dec. 26. num. 8. Sesse dec. 201. numer. 27. & 35. Somoz. de sup. 2. p cap. 26 numer. 60. Pareja de edit. instrum. tit. 1. resol. 3. § 3. num. 29. & n. 120. Sousa de Maced. dec 54. n. fin. Castill. lib. 2. cap. 16. n. 55. Fonseq. dec. 195. n. 87. & dec. 271. n. 8.*

Etsi sit exemplum exempli, nihil probat, nec admittitur in maioratus petitione, *Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. numer. 45. Phæb. 2. part. arest. 61. Sousa de Maced. d. decis. 54.*

54. num. 6. Pareja d. reſol. 3. §. 4. num. 1. & ſeqq.

Et in terminis, omnia ſupradicta, etiam in caſu amiſſionis inſtitutionis judicata fuerunt in caſibus ſeqq.

No feito de Franciſco Lopes, contra Dona Chriſtina da Sylva, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Julgo os embargos recebidos, por naõ provados, viſtos os autos, e como delles conſta, que o titulo de dote, e capella offerecido, he treſlado de treſlado, ſem as circunſtancias de Direito, que conſórme a elle naõ baſta, nem prova o que baſta: e mando que a ſentença embargada a cumpra, ſem embargo dos ditos embargos. E pague o embargante as cuſtas. Serpa 14. de Março de 669. Magalhaens.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Auditorem, ubi fuit lata ſententia ſequens.

*Bem julgado he pelo Juiz de Fóra da Villa de Serpa, em julgar os embargos de terteiro recebidos, por naõ provados, e mandar, que na herdade da contenda, de que ſe trata, correſſe a execuçaõ, que confirmo ſua ſentença por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos, e viſto outroſim, como o dote da herdade contheudo na certidaõ da eſcritura, que neſte juizo ſe ajuntou, que fez o Padre Pedro Peçanha foy por ſua morte, ſem abdicar de ſi o dominio della em ſua vida, em os quaes termos, conſórme a Direito, ſe póde fazer execuçaõ em os taes beus pela divida da A. ainda que contrahida depois deſte dote. E pague a appellante as cuſtas de ambas as inſtancias. Beja 22. de Setembro de 1669. Gaſpar Correa Tavares.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus ſequentibus.

Actrix originaria Domina Chriſtina da Silva obtinuit ſententiam à fol. 8. contra Actorem, ſeu Priorem, ac Beneficiatos Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ex oppido de Serpa, tanquam hæredes Emmanuelis de Abreu Coelho, ſui debitoris ex contractu trãſactionis, de quo fit mentio fol. 2.

Fuit executoria expedita cum clauſula fol. 16. ut executio fieret in bonis debitoris principalis, ſed tandem facta fuit pignoratio fol. 20. in prædio uſufructuarii Petri Peçanha, illius Eccleſiæ Beneficiati, proprio appellantis, quod prædium nuncupatur de Valladares.

Ad impediendam executionem in dicto prædio, tanquam tertius Dominus ſe offert Franciſcus Lopes de Beja, cum impedimẽtis fol. 24. Auditorque confirmavit dictam ſententiam fol. 84. à qua interpoſita fuit appellatio, cur robur firmitatis non obtineret, quia dictum prædium anno Domini 1623. à Beneficiato Petro Peçanha datum fuit in dotem poſt mortem illius Dominæ Sebaſtianæ ejus conſobrinæ ad matrimonium contrahendum cum Michaele de Sá da Matta vinculo maioratus, ita ut, qui ſucceſſor fuerit alterius maioratus Vincentii Domingues, ſic etiam ſucceſſor iſtius viſitur fol. 72. quæ donatio cauſa dotis eſt irrevocabilis, tanquam facta inter alios, quamvis ejus effectus conferatur in tempus mortis, *L. ſi donationem, L. vellet nec ne, Cod. revocand. donat.* Ex eo quia tempus mortis in donatione iſta fuit adjectum verbis executivis, ideo cenſetur donatio inter vivos, cum ſolum mentio mortis ſit adiecta cauſa demonſtrandi tempus, quo talis donatio executioni demãdari debet, *Roland. à Valle 2. vol. conſ. 61. num 12. & 13. ita Bald. in addit. ad Specul. tit. de inſtr. edit. in fin. verſ. Si quis donat. Aymon. Cravet. conſ. 214. n. 1.*

Cum ergo donator fol. 72. dicat poſt mortem ejus, mentio mortis intelligitur tantum ad deſignandum tempus, in quo vult cum effectu incipiat, & dicitur donatio inter vivos, *Petr. Cyn. Bald. & Angel. in L. quæ dotis ff. de ſolut. matr. Cravet. ſupr. numer. 9.* Illaque mentio mortis cenſetur facta reſpectu uſusfructus, qui multis modis finiri ſolet ad demonſtrandum, quod nollet donator finiri uſumfructum, niſi poſt mortem ſuam, & quod vellet illum percipere, *Bart. conſ. 107. anno Domini lib. 2.* ex prædictaque donatione non ſolum primo, ſed ſequentibus jus fuit quæſitum, *Larrea deciſ 65. num 7. & deciſ. 91. num. 4. Cancer. 3. p. cap. 7. num. 258. Amato reſolut. 30 num 11. 13. & 14. Molin. lib. 4. cap. 2. num. 75. verſ. ſecundo caſu:* ex eo enim, quod intervenit reſervatio uſusfructus, translata cenſetur poſſeſſio, & maioratus ſubſtinetur, atque irrevocabilis ſit, *Mol. de primog. lib. 4. cap. 2. n. 9.*

Deinde quamvis Rector, ac Beneficiatus illius Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſint hæredes inſtituti ab Emmanuele de Abreu Coelho, ut ſupponitur, attamen nomine proprio hæredes non reputantur, ſed nomine alieno, ſcilicet, Eccleſiæ, cui inſerviunt, & ipſa Eccleſia cenſetur inſtituta, *text. in cap. requiſiſti 15 extra de teſtament.* ibi: *Quia hoc ille, qui donat pro redemptione animæ ſuæ, non pro cõmodo Sacerdotis probatur offerre, non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi demiſſum Eccleſiæ, inter facultates Eccleſiæ comput abunt. Mantic. de conjectur. ult. vol. lib 8. tit. 6 n 17. Barboſ. in collect. ad dict. text. à num 4 &* Rector

ctor Prælatus non est Dominus, sed solum administrator bonorum Ecclesiæ, *Cap. cum ex eo de elect. lib. 6. Inn. & Abb in cap. cum super de caus. poss. & propr.* Tantum enim habent juris Rector, & Beneficiatus in bonis Ecclesiæ, quantum tutor ex bonis pupilli, *Joh. in cap edoceri col 1. de rescript.* atqui pro debito pupilli executio facienda non est in bonis tutoris: ergo neque etiam executio cadere poterit in bona propter illius beneficium; multo minus in dicto prædio de Valadares vinculo maioratus affecto in præjudicium tertii appellantis.

Constat namque ex testibus à fol. 43. Dominam Antoniam de Sá appellantem uxorem esse excipientis Francisci Lopes de Beja defuncti, filiamque maiorem, donat Dominæ Sebastianæ, deinde successor, & possessor alterius maioratus à Vincentio Domingues instituto, ac per consequens vocatum ad maioratum prædii de Valladares, in quo executio currere non potest, ex rationibus de quibus supra, tum etiam quia post maioratum irrevocabiliter institutum debita à institutore contracta non sunt persolvenda ab ipsius possessore, nec ad ea tenebitur, *Molin. de primog. lib. 1. cap 10. num. 11. Gom L. 40 Tauri n. 72. Peralt in L 3 §. qui fideicommissum n. 124 ff. de hæred. inst. idem Molin lib. 4 c. p 11 n. 18.*

Cum ergo appareat prædium de Valladares pertinere appellatæ, non solum quoad proprietatem juxta instrumentum dotale, sed etiam quoad usumfructum post mortem donatoris, qui vitam claudit die 8 Januarii 1669 ut visitur fol 63. juste impedit executionem, quilibet enim tertius, sive Dominus, sive possessor sit, eam impedire poterat, *Mend. in prax. lib. 3 cap 21. num. 38.* Ideoque impedimenta recepta probata judicarem, revocata sententia Auditoris ea adhibita declaratione, ut executio fieri possit in dicto prædio de Valladares pro quantitate contenta in scripturis fol. 55. quæ quantitas non continetur in dicta dote, & institutione maioratus, & etiam in fructibus à die dignorationis usque ad mortem principalis debitoris cum jure illæso contra hæredes ejus. Ulyssipone 22. Aprilis 1671. Doctor Coutinho.

Non est nostrum agere, an possit fieri executio in bonis propriis Petri Peçanha pro debito, de quo primitus fuit contentio finita per sententiam, de cujus executione agitur, neque ut talis executio in bonis prædictis fieri queat pro toto debito præfato, an pro parte tantum, eo quod alii dentur hæredes. Nostri solummodo muneris est exquirere, an in prædio de Valladares ea prædicta executio procedere valeat; non obstante allato jure tertii appellantis deducto in impedimentis à fol. 24. & executionem recte procedere dicerem, ac impedimenta improbata judicarem, Judicis, Auditorisque sententiis confirmatis, eo tantum fundamento, quod non probatur legitime per appellantem maioratus constitutio, illiusque pro dote facta donatio, qua nititur, & unde totum sui juris robur deducere conatur: nam documentum in id productum à fol. 27. est exemplum exempli legalis fidei expers propter *Ord. in 3. tit. 60. in princ. Auth. si quis in alio Cod. de edend. cum vulgar. Cov. pract. cap. 21. Pereir. decis. 26 num. 8.* & in terminis per illud non probari maioratum, ostendit late *Paz de tenut. cap. 25. à princip* & apud nos refert judicatum *Phæb. p. 2. arest. 61.* unde non est necessarium agere, an appellans possessione carens possit, ut tertius, executionem impedire ratione tantum futuræ successionis, vel translati dominii, si ex asserta donatione cõtemplatatione matrimonii facta translatum fuit, quamvis esset in mortis tempus destinata. Ulyssipone 22. Maii 1671. Leitaõ.

Pro judicato cum proximo Domino sapientissimo pugnarem confirmatis sententiis Judicis, & Auditoris, non solum quia de maioratus constitutione legaliter non constat, sic etiam, quia contra bona debitoris instituentis maioratum currit executio, *Ord. in 3. tit. 93 in princip.* & inspecta probatione, quæ incepit à fol. 47. Petrum Peçanha debitorem esse creditrici originariæ, ex eo quia sui debitoris bona possedit, & alienavit, manifeste apparet quibus in terminis, absque alia declaratione, de qua primus doctissimus Dominus, cum secundo sententiam approbo. Ulyssipone 4. Maii 1671. Ribeiro.

Cum secundo, & tertio Dominis convenio. Cardoso.

No feito de petiçaõ de revista de Antonio Gomes Collaço, com Manoel Teixeira de Carvalho, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Desembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz de Fôra, em absolver o R appellado da restituiçaõ do morgado, de que se trata, e bens vinculados a elle, pedidos pelo A. appellante. Revogando sua sentença, vistos os autos, e como pelo treslado da instituiçaõ junta, a que se deve dar inteira fé, além de outras razoens, por ser tirado da nota do Tabaliaõ, que fez a instituiçaõ original consta serem chamados á successaõ do dito morgado, descendentes legitimos, e se achaõ appellado incapaz, por ser filho natural, e o appe-*

*appellante capaz, por ſer o parente legitimo mais chegado ao ultimo poſſuidor, ao que naõ póde fazer duvida dizerſe, que o appellante tem a meſma incapacidade, por ſeu pay ſer filho eſpurio, por quãto he chamado á ſucceſſaõ do dito morgado pela parte de ſua mãy, em que ſe naõ acha o defeito da illegitimidade, o qual ſe naõ deve conſiderar na linha eſtranha, mas na linha da familia, e conſanguinidade do inſtituidor. Condẽnaõ o appellado reſtitua ao appellante os ditos bens, e morgado, com os fructos da lide conteſtada, até real entrega: e nas cuſtas dos autos de ambas as inſtancias. E ao pedido ſobre os bens da terça do ultimo poſſuidor, naõ deferem, por naõ conſtar legitimamente, que o appellado foſſe ſeu herdeiro. E declaraõ naõ ter lugar a oppoſiçaõ, por ſe achar no oppoente a meſma inhabilidade do appellado ſeu pay, no que confirmaõ a ſentença do Juiz. Porto 29. de Mayo de 1664. Ribeiro. Pereirã de Souſa.*

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Sententiam fol 379. pro poſſeſſore hujus maioratus prolatam, in excluſionem Actoris, & opponentis, ſupra dictis Judicis fundamentis, quoad actionem revocandam, quoad oppoſitionem vero confirmandam dicerẽ ex ſequentibus.

Circa materiam actionis, primo in limine notandum eſt Actorem, ut in ſucceſſionis jure obtinere valeat, ad probationem vinculi legitime faciendam teneri,cum in dubio omnia bona libera præſumantur juxta vulgaria, perſonamque,& qualitatem ſuam legitimandam juxta formam inſtitutionis, qua nititur. Cum pluribus *Caſt.quotid. lib.5.cap.9.à num.* 11. aliter enim, cum prius de jure agentis inſpiciendum ſit,& de ligitimatione perſonæ Actoris, *Carleval de jud lib.1. tit 2. diſp.4. in princip.& per tot.* illa non legitimata à judicio repetendus eſt,cum pluribus *Virgil.de legitimatione perſonarum in prælud. num.* 18. Cum igitur Judex pronuntiaverit Actorem in utriuſque probatione defeciſſe, de fundamentis agamus, quibus ſententia nititur.

Quoad primum ex non probata legitima inſtitutione hujus maioratus in præſenti, exiſtimo integram fidem adhibendam eſſe tranſumptui, ſive exemplo fol.70. ex libro notarum extracto, ubi originale teſtamentum per eumdem Tabellionem illud approbantem tranſcriptum fuit ad inſtantiam Primogeniti, poſt obitum matris prius vocatæ, ſucceſſuri, per ea,quæ in individuo de ſentẽtia ſupremi Senatus noviter refert *Souſ.dec.* 54.*à num* 14. *uſque ad fin.* Juvat certitudo fol. 68. unde apparet appellato Reo tradita fuiſſe duo documenta reſpicientia hujus maioratus bona, quorum unum tantum voluit requiſitus exhibere fol. 134. verſ. cum ſeqq. quapropter contra ipſum viget occultationis præſumptio.

Ex dictis corruit ſecundum fundamentum ſententiæ, deductum ex non probata præſcriptione horum bonorum, prætextu maioratus, quia ultra dictam inſtitutionem fol.70.abunde conſtat ex partitionum charta ab ipſo appellato exhibita fol. 136. & ſeqq. de ſeparatione horum bonorum virtute vinculi, adjudicationeque illorũ prætextu maioratus, & traditione facta per Judicem ſucceſſori vocato, prout inſpicitur fol. 149. verſ.

Conſtat utique ex teſtibus à fol. 290. de longa horum bonorum poſſeſſione ultra quadraginta annorum ſpatium prætextu maioratus, per plures poſſeſſores, mutatis aliquando cognominibus juxta formam inſtitutionis, quod longe ſufficit ad probationem vinculi, licet prædicta documenta invalida eſſent, *Gam.dec* 218.*num.*2. *Reynoſ. obſervation.*22.*num.* 21. *Molin. de primog. lib.*2.*cap.* 6.*num.*52. *Solorz. de jure Indiar. tit.* 1. *lib.*3. *cap.* 3.*num.* 11. plures refert noviter *Souſa dec.* 15.*num.*7.*cum Ordinatio noſtra* ex contrario allegata *lib.*1. *tit.* 62.§ *ſi tantum*, vigeat,quando nullum inſtitutionis documentum apparet.

Levioris ponderis exiſtimo defectum cognominis, de quo incuſatur appellans, inſpecta ſua proteſtatione fol. 229. verſ. illius aſſumendi, ubi primum ei ſucceſſionem competere judicetur, & poſſeſſionem maioratus capiat juxta morem Hiſpaniæ,de quo *Molin. de primogen. lib.*2. *cap.*14. *num.*12. *Caſt quotid. tit.* 6.*cap.* 181. *num.* 29. *&* 30. Ad contrarium namque requiritur expreſſa diſpoſitio inſtitutionis; quod maxime procedit in præſenti, ubi ſub Judice lis eſt, ne forſan mutato nomine Actor appellans maioratu careat.

Maius opus monet ultimum fundamentum ex allegato utique illegitimitatis vitio in Actore, & circa hujus fundamenti materiam notari debetur, quod non ambigitur de illegitimitate appellati, cum palam ſit, tantum filium naturalem, expreſſe reprobatum, & excluſum in inſtitutione fuiſſe; utique non dubitatur appellantem Actorem ex legitimo matrimonio procreatum circa, & per repræſentatam matrem ad maioratum vocari, quæ ſi viveret, tamquam proximior conſanguinea legitima ſucceſſura erat ultimo poſſeſſori,cum in præſenti per teſtatorem repræſentatio ultra prohibitionem juris in

omnibus gradibus admittatur. In confesso quoque est, Actorem patrem habuisse spurium, natum ex nobilissimo Canonico Conimbricensi, ac ex ignota matre: quapropter considerari potest fomite ejusdem vitii illegitimitatis laborare, quam testator sprevit, & odio habuit Clericorum posteritatem, expresse excludendo nepotes suos, si ex filio Clerico nascerentur fol. 80. vers. & licet dicatur personam Actoris esse legitimam, & patrem spurium, attendendum non esse huic successioni protinus extraneum, cum per repræsentationem matris legitimæ succedat, tamen inspecta mente institutionis circa nobilitatem, successionem, ac suæ posteritatis splendorem conservandum, prout ex ipsa institutione colligitur, & semper subintelligitur in maioratibus, *Molin. lib. 1. cap. 13. n. 3. Reynos. observat. 53. à num. 18. Gam. dec. 43.* Et illorum filii cum sanguine utique conditionis defectū necessario participent, sequitur non esse Actorem ita splendidum ex omni parte, prout conveniens reputabitur testatoris desiderio, volentis in sua posteritate honorari; non enim sufficit quem legitimum esse, sed ita legitimum, necessarium est, ut ex legitimitate sua, disponentis voluntati satisfiat omnino: bene *Cast. dicto tit. 5. cap. 103. n. 21.*

Juvat secundo: quia qualitas legitimitatis, procreationis ex legitimo matrimonio appositam in primo gradu, repetita utique censetur in ulterioribus ex illa ratione, scilicet, quia quando testator reprobat primum gradum, non legitimum, quem magis dilexisse credendum est, à fortiori reprobat remotiorem minus dilectum, *Cald.* ubi plures refert *cons. 26. num. 19.* Ergo à simili in casu nostro, reprobata illegitimitate (si aliqua daretur) in Actore per viam matris testatori conjunctæ, & magis dilectæ, idem dicendum videtur in illegitimitate ex parte patris testatori extranei, ne alias melioris conditionis maneret.

Verum non obstantibus supra consideratis, & in hoc processu nondum dictis, cum institutio de legitimis tantummodo loquatur, exclusioni, quæ odiosa est, inclinare non debemus, & Actorem legitimum, ac ex matre legitima procreatum, illiusque repræsentatione succedentem repellere, nec odiosis extensivam facere interpretationem ob illegitimitatem patris.

Maxime cum nihil magis regulis juris cōveniat, quam cessante ratione exclusionis, ipsam exclusionem cessare, *Tiraquel. tractat. cessante causa part. 1 num. 94. vers. exclusionis causa, Cald. forens. cons. 26. numer. 13.*

At vero causa, quæ principaliter subintelligenda est in exclusione illegitimorū, est illa, quæ justis nuptiis favet, & excludit occasionem peccandi, ne de facili invitentur possessores ad concubinatum, & procreationem non legitimam, simul ac cognoverint talem prolem sibi posse succedere in maioratibus, quæ interpretatio in conditione legitimitatis potius quam alia quævis sumenda est, *Cald. dict. cons. 26. num. 22.* Cum igitur dicta ratio, seu causa cesset, manifeste in illegitimitate patris Actoris, illius filio legitimo obesse non debet.

Ulterius circa maioratuum successionem tantum attenditur linea, quæ causat prerogativam succedendi, & aliæ, quæ non aperiunt viam successioni, minime attenduntur, *Cast. lib. 5. cap. 93. num. 11. & 21. Pereir. dec. 59. num. 5.* unde parvi pendenda est inhabilitas (si daretur) quæ non reperitur in linea successionis, sed proveniebat per viam patris.

Denique plura, quæ de spuriis dicuntur, limitantur in filiis spuriorum, *Cast. lib. 5. cap. 103. num. 2. Cald. forens. cons. 39. num. 6.* cum pluribus *Barb. ad Ord. lib. 4. tit. 93. num. 12.* Ex quibus, & cum appellatus manifesta reprobatione laboret in sua persona, & nullo jure fulciatur ad retentionem hujus maioratus, sententiam revocarem.

Tamen circa tertias utique petitas in libello artic. 7. & 8. & maioratui vinculandas jure formam institutionis non invenio probatam, habilitationē appellati tanquam hæredis, quam legitimationem facere tenebatur appellans, *Carleval. de jud. lib. 1. tit. 2. disput. 4. n. 20. Virg. de legit. person. in præludio n. 21.* Ideo pro nunc de illis curandum non esse opinor.

Circa fructus ab indebita occupatione, à contestata lite non leviter urget juramentū appellati fol. 151. & quod non adeo clare cōvincitur de occultatione institutionis. Ideo condemnationem facerem à litis contestatione.

Quoad oppositionem: ex reprobato patre appellato confirmāda venit exclusio filii opponentis, licet legitimus sit, qui mediante patre successurus erat, & non ex propria persona, qua legitimus dici non potest ascendens ex interventu sobolis naturalis, *text. in L. fin. Cod. de donat. liber.* ibi: *Sed interventu sobolis naturalis, nullum jus legitimū Jubesse potest*, ubi *Gloss. verbo consequentias*, ibi: *Qua nec filius nec nepos legitimus est avo.* Et ideo quando aliquis prohibetur succedere, prout illegitimus pariter, & descendentes ab illo, tanquam ab infecta radice procedentes

tes prohibiti videntur, per ea quæ larga manu cum pluribus *Caſtr. d. lib. 5. cap. 103. à num. 12. Larr. dec. 34. num 63. ad fin. Cald. forenſ. conſ. 26. num. 22. Add ad Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. à num. 41.* aliis conſulto omiſſis, facit utique *Ordinat. noſtra lib. 2. tit. 35. §. 14.*

Ex dictis ſuperfluam exiſtimo quæſtionem de tempore nativitatis hujus opponentis, quæ longa indigebat manu, per ea quæ *Caſt. d. lib. 5. cap 91. per tot. Larr. dec. 8. Phæb. dec. 151.* Portu 24. Maii anno 1664. Pereyra de Souſa.

Utinam quod Juſtinianus aliquando cenſuit, properandum eſſe, ne lites fiant immortales, hac in controverſia, quæ 20. abhinc annis, grande mortalis ævi, ſpatium pertractatur, obſervatum fuiſſe; nam nec hodie in hunc laborem eſſet deventum, nec ſimul vexationes, & impenſas paſſi fuiſſent litigantes.

Quæ doctè, & accutè pro reſolutione præſentis caſus ſcripta ſunt ab amantiſſimo Domino, mihi ſummopere placent, tamen ut aliqua adjungam, dicam paucis, quantum per me licebit. In primis judico integram fidem adhibendam eſſe exemplo fol. 70. licet ſine citatione fuiſſet exemplatum. Primo, quia quãdo exemplatio fit ad inſtantiam alicujus, qui non ſuſpicatur ſibi aliquos futuros adverſarios, ſed ſolum veretur, ne quandoque inſtrumentum originale, quod penes ſe retinet, amittatur, ut accidit Stephano Gomeſio hujus maioratus poſſeſſori, ſine citatione poteſt exemplari, *Pareja de univerſ. inſtrum. edit. tit. 1. reſol. 3. §. 3. n. 124.*

Secundo, quia quando exemplatio fit, ut in hoc caſu, per eundem notarium, qui de originali fuit rogatus, abſque citatione exemplari poteſt, *Pareja ubi ſupra n. 128.* præcipue cum jam triginta anni efluxere, *Gratian. diſcept. cap. 859. num. 15. & 16.* ratio eſt, quia exemplum extractum à notario rogato dicitur originale, *Poſth. de manut. obſerv. 99. num. 8.* Cum ergo de inſtitutione, & natura hujus maioratus per inſtrumentum d. fol. 70. edoceamur, non eſt cur ad alias vinculi probationes recurramus.

Principale dubium verſatur circa illegitimitatem appellãtis, conſtat enim patrem habuiſſe ſpurium, & in inſtitutione vocantur ex legitimo matrimonio procreati, & ideo A. obſtare videbatur illegitimitas patris, per ea quæ diffuſe docet *Caſtill. quotid. controv. tom. 5 cap. 103. à num. 13. Menoch. conſ. 172. & lib. 4. præſumpt. 76. num. 27. Mier. de maiorat. part. 2. quæſt. 2. ex n. 17 Giurb de feudis § 1 gloſſ 9 num. 15. Noguerol. alleg. 9 num. 26.* Hoc tamen intelligi debet in linea vocata ad ſucceſſionem, quæ nulla illegitimitate laborat: conſtat enim A. eſſe legitime natum ex matre legitima, quæ vocata in inſtitutione invenitur.

Probatur primo, quia fundamenta contra legitime natos ab illegitimis, intelliguntur de linea vocata ad ſucceſſionem. Plura recẽſet *Caſtill. ubi ſupra numer. 21. Menoch. d. conſ. 172. à num. 2.* Prima eſt, quia ſucceſſor non debet eſſe melioris cõditionis, quam ejus Author, à quo cauſam habuit, *L. ex qua perſona ff. de reg. jur.* Ubi tandem, quia ſubrogatus obtinet jus illius, in cujus locum ſubrogatur: atqui mater A. à qua cauſam habuit, non invenitur excluſa, ergo nec filius.

Secunda eſt, quia ſucceſſiones non fiunt per ſaltus, ſed ordinatè, & ſucceſſione, ob id enim neceſſe eſt, quod gradus procedens ſit ſucceſſibilis, nam medium impediens impedit tranſitum ad extrema, & principium vitioſum in deſcendentibus dirivatur, & in effectu non poteſt plus juris eſſe in cauſato, quam in influenti potentia cauſæ, ſed gradus præcedentes A. ſunt ſucceſſibiles, nulloque vitio dirivantur, ergo & ille.

Probatur ſecundo, quia ad qualificandam ſucceſſionem, dumtaxat attendi debet linea, per quam ſucceſſio dirivatur, & ex hoc concluditur, quod frater uterinus non ſuccedit in feudo poſſeſſo per fratrem, quia erat de alia progenie, nec dependebat ab ſtirpe, à qua feudum proficiſcebatur, *Caſtill. ſupra*: ergo illegitimitas A. ex parte patris, qui non eſt de familia vocata ad maioratum, attendi non debet.

Omnia, quæ de illegitimitate dicta extant, excludunt R. illegitimum ex linea comprehenſa in conſanguinitate, & familia inſtituẽtis. Omitto alia livioris ponderis, & à ſapientiſſimo Domino recte proviſa, ſic revocata Judicis ſententia. Portu 28. Maii ann. 1664. Ribeyro.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum. Ubi confirmata fuit à Judicibus Oliveyra. Lamprea. Et fundata in deliberationibus ſequentibus.

Sumus in illa ancipiti quæſtione, an, & quando filius naturalis, vel ab eo deſcendentes comprehendantur appellatione filiorum, & ſuccedere valeant in fideicõmiſſis, vel maioratibus, & ſimilibus.

In hac quæſtione ſi ſolum dicidenda eſſet juxta deciſionem diſputationis juris communis, difficilior, & nimis intricata res dari poſſet, ob longam, & nimis confuſam DD. traditionem; ob idque docti hujus proceſſus

patroni, tot, & tanta DD. placita nobis proponunt, quibus suam cujusque partem,& victoriam suadere prætendunt, at in hoc Regno, & litibus ejus, non ipsa juris communis decisio,& disputatio,sed principaliter hujusmet Regni Lex, stylus, aut consuetudo, ut expresse jubet *Ord.3.tit.64.* in terminis *Cab. 1. part. dec. 10. num. 5.* & passim nostri Lusitani: quare summopere advertendum circa traditiones DD. in hac materia, quæ sunt in terminis juris cõmunis, & ineptè acõmodantur, cum nostrum jus cõmune sit nostra Ordinatio, *Cab. sup.*

In hoc Regno & an, & quando filii naturales succedere possent, nova, expressa tamen, constituitur differentia inter filios naturales plebeorum, vel nobilium, ut patet in *Ord. 4. tit. 92.* ubi *Barb. Carvalh. de testament. part.1. n.173.& 190.Ægid de priv.honestatis art.13. à n.33.*

Itaque naturales ex plebeis hujus Regni favorabiliores,meliorisque conditionis sunt, quam essent de jure communi, æquiparantur namque filiis legitimis, & simul cum illis ad successionem vocantur, è contrario vero nati ex nobilibus deterioris redacti sunt conditionis, & ita insuccessibiles constituti, ut non solum à successione excludãtur per descendentes, vel ascendentes legitimos, sed & per transversales, ut claris verbis tradit *Ord. 4. tit. 92. in princip. & § 1.* ibi: *E falecendo sem testamento,herdardõ seus bens os parentes mais chegados, e naõ os filhos naturaes, porque os filhos naturaes naõ pôdem herdar abintestado seus pays, &c.* Et in terminis quod per transversales excluduntur : notant *Ægid d. art. 13. num. 30. & 34. & 56. Mol. de just. tom. 1. disp. 166. num. 12. & tom. 3. disput.610. num 3. Frag.de regim.Reipublic. part. 3. lib.1. disput. 2. § 6. num. 168. Them. part.2.dec.151.n 4 & 5.Sousa in L. fæminan. 133 ff.de regul. juris.*

Hinc est, quod cum jus succedendi sit reciprocum, nec pater naturalis nobilis succedit ejus filio naturali, & non solum excluditur per matrem naturalem ipsius filii, sed & per cognatos naturales ex parte matris, ut in terminis notat *Ægid. d. art. 13. num.56.* & si forte contigisset, quod filius naturalis decederet relicto fratre naturali utrimque conjuncto, & alio fratre ex matre tantum : quamvis alias in fratribus legitimis solum admittatur utrimque conjunctus, *Authent. cessante, Auth. fratres Cod. legitim. hæred.* tamen hoc casu uterque frater simul admittetur ad successionem, quia conjunctio ex parte patris nobilis non attenditur, utpote insuccessibilis juxta *Ord. d. tit. 92.§.1.* notat in terminis *Ægid. d. art.13. à num. 57.*

His suppositis, & mente retentis, cum liquido constet, nec R. Antonius Gomesius Collaço dubitet esse tantum filium naturalem penultimi possessoris,& fratrem naturalem ultimi Emmanuelis Gomesii, jam dictus R. Antonius insuccessibilis est, & fuit ad hunc nostrum maioratum ex seqq.

Primo, quia etiam in disputatione juris communis absque totali restrictione ad jus Regium regulariter filius naturalis non succedit in maioratu, nisi expresse ab institutore vocetur, *Gregor.Lop.L.2. tit.15 part.2.in gloss.verbo, si no el hijo mayor, col.2. ex aliis Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. à num. 46. & lib. 3. cap. 3. à num. 41. Ægid. de privil. leg. honestat. art. 13. num 12. & 17.Phæb.2. p. dec.171. num.28.* ubi eleganter, *Molin. de just. tom.3. disput.610 num. 3. Pereir. decis. 14. num.4 & 7. Reynos. observ. 33. à num.4 & 10. Cald. de nominat. q. 19. à num. 32. & 34.Aug.Barb. in tract. de verbis appellativis verbo, filius, num. 14. 21. & 22. Flor. var.q. 16.§. 1 per tot. Præceptor Navar. ad text. in L. ex facto § si quis rogatus num.mihi 183 ff. ad Trebel.* Ex quorum dictis hujus resolutionis ratio deprehendi facile potest, immo quod nec naturalis legitimatus per rescriptum Principis succedat, tradit ex aliis *Reynos. d. observ. 33. num.* 10. Ubi cõmunem, & receptam sententiam dicit maxime,si non sit filius naturalis legitimatus ab institutore,vel saltem à possessore maioratus, tradit *Cabed. 1. p. dec. 97. à num.* 10. Plane dictus R. tantum est frater naturalis ultimi possessoris, nec est filius institutoris, nec ab eo expresse vocatus, ut patet ex institutione : igitur insuccessibilis est, & fuit.

Secundo etiam attento jure Regio,quo in dicta *Ord.lib.4 tit.92.* filii naturales plebeorum capaces sunt ad ordinarias successiones abintestato, tamen ad succedendum in maioratu,ad quem expresse vocati non sint ab institutore, quamvis esset plebeus, non posse succedere tradit in terminis *ex Mol. Ægid. art.16. num.* 17. quem refert *Reynos.d.obser. 33 .num.* 10.*vers.fin.* Et quamvis Ordinatio æquiparat filiis legitimis naturales plebeorum, simulque, & æqualiter successibiles fecit, verior sit sententia, & praxi recepta,qua & Nos non multis abhinc diebus judicavimus, quod institutor maioratus sit plebeus, filius naturalis succedere possit, ut in terminis tradunt *Molin. de justitia d. disput. 610. num. 3. Pereir. dec.14. num.8.Reynos.d. observ. 33. à num.* 11. *Carvalh. de testam p.1. num.174. Costa in cap. si pater, verbo si absque liberis numer. 35. & 37. eod. tit. in 6.*

Atta-

Attamen institutor est nobilis, & vocatus ad ipsum maioratum nobilis qui sit, indubitabile semper fuit apud nostrates, filium naturalem etiam ipsius institutoris, vel possessoris non fore admittendum ad talem maioratum, cum de jure Regio insuccessibilis sit, *ex Ord. lib.4. d.tit.92. §.1.* ut in terminis tradunt *Ægid. d. art. 16. num. 17. Molin. de justit. disput. 610. num.3. Pereir. dec.14.n.4. 7.& 8. Reynos. & alii supra proxime.* Plane institutor hujus maioratus fuit Emmanuel Gomesius nobilis, & senatoria dignitate fulgens, cujus avus fuerat præfectus arcis de Penella, & vocati fuerunt uxor, ejusque filii legitimi, quin expresse vocasset filios naturales, ut totum patet ex institutione, & approbatione à fol.70.& alibi, nec partes de nobilitate institutoris, & vocatorum dubitant, ergo cum nec dubitetur nostrum Antonium Gomesium esse filium naturalem tantum, & non ipsius institutoris, vel ultimi possessoris, fit palam, ipsum ejusque descendentes in successibiles extare posse, & deberi excludi Actorem legitimum transversalem ultimi possessoris, & primi institutoris.

Ratio est, quia eo ipso, quod institutor expresse non vocavit filios, vel descendentes naturales, ut patet ex dicta institutione, iste casus, an voluisset eos admittere, & an sint admittendi, remansit omissus, & sic in disputatione juris, cum qua in non declaratis institutor se conformare visus, & interpretandus est, ut *ex L.commodissime ff. liber & posthum. & ex Bart. in L. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. Val. cons.94 num.3. Reynos. observ.33.num.11.celebris decisio Gam in hoc fundamento dec 7. num.3. vers.1. & dec.206. num 25.& passim DD.* cum ergo in hoc Regno ejus Ordinat sit nostrum jus commune, ut ex *Ord.lib. 3. tit. 64.* tradunt *Cab. 1 p dec. 100.numer.15 & dec.106 num. 9.* ubi refert *Gam. Val. & alios*, cum quibus *Pereir.dec.2. n.3.& Ord.lib 4. d.tit. 92. §.1.* prorsus inhabilitasset naturales ad succedendum nobilibus, qui eos expresse ad suam successionem non vocaverunt, taliter quod ipsi filii naturales ejusdemmet, de cujus successione agitur excludantur per ejus legitimos transversales, ut in terminis dictæ Ordinationis notarunt *Ægid. Molin. Fragos. Them. & Lusitanus Franciscus à Sousa* relati supra in principio hujus deliberationis *vers. in hoc Regno, &c.* Merito R. frater tantum naturalis ultimi possessoris,& ejus descendentes, utpote à radice infecta insuccessibiles extant ad nostrũ maioratum, & merito A. utpote proximior legitimus transversalis ultimi possessoris, & institutoris est admittendus, *Ord. lib. 4. tit. 100.§.2.*

Facit, quod successio in fideicommissis, & maioratibus in non declaratis ab institutore regulatur per successionem hæreditatem ab intestato, *ex L. fin. Cod verb. signif.* cum similibus *Reynos.d. observ.33.num.13.& aliis*, ut dixi, transversalis excludit filios naturales, igitur, &c.

Tertio excluditur R. ejusque descendentia, quia juxta *eandem Ord.lib.4. tit. 92. §.1.* testator, qui nobilis est, & filios habet legitimos, nihil relinquere potest naturalibus: plane noster institutor, & nobilis fuit, & filios legitimos habebat, ergo quamvis expresse vocaret naturales, videbatur ipsos non posse admitti, & sic multo minus R. ejusve filius, qui nec vocati apparent, ut clare ex institutione intuetur.

Quarto, non solum institutor non vocavit expresse naturales filios, imo per contrarium eos expresse excluſit vocando pluries tantum filios,& descendentes legitimos, ipsisque legitimis deficientibus, transversalem legitimum suæ generationi proximiorem, ut totum clare tradit institutio à fol. 76. ibi: *Succederá neste morgado nosso filho legitimo mais velho Estevaõ Gomes*,& ibi: *E seus filhos legitimos descendentes, ou legitimados, &c. Naõ em outra maneira perpetuamente*: in quo magni ponderis est dictum verbum, *perpetuamente*, quod similem ordinem excludendi illegitimos perpetuo futuris temporibus, &c. & iterum d. fol. 76. vers. ibi: *E falecendo a descendencia legitima dos varoens, e femeas desse meu filho*: & iterum: *E faltando todos meus descendentes varoens, e femeas legitimos, succederá neste morgado o parente transversal mais chegado á minha linhagem legitimo, que ao tal tempo se achar*: & iterum fol. 80. *E sendo Clerigo, posto que filhos, ou filhas tenha, naõ succederáõ nelle*: & iterum fol 80. *Mas succederáõ neste morgado seus filhos, e descendentes legitimos.* Et bene hoc idem intentum deducitur ex clausula sequenti d. fol. 81. *Item quero.* Ubi non solum voluit successores legitimos, sed & sanguine puros, taliter quod reprobavit cum sanguine Hebræorum mistos, quamvis ex legitimo essent matrimonio. Si ergo una sola verborum repititio enixam,& magis deliberatam voluntatem ostendit juxta notata ad *text. in L. Balista ff. ad Trebellian. cum vulgarib.* Quid, quæso, dicendum restat de tam multiplicata vocatione, legitimorũ tantummodo,& exclusione non legitimorum, etiam per solum transversalem legitimum, & hoc cum dicto verbo, *perpetuamente*, ad hoc hercle aliud conjicere nequeo, nisi expressam nostri R. utpote naturalis tantum,& non legitimi

gitimi exclusionem ab ipso institutore relictam, quod sufficit, ut R. ab hoc maioratu perpetuo removeatur, cum ordinatum in institutione sit omnino adimplendum, *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 3. Itaque ex singulis supra ponderatis insuccessibilis est R. ex institutoris volũtate, quæ solos legitimos voluit, expressa *Ord. lib. 4. tit.* 92. §. 1. quæ naturales ex nobilibus reddidit incapaces, ut in casu omisso, & ab intestato, per solos transversales legitimos cum excluserit, & multo magis cum tẽpore testamenti institutor noster legitimos filios haberet, quibus vocatio naturalium (si de facto eam faceret, ut non fecit) periclitari poterat, *Molin d disput.* 166. *numer.* 12. *& disp.* 610. *num.* 3. *Ægid. supra art.* 13. *num.* 46. *& 47.*

Supposito quod R. ut naturalis insuccessibilis erat, exclusus quoque ejus filius quamvis legitimus, videtur, non solum quia tempore delatæ successionis hujus maioratus, nec natus, nec conceptus fuerat, quod nocere solet juxta jura DD. & rationes à doctis Actoris patronis præstitas, maxime considerato modo, & verbis, quibus institutor deficientibus legitimis descendentibus vocavit legitimum transversalem fol. 76 ibi: *E falta-do todos meus descendentes legitimos, succederá neste morgado o parẽte transversal mais chegado á minha linhagem, legitimo que ao tal tempo se achar.* Quæ ultima verba, qui tunc temporis inveniatur, significant extremitatem, & conditionem important, juxta notata ad *text. in L. 4 §. fin ff condit. & demonstr ubi gloss. Barb. & alii plures*, cum quibus *Aug. Barb. tract. de dict. verbo, tunc à n.* 1. & ita filius R. videtur exclusus nunc, quia conditione, tunc, defectus fuit, & Actor videtur admittendus, quia tunc temporis, ut proximior conditionem implevit, quæ momento sufficit impleta, licet non duret, ut ex *Tusc. Castrens. Rem. & aliis August. Barb. supra proxime num.* 4 & ipsa dictio, tunc temporis, restrictiva ita est ad tempus, & casum expressum, ut prohibeat extensionem ad casum omissum, ut ex *Paris. Cæphalo, & aliis pluribus Aug. Barbos. supra proxime num* 7. Sicque nihil nocere videtur Actori eo illo tempore proximiori, quod filius R. postea proximior conciperetur.

Præsertim cum juxta supra tradita dictus R. ut naturalis ex voluntate institutoris, & ab ipsa *Ord. lib. 4 tit.* 92. § 1. incapax, & insuccessibilis erat, sic & ejus filius, qui legitimus tamquam à radice infecta, & à lege reprobata natus, *Ord. lib* 2. *tit.* 35. §. 14. *L. fin. Cod. naturalibus liberis, Pereir. dec.* 8. *num.* 1. *vers. unde, & decis.* 122. *num. fin. Mend. in praxi lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. *Cald. de nomin.* 4. 19. *num.* 35. Aliàs plus juris esset in causato, quam in causa efficiente contra regulam, *L. si viva matre Cod. bon. mater.* optime ex aliis *Carvalh. de testam. p.* 1. *num* 189 ubi bene advertit idem dicendum, easdemque juris regulas practicandas in nepotibus procedentibus ex filiis naturalibus, ac in illis, qui medium ad illos fuere, quomodo enim talis nepos, seu filius nostri Rei introducere se potest, ut descendens institutoris, vel ut proximior ultimi possessoris, nisi connumerata persona patris, si aliunde, nec descendens, vel proximior est, nec esse potest, igitur inhabilitas patris eum necessario inhabilem, & insuccessibilẽ reddidit, in terminis videndus *Ægid. de privileg. honestat. art.* 13. *num.* 45. Ubi ait, quod sicut filius naturalis personæ nobilis, ei non succedit, ita similiter, & nepos ex ipso filio naturali; quare solus Actor uti legitimus, & ex legitima parte proximior admittendus.

Nec contrarium evincere potest, quod A. habet patrem spurium ex Clerico natum, nam vere Actor in se legitimus est, de quo non potest dubitari, & ex aliis tradit *Phæb.* 1. *p. decis.* 82. *num.* 14. ejus mater, qua mediante ad successionem pervenit, legitima, & à legitimis producta est, sicque ex parte, & conjunctione illa, quæ attenditur ab A. usque ad ipsum institutorem, vel ultimum hujus maioratus possessorem integra consideratur legitimitas, & habilitas in A. ipsa vero sui patris spuriatas tamquam personalis, & impertinens attendi nequit, ut pœna inhabilitatis Actori legitimo absque lege, vel testatore, qui expresse eam inducat, imponatur, cum potius materia pœnalis pro viribus sit restringenda juxta vulgaria: immo dicendũ, quod sicut ipsa spuriatas paterna, utpote personalis, non potuit efficere, quominus vere non sit ejus filius legitimus, nullatenus efficiet, quod non sit legitimus transversalis ultimi possessoris, & primi institutoris, ut in maioratu non succedat, ad quem obtinendum, non sanguinem paternum, sed à sola matre productum adducere sat est, juxta *Ord. lib.* 4 *tit.* 100. §. 2. ibi: *E sendo do sangue do instituidor.* Et vere quidem, si posset nocere ad succedendum habere ascendentẽ illegitimum ex alia parte, ex qua maioratus non provenit, difficulter, imo impossibilis foret legitimus successor, cum si inquiratur in omnibus Regum, magnatum, & cæterorum ascendentiis, aliquis illegitimus detegetur, hoc autem foret absurdum, & revolveret lapides, ossaque mortuorum, igitur A. legitimus filius, legitimus transversalis, & legitimus

mus ſucceſſor eſt habendus.

Nec obſtat objectum à filio noſtri R. non eſſe veriſimile inſtitutorem noluiſſe deſcendentem ex ſuo corpore in veritate legitimum, & maluiſſe Actorem nepotem ex Clerico: reſpondetur, inſtitutorem declaraſſe ejus deſcendentes fore habiles ad ſuccedendum, qui legitime ab eo deſcenderent, filius vero R. quamvis in ſe legitimus ſit, legitime tamen ab inſtitutore non deſcendit, cum patrem habeat naturalem, item in eo quod inſtitutor omittit, à lege diſpoſitum velle creditur, lex autem in *Ord lib.* 4. *tit.* 92. §. 1. inſucceſſibilem reddidit progeniem naturalẽ nobilium defunctorum, & per contrarium nulla Lex eſt, quæ Actorem legitimum tranſverſalem inſtitutoris non faciat: igitur ſecundum ipſam legem, & in conſequentiam ſecundum veriſimilem voluntatem inſtitutoris, qui cum diſpoſitione juris ſe videtur conformare, admitto Actorem, & excludo Reum, ejusque filium, quamvis in ſe legitimum, utpote à radice infecta, & penitus excluſa natum, *Ord. d. lib.* 2. *tit.* 35. §. 14 cum ſupra conſideratis.

Ad illa objecta, quod propria inſtitutio maioratus non oſtenditur, nec A. hucuſque nominatur Gomes Collaço, plene ſatisfit à doctis A. patronis, & meritiſſimis inferioris Senatus Patribus, ob eorum conſiderationem, & hujus jurgii dubitationem, ſat videtur fructus à litis conteſtatione reſtituere, ad quod proxima objecta aliquantulum juvant.

Circa obligationem inſtitutionis fol. 82. impoſitam ſucceſſoribus pro cujusque tertia bonorum adjungenda maioratui, alias validam juxta tradita *à Valaſc. conſult.* 153. Actor in 7 & 8. libelli fol. 5 propoſuit, Reum fore hæredem fratris, & patris poſſeſſorum, & pro eis teneri. Sententia inferioris Senatus abſolvit R. quia A. non probavit, R. fuiſſe hæredem, quatenus reſpicit perſonam Franciſci Gomes patris naturalis R. probationem non invenio, cum A. articulos faceret, & tempus probationum haberet, unde confirmo in hac parte ſententiam. De hæreditate ultimi poſſeſſoris Emmanuelis Gomeſii maior eſt dubitatio, cum ſimiliter de hoc teſtes A. non deponant, nec R. per terminum à ſe ſignatum hoc declaraſſet, quod aliàs declaratum extat in articulis contrarietatis fol. 185. ut arguit doctus Patronus fol. 489. ubi pugnat pro A. contra R. & hunc juvat *Ord. lib* 1. *tit.* 24. § 1. dum præjudicialia non niſi ſubſcriptione facta condemnat, quare de hoc conferam in Senatu, ſic confirmata in aliis ſententia Senatus inferioris. Ulyſſipene 12. Aprilis 1665. Lamprea.

Perluſtrato non parva cura hoc proceſſu, & attente conſiderata inſtitutione nullum ad hujus jurgii deciſionem dubium mihi mentem obumbravit, cum animus ad aggravantem favendum magis proclivior eſſet, forſan quia Reus erat, poſſeſſor exiſtebat, prolem multam habebat, & denique quia deſcendens quamvis illegitimus cujuſdam Senatoris inveniebatur, quorum memorias, & earum conſervationem Ego, ut noſtræ profeſſionis amantiſſimus, ſemper præ oculis habui. Attamen cum vocatio legitimorum, tam manifeſta ſit in dicta inſtitutione, quam excluſio illegitimorum in illis verbis, ibi: *E ſeus filhos legitimos, e deſcendentes, ou legitimados por ſubſequente matrimonio, naõ em outra maneira perpetuamente* Et cum ultra hanc hominis diſpoſitionem, & alias multiplicatas, quæ diſpoſitionem legis vincunt, *ex Mend. cum Tiraquel. & Molin. lib.* 3 *in praxi cap.* 11. *num.* 8. noſtræ Legis Regiæ diſpoſitio, & jura, quæ eleganter ad ſatietatem deduxit præcedens ſapientiſſimus Dominus, naturalem filium in hoc caſu excludant; contra mentem meam, contra Leges, quas ſub juramento, & pæna peccati obſervare debemus, & cum onere reſtituendi perperam judicatum, Actorem legitimum vocatum ab inſtitutore excludere, & Reum ab ipſo excluſo admittere, durum mihi viſum fuit, quando pietas, & æquitas contra rigorem juris ſcripti prævalere nequeunt ſecundum *Gratian. cap.* 639. *num.* 2. *& cap.* 254. *n.* 9.

Quin obſtent in contrarium adducta, quibus per ſapientiſſimum Dominum meum, & per doctum Patronum, tam pulchre, & erudite ſatisfit, ut nihil addendum ſuperſit, legitimitatem namque tantum requirit inſtitutor inſucceſſore delatæ ſucceſſionis tempore in illis verbis, ibi: *O parente tranſverſal mais chegado de minha linhagem legitimo, que no tal tempo ſe achar.* Quæ verba cum prolata ſint à Senatore, viro juris perito, qui ſciebat capacitatẽ tempore delatæ ſucceſſionis non ſolum deſiderari, ſed ſufficere, nullam ſiniſtram interpretationem patiuntur, imo cum in diſpoſitione hominis inveniantur, ſecundum ſonant, intelligi debent, *ex Gratian. cap.* 419 *num.* 21. & quod inſtitutor noſter odio habuit tantum in peccato conceptos, & non omnes, qui in Adamo peccaverunt, eſſet enim propriam evertere diſpoſitionem, & voluntatem, cum pauci poſſint homines inveniri, qui in aſcendentibus aliquam non habeant illegitimitatem, quæ in noſtris terminis attendẽda non eſt, ſed illa tantum, quæ reſpicit

maio-

maioratus derivationem, ut elegantiori, & latiori calamo prænotavit sapientissimus Dominus, quæ in Actore non datur, & circa quam in tam clara voluntate non licet epicheam facere.

Minus obstare videtur filii oppositio ex adductis à prædicto Domino, & à Patrono, & ex his, quæ noviter *Olea de cess. juris lib. 1. tit. 3. q. 4. à princip.* ubi etiam *Larrea dec. 54. num 11.* quoad successionem maioratus proximitatem attendendam dicunt tempore mortis ultimi possessoris, & delationis ipsius, quia cum dicta successio non possit esse in pendenti, in eodem instanti recta via transit in immediatum successorem absque aliquo ipsius facto, sed ex vi, & potentia legis, ut per *Molin. de primogen lib 3. cap. 10. num. 4. Gom. L. 45. Tauri num. 1. aliàs 2. Salgad. in labyrinth. credit. p. 2. cap. 9. num. 62. & cap. 14 num. 14. Phæb. 2. p. dec. 171. num 22.* & cum dominia rerum ex sui natura, postquam in aliquo radicantur, sint perpetua secundum *Cabed. dec. 208. num. 8. & Phæb supra* nihil supervenientia successoris poterat operari, quando jam dominium quæsitum erat Actori, & in eo radicatum.

Neque ultimo obstat tituli allegatus defectus, in quo adversarius magis nititur, quia ultra quæ doctus Patronus à fol. 483. quamvis Reus defectum scripturæ sicut exemplum exempli alleget, veritatem maioratus non solum non negat, sed fatetur cum omnibus clausulis in dicta institutione contentis, ad ea quæ *Mend. lib. 3. cap. 22. §. 1. n. 4. in princip.* Quibus sic consideratis, tam per inferioris Domus Senatores, quam per Dominum præcedentem, cum ipso sententiam cõfirmarem, & super debito tertiæ ultimi possessoris cum eo conferam. Ulyssipone 20. Maii 1665. Oliveyra.

Ab ista sententia fuit petita revisio, & fuit excusata.

10 No feito de appellaçaõ Civel, em que saõ partes A. appellado Manoel Pegas de Vasconcellos, & RR. appellantes os Padres de Saõ Paulo do Convento de Nossa Senhora da Luz de Montes Claros, Escrivaõ Luiz de Freytas de Sampayo, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Desembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Ouvidor da Comarca de Villa Viçosa, em condẽnar aos RR. larguem ao A os bens, de que se trata, havendo ao A por legitimo administrador delles julgandoos por de morgado, revogando sua sentença, vistos os autos, e como por elles naõ conste legitimamente, que os bens pedidos sejaõ de morgado, nem o papel, que para este effeito se juntou, sejabastante, por naõ fazer fé, e ser traslado de traslado, que sem concorrerem as circunstancias, que o Direito requere, naõ faz prova, e ainda que bastara, nem ainda se achava nelle provada a instituiçaõ de morgado, por quanto o encargo de Missas, que nelle se acha, naõ basta, para se presumir serem os beus de morgado, naõ constando de vocaçaõ de familia, e geraçaõ, que necessariamente se requere, para se haver de entender a instituiçaõ de morgado. Por tanto julgaõ naõ ter o A aução para os bens pedidos, e constar tambem, que os ditos bens saõ possuidos ha muitos annos por livres, fazendose delles por varias vezes partilhas. Absolvem aos RR. do pedido pelo A ao qual condẽnaõ nas custas dos autos. Lisboa 13. de Fevereiro de 1680. Basto Pereyra. Sylva e Sousa. Lopes. Oliveyra.*

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Prædium nuncupatum da Torre das Fi- 11
gueiras, tamquam vinculatum A reivendicare intendit in hoc processu à RR & cum vinculum scriptura, & sine scriptura probari possit, neutro modo A. probavit, non scriptura quia de testamento legitimo, in quo vinculum institutum fuisse dicitur, non constat per certitudinem in fol. 23. de quadam tamen testamenti clausula dicitur, & quin de forma, & solemnitatibus testamenti edocemur, non probatur vinculum, *Molin. de primog. lib 2. cap 8. num 6.* ibi, *Additionatores citant alterum Molin. de justit. tom. 3. disput. 600. & num. 1. Castill. tom. 6. cap. 149. n. 1. & alios.* Sed quando dicta clausula sufficeret per se, non verificabatur ex dicta certitudine, quia erat exemplum exempli, vulgo *traslado de traslado*, quod non probatur, *L. 2. ff. de fide instr. L. fin ff. quemadmodum testamenta aperiantur, Mascard concl. 111. num 1. Scacia de jud. lib. 2. ex 1. num. 593. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 44.* Maxime cum exemplum primum scriptum non cernitur à Notario, nec casus ostenduntur, in quibus ei fides sit adhibita; in quibus terminis, & ipso exemplo non creditur, nisi constet de originali, *Mascard. concl. 711. à princ. per text. in L. 2. ff. de probat. concl. 1394. Gab. Pereir. dec. 26. num. 8.* ibi: *Quod tria requiruntur, ut detur fides exemplo, legitima causa transcribendi, quod fiat authoritate judicis, quod judex videat originale, & denique quod fiat citata parte de cujus præjudicio agitur,* & ibidem, *quod non sufficit verba, seu capitula truncata offerre.* Unde de dicta certitudine, & de exemplo, à quo fuit deducta, non est curandum ad probationem ipsius maioratus,

ioratus, ſed nec & ex reſtium diſpoſitionibus probatur vinculum, quia referuntur, ſeu remittuntur ad dictum informe exemplum, & non ſecundum *Legem Reg. lib. 3. tit. 60. §. 6.* de tenore teſtamenti amiſſi, & ſaltem de ſubſtantia, & ſolemnitatibus illius, ſimul cum cauſa amiſſionis, teſtificant ad hoc, ut legitime probent ſecund. *Larr. deciſ. 56. numer. 11. Olea de ceſſ. jur. q. 5. num. 21. Valaſc. conſ. 187. numer. 8. Altograd. tom. 1. conſ. 50. num. 182.* Et quod affirmant dictum præjudicium, ſemper tamquam de Capella nuncupatum, & poſſeſſum fuiſſe (Si non communi erronea vulgi voce loquuntur, quia nuncupatur Capella quæque proprietas cum Miſſarum onere poſſeſſa) convincitur manifeſte ex documentis fol. 9. verſ. cum ſeqq. quibus oſtenditur ſemper, poſt dictam maioratus inſtitutionem prædium de Torre das Figueiras in inventariis bonorum liberorum ſcriptum; & filiis filiæ potius, quam filio maſculo adjudicatum fuiſſe in legitima.

12 Sed exempli informis admiſſa probatione, tamquam legitima, adhuc ex illius verbis Capellam inſtitutam fuiſſe non dicerem: qu a ut Capella, ex conjecturis ſit judicanda, nec una, nec plures ſufficiunt, caſu quo in inſtitutione deficiat mentio generationis filiæ, parentellæ, ſanguinis, vel parentis domus, quæ ſingula percurrit *Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. num. 25. Pelaes de maiorat. q. 5. Gam. dec. 345. Phæb. 2. p. dec. 120. num. 1. Menoch. de arbitr. lib. caſ. 469. num. 2. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 12. n. 8. Fuſar. de fideicom. miſſ. ſubſt. q. 499. à n. 10.*

13 Non ſufficit onus Miſſarum, licet ſit in perpetuum poſitum, *L. nihil proponi*, ibi: *Salva cauſa legati ff. leg. 1. Cald. for. cap. 23. num. 96. Reynoſ. obſerv. 68. Pereir. dec. 53. Menoch. lib. 4 præſumpt. 76. num. 71. Gam. deciſ. 30. & deciſ. 48. & 228. & 348. à n. 10.* quidquid antiqui Patres varie de hac re judicaſſent, moti ex eo, quod impoſitio oneris individuitatem induceret, *argument. text. in L. cui fundus ff. cond. & demonſtr.* contrarium tamen obtinuit per *text. in L fundi trebelian. ff. uſufr. leg Reynoſ. dict obſerv. 68. Valaſc. conſ. 48. num. 8. Gam. deciſ. 3. ibi Flores*; & merito, ea ratione, quia bona allodiabilia, ſemper præſumenda ſunt, ſemper facienda eſt interpretatio, ut res ſit minori onere affecta, *L. per filium §. fundum ff. leg. 3.* unde ſolum onus Miſſarum efficiet, ut bona juncta ſerventur, & per æſtimationem inter cohæredes dicantur, per *text. in L. nihil proponi ff. leg. 1. Gam. deciſ. 32. num. 2. Valaſc. conſ. 82. per tot. & num. 8 & conſ. 27. Pereir. dec. 21. Lara de capellan. lib. 1. cap. 4.* Et per hunc modum poſt dictam inſtitutionem, ſemper deciſum fuiſſe prædium da Torre, e herdade das Figueiras, demonſtratur ex ſententiis partitionum à fol. 9 verſ. cum ſeqq.

Prohibitio alienandi etiam per ſe ſola non 14
ſufficit, nam per ſe ſimpliciter facta eſt diſpoſitio informis, & ſimplex præceptum reputatur, quo deſtruitur illa libera facultas, qua quis poteſt uti re ſua: unde nullius momenti eſt, *L. per filium §. Julius Agripa ff. de legat. 3.* notant *noſtri ad L. filiusfamil. §. Divi 0 2. per text. ibi ff. de legat. 1. Brit. ad cap. potuit de locato §. 3. num 25. ad fin. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24. verſ. ſed contrarium, Reynoſ. obſerv. 68. à n. 33.*

Non ſufficient una, & altera, ſi concur- 15
rant ſimul ambæ, quia prima non juvatur altera, quæ ſemper eſt communi caſu caſſata, ex defectu ſuæ cauſæ, ex citata *L. filiusfamil §. Diis ff. leg. 1.* ibi: *Nec cauſam exprimunt, propter quam id fieri velint.*

Eſt ergo varium, ut ſemper, & omni caſu 16
fiat in favorem familiæ, vel generationis vinculum, optime *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit 1 n. 44. Peregr. de fideicommiſſ. art. 14. n. 14. Cephal. conſ. 137. num. 4 Menoch. conſ. 97. num. 117. Cravet. conſ. 87. in fin. Fuſar. de fidejuſſ. ſubſtit. q. 290 num 3 & q. 291.* non ſaltem, ut fideicõmiſſum perpetuum, & familiare inducatur, *Reynoſ obſerv. 68. num. 28. Molin. de primogen lib 1. cap. 5. num 6.* & eſt communis *Barb.* ſententia *in L. qui Roma §. cohæred. num. 3. ff. verb. oblig.* Et ex verbis dictæ inſtitutionis implicatæ ſatis, non colligitur diſpoſitio ulla, in favorem familiæ, vel generationis, quia primo, & principaliter vocatur uxor, quæ de familia non eſt, pro exoneranda ſua conſcientia, atteſtatur teſtator ei tertiam ſeu partem tertiæ (non niſi ſatis explicatur teſtator) relinquere: non filium poſthumum ad dictam partem tertiæ vocatum invenio, & quod vere ſentio ex dictis verbis, quod ſub nullo onere Miſſarum fuit relictum uxori dictum prædium in partem tertiæ aſſumptum à teſtatore ſimiliter reſpectu poſthumi, & ſolum cum poſthumus deficeret, & uxor poſthumi mater deeſſet, cæteros poſt illos ſucceſſuros, quoquo modo, vel à jure, vel ab hominis diſpoſitione gravaſſe dictarum Miſſarum onere in perpetuũ: ex quo tamen gravamine, & ſi cum alienationis prohibitione fiat, non inducitur Capella, vel maioratus, ut ſupra diximus, revocetur igitur judicatum. Ulyſſipone 28. Januarii 1680. Sylva & Souſa.

Num ex verbis fol. 3. iuductus ſit maio- 17
ratus, diſputat, & ex abundanti negative reſolvit

solvit præcedens clarissimus Dominus. Ego autem istiusmodi disputationem omnino supervacuam judico, quippe instrumentum illud, cum ex iis, quæ idem Dominus tum etiam ex aliis, quæ doctus congerit appellãtium advocatus, minime fidem facere potest in judicio, eo magis, quoniam cum per tot annorum curricula, totque divisoria judicia, res, de qua agitur, tamquam libera ab omni vinculo, & individuitate inoffenso pede deambulaverit, evanuit certe, quidquid pro sustinendo maioratu allegari posset, atque ideo ego etiam in sententiæ revocationem intrepidus convenio. Ulyssipone 4 Februarii 1680. Lopes Oliveyra.

18 Cum maioratus, de quo contenditur, & Actor reivindicare intentat, legitime, ut necessarium erat, non probetur, ut ex actis videtur, neque enim instrumentum hoc probat, ut sapientissimi præcedentes Domini disputant, & si probaret, non ideo maioratus institutus conferetur, cum ex onere Missarum tantummodo hoc non probetur, ut probant doctè dicti Domini, sicque potius, & securius est, ut sententia Judicis revocetur, & Auditoris. Ulyssipone 12. Februarii 1680. Basto. Pereira.

19 Et etiam si primum exemplum extractum ab originali esset, & relictum in actis parte adversa, cum qua agebatur, citata, seu præsente parte; quia nihilominus si ex eo exemplo sumeretur aliud exemplum contra aliam personam, illud exemplum exempli, quamvis sit sumptum ex exemplo in actis, non probat contra istam aliam personam, quæ non fuit citata in productione instrumenti originalis, ut per hæc verba tenet *Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. num. 641 & num. 642.* præstat rationem, quia instrumentum originale, productum, & registratum in actis parte citata, respectu tertii non citati, dicitur res inter alios acta, quæ aliis non nocet, & *n.* 649. multa tradit, & in nostra specie *Molin. d. cap. 13. num. 44. & seqq. Castill. lib. 2. contr. cap. 16. n. 56.*

20 Et ita intelligendi veniunt, quæ dicunt *Cov. pract. cap. 21. num. 6. Paz de tenut. cap. 26. num. 64. Pareja d. §. 4. num. 9.* quia *num. 22.* recognoscit nostram resolutionem, quæ habet locum, nisi si fuerit productum exemplum in judicio, & contra eam pars nihil opponat, quia tunc censetur appprobata à parte, & continere veritatem, *Menoch. lib. 2. de præs. præsumpt. 46. num. 1. & num. 29. Mascard. concl. 300. n. 18. Paul. de Cast. cons. 314. col. 2. idem Mascard concl. 907. n. 3.*

Et tunc probat, & etiam quando instrumentum conscriptum est ab ipso Tabellione, portocollo authore, coram quo res acta fuit, & ab eo traditum signo proprio signatum, tunc originalis scriptura maioratus censenda est, non exemplum, ut *ex Bart* in specie institutionis maioratus, tradit *Larrea dec. 53 n. 14. in fin.*

Vel licet sit exemplum absque solemnitatibus, penes ultimum maioratus possessorem 22
inventum fuit, & tamquam vera scriptura maioratus fuit semper observatum, & pro tali habita, ut in terminis tenent *Molin. de primog lib 3. cap. 13. n 49. Mier. de maior. 4 p. q. 20. n. 172.* & statim citandi.

Aut per illud fuit regulata, & judicata succes- 23
sio, & observata, *Paz de tenut p. 1 cap. 26. num. 17. Pareja tit. 3. resol. 3. num. 48. & 56. Farin. in posth. dec. 144. num. 3. & dec. 228. num. 6. & dec. 467. num. 3. Menoch. cas. 924. num. 33. Stayban. Jun. resol 58. num. 69. & resol 69 num. 2. Genoa de script. priv. lib. 5. q. 16. num. 37. 42. 43. & 72.* optime *Noguerol. alleg. 31. num. 67.* ubi quando fuit solutum ex vinculi instrumento, *Cyriac. cont. 168. num. 25. & 244. & 501. Crav. de antiq. p. 1. §. 4 limitatur num. 16.* ubi quando fuit observata scriptura minus solemnis, *Rot apud Farin. tom 2. in posthum. dec. 467. num 6. & 7. Gratian. cap. 468. num. 6. & 8.* aut transcriptum ab originali, & in actis insertum, publicatũ, & observatum, ut in exemplo exempli, *Paz de tenut. d cap. 26. num. 63. & vers. nihilo. Pareja de instrum. edit. tom. 1. resol. 3. §. 4. n. 20 & 21.* Seu illud exemplum est antiquum, *Castill. d. cap. 16. num. 56. Stayban. resol 79 num 5. Valenz. cons. 100 numer. 36. Cyriac contr. 204. num. 69.* & in sententia super maioratu diximus *tom. 2. ad Ord. ad Regimen Senatus Aulici §. 39 pag. 263. n 72.* ubi judicatum, & in terminis eleganter *Molin de primog. lib 3 cap. 13. n. 49 & ibi Add. ex num. 44 usque ad 50.*

Etiam idem procedit, quando exemplum 24
est extractum ab eodem notario, qui instrumentum in notam fecit, *Ord lib 3. tit. 60. cap. cum P. Tabellio de fide instrum.* & ibi *Fermosin. Mascard. concl. 711. numer. 9. & 38. Menoch. cons. 175. num 29. Paz de tenut. cap. 26. num 15. Cald. de empt. cap. 35. num 18. Gratian. forens cap. 187 num. 12. Gyriac. contr. 204. num. 69. Aug. Barb. in cap. 1. de fide instrum. n. 3.*

Maxime concurrentibus adminiculis, de 25
quibus *Menoch. cas. 924 n. 32. & cons. 402. n. 38. Larrea dec. 53. num. 14 & Cald de empt. cap. 21. num. 19. & 21. Valasc. de jur. emph. q. 9. num. 26. & cons. 167 num. 8. Cyriac. contr. 204. numer. 69. Mastrill dec. 43. num. 11.* Et quando pars occultat propriam institutionem,

nem, & de hac occultatione conſtat præſumptive ad minus, quia tunc probat exemplum, ut judicatum infra in ſententia relata n. 182.

26 Et quando fuerit extractum cum juris requiſitis, habetfirmam authoritatem, probantque concludenter *DD. in auth. ſi quis in aliquo Cod. de edend.* & ibi *Aug. Barb. in collect. num. 6. & 7. Menoch. conſ. 732. num. 3. Gratian. forenſ. cap. 859. num. 1. & 32. Valaſc. alleg. 76. num. 9. Pereir. dec. 26. num. 8. Molin. d. cap. 13. num. 47.* & ibi *Add.* & apud omnes videre poteris cætera de materia, de qua *Nos* dicemus favente Deo *ad d. lib 3 tit. 60.*

27 Ex dictoque originali, aut exemplo authentico probatur maioratus titulus, & ex illo conſtituitur, aut ex ſcriptura privata, teſtibus, ſententia, confeſſione, aut probatione immemoriali, ut diximus *cap. 3. num. 10. & ſeqq.* & in quocumque, aut maioratus eſt inſtitutus expreſſe, verbis claris, aut tacitis deductis ex verbis inſtitutionis: ſi eſt conſtitutio clara, aut expreſſa, nulla eſt dubitatio, ſi non eſt niſi tacita, tunc poteſt colligi ex cõjecturis, & ex illis probari maioratum inſtitutum fuiſſe, ut diximus *Forenſ reſol cap. 4. num. 161. & ſeqq.* in nova impreſſione, ubi quod licet bona præſumerentur libera, & non vinculata. Nihilominus conjecturis probatur inſtitutum fuiſſe, licet expreſſe non ſit à teſtatore dictum, nec utatur in fundatione verbo maioratus, aut vinculum, ut late ibi exornavimus uſque ad *num. 169. ubi num. 170.* promiſimus hic agi de additionibus conjecturarum, de quibus ibi *num ſeqq* ad quas colligendas debent ſupplere quæ à jure, & DD. dicta ſunt, ex quibus colligenda eſt tacita teſtatoris, inſtitutoriſque voluntas, ut inquit *J.C. in L. interdum §. denique ff. hæredib. inſtit.* ibi: *Si minus diſtribuit, poteſtate juris in hoc revolvitur, L. 2. § ſi mater ff. ad Tertyl.* ibi: *Cum enim eſſet prælatio: matre omittente Senatus Conſulti beneficiũ jus ſuccedit vetus, L. inde Neratius ff. uſufr. accreſcend* ibi: *Et ſucceſſio formæ ſuæ redditur, L. ſi inſtituta, L. pater filium L. ſi is qui ff. inofficioſ. teſt. facit text. in L. præcipimus Cod. de appel* ibi: *Quidquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum conſtitutionumque regulis omnes relictũ intelligant*: & inquit *Bald.* quod caſus omiſſus in diſpoſitione perpetua, non habetur pro omiſſo, ſed pro tacite diſpoſito, ſecundum legis ordinationem, de quo plura *Molin. de ritu nupt. lib. 3 q. 54. n. 3. & 52. Vela diſſert. 49. n. 104.*

Atque ita inſpectis clauſulis omnibus inſtitutionis, reſolvenda erit voluntas, & deducendæ ſunt conjecturæ, quia omnia illius verba faciunt unum contextum inſtitutionis ad hoc, ut voluntatis conjecturæ inſpiciantur, deducantur, & proponantur, ut alias dixit *text. in L. Mævia 44 ff. manumiſſ. teſtam.* ibi: *Contextum verborum totius ſcripturæ, L. nummis 73. ff. leg. 3.* ibi: *Ex contextu teſtamenti*, & probat illud *Cicer. lib. 2. de invent.* Quod ſi ipſa ſeparatim ex ſe verba conſiderentur, omnia, ac pleraque videbantur ambigua. Comprobat *Caſſanat. conſ. 45. num. 27. Caſtill. lib. 3. cap. 15. num. 30. & lib. 4 cap. 37. n. 31.* De quaſtre vide ſententiam ſequentem.

No feito de André Lopes, e ſua mulher, contra Antonio Rodrigues, e ſua mulher, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deũ a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ be bem julgado pelo Juiz, e Ouvidor em abſolver ao R. da Courella pedida pelos AA. em ſeu libello, revogando ſuas ſentenças, viſtos os autos, e verbas do teſtamento fol. 13. e fórma da ſegunda, porque ſe limita a generalidade da primeira, para ambas terem lugar, e ficar ceſſando a contrariedade, que nellas ſe conſidera. Condemnaõ a R. abra maõ da dita Courella, e a entregue aos AA. com os fructos da lide conteſtada, até real entrega, que ſe liquidarão na execuçaõ, e nas cuſtas dos autos. Liſboa 9. de Novembro de 1644. Foyos. Velho. Porto.*

Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

Teſtatoris voluntas fol. 13. cum ita obſcura ſit, ut nullum ſenſum prorſus recipiat, juxta terminos *Legis 2. de his quæ pro non ſcript.* junctis quæ *Mantic 3 de conjectur. tit. 4. n. 3.* neceſſario recurrere debemus ad interpretationem, tam legis, quam hominis juxta *L 3. Cod. inofficioſ. & L. non aliter 66. ff. de leg. 3.* junctis quæ *Mantic. lib. 12. tit. 1. n. 15 & 21. Menoch. lib 4 præſumpt. 26 Fachin. lib 4. cap. 77 Caſtill. de conjectur. cap. 2. num. 22.* Qua facultate juvante lege dicere audeo Clericum teſtantem reliquiſſe omnia ſua bona fraterculo, & ejus mulieri per tempus tantum 4. annorum, ut patet ibi: *A qual fazenda lhes deixa aſſim remotamente por tẽpo de quatro annos*, interim tamen nullis aliis ſolutis legatis, aliquibus ſtatim, & ante prædictum tempus niſi Leonori, & Mariæ fraterculis; cæteris namque tranſacto quadriennio, quod confirmatur ex illis verbis, ibi: *E ſerão bens partiveis*; hoc eſt dividentur per legatarios poſt illud tempus; deinde ex aliis, ibi: *E ſendo caſo, que ſeu ſobrinho*; in

quibus apparet voluisse, ut si consobrinus ordines suscipiat, ex certis bonis nominatis dotem construat, quod si intelligatur post mortem fraterculi, ejusque uxoris, inane reddetur, cum possint supervivere, deinde ex veris regulis, quæ dictant, ut quando voluntates testatoris etiam circa institutionē hæredis ad concordiam reduci non possunt, secunda prævalet, & videtur, testatorem in continenti se corrigere, & emendare, juxta *L. non ad ea 78. ff. de condit. & demonstrat.* junctis quæ *Menoch lib. 4. præsumpt. 165. ex num. 4. cum seqq. & lib. 6. præsumpt. 37. num. 48. &* 49 plures *Castill. lib. 4. rerum quotid. cap. 47. Mantic. lib. 12. de conjectur. tit. 1.* Sicque non inconvenit, quod prius eos hæredes instituerat ad eorum vitam respectu emolumenti totius hæreditatis, quia cum contraria sit una dispositio, & altera, secunda, ut dixi, debet prævalere. Neque obstat, quod in dubio pro hærede debet fieri interpretatio contra legatarios, ut probat expresse *text. in L. unum ex familia 69. §. si rem legat. 1.* ita ut hæredi minus præjudicet. Quia respondetur illud procedere in dubio; at vero in nostris terminis juncta interpretatione legis, non est dubium testatorem legata reliquisse, deinde revocasse voluntatem, ut ex ipsius elogio colligitur, facit quod respectu rei legatæ legatarius magis dilectus dicitur à testatore, ac proinde nihil mirum, si voluisset statim legata præstari, & solum hæredes bonis prædicto spatio potiri, alias non, neque potest considerari in oppositum, quod illud inter usuarium non lucro hæredis, sed ad satisfactionem certam cedebat, quia respondetur, quod multoties hæres tantum nomine erat contentus, & titulo honorabili accedente lucro legis falsidiæ, & aliis honori hæreditario annexis, sic revocato Judice, & Auditore, dicerem, cum multoties testatores legatis, & fideicommissis hæreditatem exhauriunt, & ut hæredes adeant, illis lucro cedant treb. & falsidia. Ulyssipone 7. Julii 1644. Porto.

Incertitudo, quæ reperitur in dispositione fol. 17. & circa quam contenditur in præsenti, est tantum circa modum, & implementum legati petiti, an videlicet hoc statim post mortem testatoris deberetur, an vero hæredis mors sit spectanda, & cum obscuritas neque in persona legatarii, neque in re legata inveniatur, facilius cadit judicantis arbitrium, cui omnis ambiguæ dispositionis interpretatio relinquitur, *ex L. quoniam 4. Cod. naturalibus liberis, L. voluntatis Cod fideicom.* omissis ergo multis, quæ circa præsentem quæstionem agitantur per *DD. ad regulam in obscuris de regul. juris in 6. & L. semper in obscuris ff. eod tit.* Cum in re parvi ponderis totum velum non liceat expandere; quæstionem hanc, secundum decisionem *Ulpiani in L. si servus plurium § ult ff. legat. 1. & L. hæredes palam 21. §. sed & si ff testam.* decidendam puto, declaratis videlicet verbis ambiguis testatoris, ibi: *A Courella da eira*; & per verba antecedentia, ibi: *Logo a entregará̃ a seu pay, e a sua mãy.* Licet enim alia verba sequentia aliud velint, & confundant DD. quod interpretatio ex antecedentibus, & subsequentibus verbis sit facienda, nihilominus tamen, secundum mentem *Ulpian d. § ultim.* & notarunt aliqui scribentes, conjectura illa, quæ deducitur ex verbis antecedentibus, anteferri debet ei, quæ fit, & colligitur ex sequentibus, sic enim ex postulat ejusdem *Ulpian. Ord. in d. § & Papinianus in L. cum pater §. cum imperfect. ff. legat. 2.* Ex quibus etiam cum præcedenti Domino Judici, & Auditoris decreta sunt reformanda. Ulyssipone 30. Octobris 644. Velho.

Verba obscura extant in testamento fol. 13. quæ tamen diversas dispositiones in se continent, & repugnantes. Unde ita veniunt interpretanda, ne sibi invicem contradicere videantur, *Cap inter dilectos §. cæterum de fide instrum. Bart. in L. fin. §. idem, vers circa prædicta ff. cond. ind.* Verum si primam admittamus dispositionem, secunda non habet locum; si vero secundam, utraque commodissimè potest sustineri absque aliqua cō. tradictione juxta jura supra allegata, ex quibus, & à supra resolutis à Dominis colendiss. insimul in revocationem sententiarum convenirem. Ulyssipone 4. Novembris de 1644.

In una enim, & eadem dispositione, non 29
datur prius, nec posterius, & simul in eo contenta nascuntur, & intelligitur, antecedentem, & subsequentem, esse totum unius qualitatis, *Bart. in L. lecta num. 9. & 18 ff. si cert. petat. Cassan. cons. 10. num. 139. Gratian. forens. cap. 175. num 7. & cap. 146. n. 8. & cap. 724. num. 17. Cancer. 3. p. var. cap. 7. n. 303. Salgad. in labyrint h. credit. p. 2. cap. 4. n. 136.*

Et omnes partes dispositionis conjungen- 30
dæ, & considerandæ sunt ad hoc, ut de omnibus colligatur voluntas, & deducatur præsumptio tacitæ voluntatis, *L. Gallus §. ille casus ff. liber. & posth* ibi: *Quasi duobus capitibus legis comixtis in hoc quoque inducere legem.* Ubi *Gloss. verb inducere L. qui duos Cod de conjung. cum emancip. L. si testamentum Cod instit. & Subst. Peregrin. de fideicom.*

art.

*art.25 n.29.Caſſan.conſ.17.n.24.Ramon conſ. 15.n 46.*

31 Una enim pars diſpoſitionis,recipit interpretationem ab altera,ex;qua magis clare voluntas teſtato is colligatur ; *ex L. qui filiabus in princip. ff. leg. 1. Bart. in L. Centurio num.27. ff.vulgar. Menoch.conſ.115. num.14. & lib. 4. præſ. 71. num. 18. Caſſan. conſ. 44. num.7 & conſ.56.n.78. Caſtill.lib.4. contr.cap. 50.n.28 uſque ad 30. Larrea dec. 53. num.10. & dec.54.n 8.*

32 Et ſi duæ inſtitutiones inveniantur, cum relatione unius ad alteram , aut per eundem inſtitutorem , aut per ſucceſſorem , prout quando tantummodo inquit , ut ſuccedatur per anteceſſoris inſtitutionem, tunc etiam ambæ conjungendæ ſunt ad hoc, ut ex illis colligatur inſtitutoris voluntas ad conſtitutionem maioratus,incluſionem,vel excluſionem ſucceſſoris, & ex vi relationis regulari debet in omnibus,tam in vocatione,quam in ſucceſſione, & conditionibus, & ſubſtitutionibus ,& aliis quibuslibet contentis in prima maioratus ſcriptura, *L. omnes circa principium Cod de præſcript.* 30. ibi: *Tamquam ſi per hanc legem ſpecialiter nominatim fuiſſent enumeratæ cum ſuo robore durare, Gratian forenſ. cap.751. n.2.* in ſpecie maioratus *Menoch. conſ.106. num 294 verſ.3 Mier. de maior. 2. p q. 5. num 42.verſ. de uno, & num. 43. & 44 & q. 64 num.23. & 24. Caſtill. lib. 3. contr. cap.10. num.10 & cap. 15. num. 38. uſque ad 43 & tom.6 cap.128 num.21. verſ. ex qua, & cap. 181. Caſſan. conſ. 47 numer.67. verſ. & ad tollendam, & num. 68. Peregr. de fideicom.art.16.num.111.Larrea dec.33 num. 46. & alleg.74. num.7. Noguerol. alleg. 19. num 36. Addent. ad Molin. lib.1. cap 8. num. 55.Ozaſc. dec.23 num 40.* & probat *L ædilis §. loquuntur ff. ædilitio edict.* ibi: *Quidquid igitur illic diximus huc erit transferendum, Auth. de hæred. & falſid § ſi vero* ibi: *Secundum prius à nobis traditum ordinem. Valenz conſ.97. num. 190 Caroc.ſingul 302. Ceval. com.q 905.Robles de repræſ. lib.2 cap. 11 num.33. & cap.26. num.45. Rot. apud Farin.dec.405.p.1 in poſth. Seſſe dec.115.Amat. var.reſol.42. & num 14. Noguerol. alleg. 19. num.37. Raudenſ. reſp. 35: numer. 71. lib. 1. Idem Caſſanat. d.conſ 47 num.106* ubi præſtat rationem his verbis:*Et ne repeterent totam vinculi præcedentis ſeriem , eam voluerunt unico verbo haberi pro expreſſa repetita in deſcendentibus filiorũ , nam relatio fit aliquando brevitatis cauſa , ut poſita in capitulis,ad quos quis ſe remittit,habeantur hic pro repetitis,& translatis,*ut pulchre inquit *conſ. 448. num.9. Fuſar. conſ. 3.* Et in caſu maioratus aggregati , ut ſuccedatur juxta inſtitutionem maioratusantiqui patris,*Mier de maiorat. p.3. q.8. num.5 . & ubi ſup.Idem Caſtill. d.cap. 10. num. 12.* Et in terminis vinculi facti ſecundum vincula , & ſubſtitutiones factas à patre , avo, aut conſanguineo , & quod reguletur ſecundum maioratum inſtitutum in teſtamento relato , *Cravet.conſ. 987.num. 50.lib.6. Maſtrill.dec.196.num 6. Peregr. de fideicõmiſſ.art.16. num. 111. & ibi Cenſal. in add.n.112.Celſo conſ.120.n.121.Caſtill.tom.4. cap.43 num.18.& diximus cap. 3. num.50. & ſeqq.*

Atque ita ex dictis colligi poterit voluntas teſtatoris circa vocationes , & vinculum bonorum deductum ex conjecturis teſtamenti , atque inſtitutionis , quia ſi non appareat,non poſſunt ex illa colligi,& bona dicerentur libera,& non maioratus, licet teſtes aliud dicant, & colligatur : ut in fortioribns terminis, judicatum fuit in cauſis ſequentibus. 33

No feito de Soror Catherina dos Anjos, Religioſa no Convento de Aracæli , contra Manoel Alvarez Francoda Villa de Alcacere do Sal , Eſcrivaõ Domingos Dias do Couto, ſe deu a ſentença ſeguinte. 34

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz , e Ouvidor, em condẽnar ao R largue , e reſtitua á A. a marinha da contenda , com os rendimentos da lide conteſtada em diante, revogando ſuas ſentenças, viſtos os autos , e como por elles ſe naõ moſtra ſer a dita marinha de Capella , que he o fundamento da acçaõ da A. com que a pertendia reivendicar , e ainda que ſe moſtrara ſer de Capella , ſe acha deixada pela A. a Anna Garra ſua mãy do teſtamẽto que fez antes de entrar no Moſteiro a ſer Freyra, e por morte da dita ſua mãy , a ſua irmã Maria Garra , mulher do R. e ficar o dito teſtamento tendo effeito pela profiſſaõ da A para que a dita herdeira ſua mãy nomeada no dito teſtamẽto pudeſſe logo pela dita profiſſaõ haver os bẽs da dita herança, ſem ſe eſperar a morte natural da A. ainda que o ſeu Moſteiro ſeja capaz de poſſuir bens, por ſe entender ſer aſſim a võtade da A.por cuidar da ſua entrada na Religiaõ a ſer Freyra , quando fez o dito teſtamento,mayormẽte havendo a dita ſua mãy de fazer cõ ella grandes gaſtos, para o effeito de ſer Freyra, para o que ſua legitima era muito limitada , e querer a A logo pela profiſſaõ, que a dita ſua mãy em recompenſaçaõ do muito que com ella gaſtava , acquiriſſe a ſua herança , e fazer outroſim a dita herdeira ſua mãy , dote da dita marinha á dita ſua filha Maria Garra , quando caſou com o R. e aſſim per-*

*pertencerlhe, e naõ á A sem que se possa dizer, que por ser de Capella naõ podia ser nomeada na dita marinha a dita sua mãy, por ser pessoa estranha, porque ainda que se mostrara ser de vinculo, podia a A. em sua vida cederlhe todos os ususfructos, e commodidades, sem prejuizo do successor, como tambem a dita sua mãy da mesma maneira do R. Por tanto o absolvem do pedido pela A. á qual condẽnaõ nas custas dos autos. Lisboa 19. de Desembro de 1677. Quisel. D. Freyre. Sylva e Sousa.*

Hæc sententia fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

Regulariter bona allodiabilia præsumuntur, dum legitimo instrumento non probatur vinculum, cum multis *Pelaes de maior. 4. p. q 20. à num. 24. usque ad 32. in nova edit. Gutier. pract. lib. 3. q. 62. num 30. Molin. de primog. lib. 1. cap. 11 num. 11. Val cons. 82. num. 6.* cum multis *Costill. controv. lib. 4. cap. 9. num. 1. & tom. 5 cap 93. num fin. §. 10.* & omnis interpretatio fit, ut non dicantur vinculata, *text. in cap. 1. §. sed si inter, & ibi Bald num. 1. & 2. de controv. inter mascul & fæmin. Gratian forens. 736. num. 59. & 67. Burg. de Paz. senior cons 34 num. 9. & Alter Paz junior civil. q 2. num 34. Surd. dec. 238. num. 2. & cons. 96. num. 2. Mieres de maior. p. 3. q. 5. num 20.* quia maioratus in se servitutem habet, *Peregrin. 2 tom cons. 102. num. 7 Cancer. 1. var. cap. 11. n. 31. Larr. fiscal. 1 p. alleg 46. n. 18.*

Et licet verum sit, quod una familia possit per tempus immemoriale introducere, ut in aliquibus bonis succedatur jure primogenituræ, *Bartol in L. 2. Cod. quæ sit long. consuet. Tiraq. de primog. q. 16. num. 7. Gom. L. 41. Tauri, Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. n. 6.* Et bona si possideantur ut maioratus per spatium quadraginta annorum, & sine divisione transeant per duos administratores, sufficiat, ut deinceps possideantur, & præsumantur ut talia, & assumant illam qualitatem juxta *regulam text. in cap. cum de beneficio de præbend. lib. 6. Val. cons. 111. num. 8. & cons. 132 num. 17. & 18. Palac. in cap. per vestras §. 18. col. penult. num. 36. Soares in L. quoniam ampliat. 10. ex num. 10. Cod. inofficios. testam. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 51 & 52. Tiraq. de primog q. 30. num 8. Peregrin. de fideicom. art. 51. num. 36. Alter Molin. de just. tract 2. disp 75. vers. quoad jus civile, Reynos. observ 22. num. 20 & 31. Gam. dec. 215. n. 1.* præstat rationem *Vella differt. 46. n. 4.*

Requiritur tamen, quod testes de isto tempore, spatio, indivisione, & de opinione constanti deponant, ut est de mente Doctorum, & in hoc non solum deficiunt Actricis testes, sed ex his actis demonstratur per certitudinem ab ipsa A. prælentatam fol. 12. vers. salinam, quam dicit vinculatam, antiquitus fuisse jam divisam, quod impugnat supradicta resolutio; & repugnat naturæ rei vinculatæ, quia bona Capellæ, seu maioratus ad unum tantum, & indivisa pertinent, *Covar. var. resol. lib 3. cap 5. n. 3. Val cons 82. n. 10. Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. n. 7. Surd. cons. 362. n 4.*

Nec ex eo, quod constet salinam esse perpetuo Missarum onere gravatam, potest dici vinculata (ut communiter vulgus imperitus reputat) *ex text. in L nihil proponi, ibi, salva causa legati ff. leg. 1. Cald forens. 1. cap. 23. num 96. Reynos. obs. 68. Pereir dec. 53. Menoch. lib. 4. præs. 76. num. 71. Gam. dec. 30. dec 48. 228. 348. à num. 10.* Quidquid antiqui Patres variè de hac re judicassent, moti ex eo: quod impositio oneris individuitatem induceret, *argum. text in L. cui fundus ff. cond. & demonst.* Contrarium enim obtinuit per *text. in L. fundi Trebatiani ff. de usufruct. leg. Val. cons. 82. num. 8. Flor. ad Gam. d. dec. 30 & 287.* & quia semper facienda est interpretatio, ut res sit minori onere affecta, ut probat *text. in L. per filium §. fundum ff. leg 3.*

Sed secundum libellum fol. 1. vers. A. videtur reivendicare salinam tamquam vinculatam à patre in testamento fol. 12. ubi demonstratur præter onus Missarum conjectura ad inducendam Capellam, quia vocatur ad successionem in perpetuum familiæ primogenitus: & potiori jure utebatur, si ab ipsa probaretur salinam vinculatam, & vendicatam fuisse in bonis parentis institutoris, ut requiritur ad hoc, ut institutio valeat, *Decian. cons. 76. num. 1. lib. 3. Peregrin. de fideicommiss art. 35. num. 24. & art. 44. à num. 1. Fontanell de pact. nuptial. claus. 4 gloss. 9. p. 5 num. 137. Fusar. de subst. q. 618. à num. 1. Mantic. de conject. ultim volunt. lib. 7. tit. 6 num. 5 & 6. Ramon. cons 46. num. 26. & cons. 47. num 2. Mascard. concl. 777. & 778. Marescot. lib. 1. var. cap. 12. numer. 13. & seqq.* ubi plene *Mier. de maior. 4 p. q. 20 num. 2.* Sed non probatur, nec demonstratur eam evenire in tertiam defuncti, de qua tantum, cum filios haberet, libere disponere valebat: potius tamquam rem vinculatam separatam fuisse à bonis casalis ostenditur fol. 12. & quia sic neutro modo salina potest dici vinculata, videtur A. fundamentum principale suæ actionis non probare, & judicatum reformandum esse, quoad ad validitatem desistentiæ possessionis

feſſionis Capellæ nos extendamus. Ulyſſipone 24. Auguſti 1677. Silva & Souſa.

Neſcio cur potius AA. nitantur in vinculo ſalinæ, cum & ſi deficeret, etiam poſſet dubitari, an ad eas tamquam allodialis pertineret, eo quod A.Catharinæ adjudicata eſt in partitionibus fol. 12. per quas dominium transfertur, §. *fin. inſt. de offic. jud.* ſed certe ratio fundamenti eſſe valebit, quia ſi AA.allodialem ſalinam fateantur, poterit R. conqueri de exceſſu dotis Catharinæ ſupra ejus legitimam fol. 45. cujus quantitas parva eſt, & dotis magna fol. 49.

Sed adhuc teneo,quod proceſſus dubitatio non in vinculo ſolo jacet, ſed potius in teſtamento A. facto ante ingreſſum fol. 47. in quo A. ſalinam matri reliquit, & poſt ejus mortem ſorori, cujus reſpectu R. poſſeſſor eſt in forma contrarietatis fol. 3.

Et ſuppoſita teſtamenti validitate non obſtante diſpoſitione *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap.* 16. juxta ea quæ *Cevalh. tom. 1. q. 63. num. 7. Caſtill. lib. 1. cap. 65. num. 7. Phæb. dec.* 137 *num.* 6. Quod neque per profeſſionem fuit revocatum juxta veriorem ſententiam, præcipue quia Actrix quando teſtavit,jam de ingreſſu cogitabat, ex *Phæb ſup.num* 33.*cum ſeqq.* & alii plures.

*fructos do tempo da poſſe do A. e de ſua mãy, com tanto que ſe naõ fará daquella parte, nem dos fructos della, que Luiz da Sylva declarou ſer vinculada, e aſſim ſe julgou. E em condẽnar ao A. nas bemfeitorias do dito moinho da Azedia, e tambem em deixar direito reſervado ao A. para haver dos Reos em bens livres a terça da terça de Fernaõ Telles de Menezes. Porém em naõ mandar annexar as tres partes da terça ao morgado, que inſtituio Ruy Telles de Menezes, e mandar dar partilha ao A. da horta pequena da Pipa, e de ſetenta e ſeis mil reis de outra, fóra a grande, e naõ mandar aos Reos fazer a partilha da dita horta pequena da Pipa, naõ foy por elle bem julgado. Revogando neſtas partes ſua ſentença cumpraſe o confirmado por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos, os quaes viſtos, e como por elles ſe moſtra, e da inſtituiçaõ, que o dito Ruy Telles de Menezes fez, mandar que os poſſuidores do tal morgado annexaſſem a elle as tres partes da terça: Mandaõ, que os ditos Reos as annexem, e que naõ dé partilha o A. da horta pequena da Pipa, e dos ſetenta e ſeis mil réis, por quanto os Reos os poſſuem, porém ſuppoſto a vendéraõ os Reos, e della ſe naõ fez partilha nas que já ſe fizeraõ. Mandaõ, que os Reos tragaõ o preço della, á que ſe ha de fazer. E paguem as partes as cuſtas dos autos de permeyo de ambas as inſtancias. Lisboa 29 de Julho de 1679. Almeida. Vanveſſem. Lopes de Oliveira. Fonſequa. Quifel.*

45 Fundata fuit hæc ſententia in ſequentibus deliberationibus.

Reconventioni locus eſt, etiam ſi Actor deſiſtat à conventione, ſi tempore deſiſtẽtiæ res non erat integra, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 44. num. 5. Cardoſ. in prax. judic. verbo reconventio num. 28. Caſtr. in pract. 2 p. lib. 3. cap. 8. num. 3. Barboſ. ad Ord. lib. 3. tit. 33. in princip num. 2.* ideo Clericus agens coram laico reconventus obſtringitur uſque ad finem, etiamſi poſtea à conventione velit deſiſtere, *Caſtro loco ſupra citato, Barb. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 1. num. 4. Themud. 2. p. deciſ. 205. num. 4.* Quare Actor reconventus poſtquam fuit præventus per reconventionem, non poterat renuntiare judicio ſuæ conventionis ad effectum, ut non eſſet reconventus, quoniam fuit jus acquiſitum Reis ex illa præventione reconventionis, quod tamen non eſſet, ſi res eſſet integra, quia tunc bene poterat renuntiare ſuæ actioni, argument. *text. in L. ſi poteſt mortem §. fin ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Igitur licet deſiſteret à conventione, ſemper reconventioni locus erat, & licet conventio ceſſaſſet, non ideo ceſſabat reconventio; ſic Judice confirmato.

Quoad gravamina, de quibus Actor conqueritur ſuo ordine ab eo expoſito, de unoquoque ſeparatim judicium meum interponam; quoad primum judicarem, quod ſententia Judicis reformanda venit, quia agitur de maioratu à Roderico inſtituto, cujus poſſeſſores, & adminiſtratores tenebantur annectere tres partes ſuarum tertiarum prædicto maioratui, ut pateſcit fol 43. verſ. & 46 cum ergo Ludovicus eſſet poſſeſſor, & adminiſtrator hujus maioratus, tenebatur ei annectere tres partes ſuæ tertiæ, non vero ſolummodo tertiam partem ſuæ tertiæ, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 35. & 36. & lib. 2. cap. 12. n. 34*

Quoad ſecundum jam ſupra oſtendi, quod licet ceſſaret conventio, non ideo ceſſabat reconventio, itaque Judicem laudarem.

Quoad tertium, quod eſt magni ponderis, Judicis ſententiam reformarem, quia bona præſumuntur eſſe maioratus, ſi ut talia poſſideantur quadraginta annorum ſpatio, quamvis ab origine conſtet eſſe libera, *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. à num. 26. Gam. deciſ. 215. num. 1. & deciſ. 344. num. 1. Reynoſ. obſerv. 22. num. 21.* Cum ergo per quadraginta annos bona, de quibus agitur in tertio gravamine, tamquam bona maioratus per duos adminiſtratores fuiſſent poſſeſſa, ut ex actis oſtenditur, judicandum eſt, quod ſunt maioratui ſubjecta, licet ex ſua primæva origine conſtet eſſe libera, & allodialia.

Moveor etiam adjudicandum vinculum in prædictis bonis, quia Ferdinandus per obitum uxoris in inventario, declaravit ea eſſe maioratui obnoxia, ut apparet in appenſo B. fol. 64 quare dicenndum eſt, quod licet bona eſſent libera, attamen voluit, quod vinculata manerent, & in ſua medietate eorum indubium eſt, quod poterat maioratum conſtituere, & condere, ſed cum in illis bonis filius Ludovicus ſuam legitimam haberet, judicandum videbatur, quod illam non poterat vinculare maioratui, quia debetur filiis de jure naturali, eamque tenentur parentes relinquere liberam abſque ullo gravamine, *L. omni modo, L. quæ nuper, L. quoniam in prioribus Cod. de inofficioſ. teſtam. Merlin. de leg. lib. 3. tit. 2. q. 1. num. 2.* Nihilominus tamen judicarem, quod etiam legitimam filii poterat maioratui vinculare, quia & vinculavit ſuam medietatem, & ipſe filius conſenſit vinculo expreſſe, licet conſenſus tacitus ſufficeret, quia in inventario ab eo facto per obitum patris ſub juramẽto declaravit talia bona eſſe maioratui obnoxia, ut oſtenditur in appendice A. fol. 250. in terminis *Mier. 1. p. q. 55.*

*num.3. Gutier. in cap.quamvis pactũ in princip. num. 27. & pract. 1.q.75. num. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap.3. num.7. Menoch. cons. 196.num.15. Cyriac. forens contr.734. num.5. & 6.Castr.decis.48.n.10. Phæb.2.p. decis.212. n.14. & seqq.*

Nec Rei possunt venire contra declarationem, & consensum Ludovici, quia sunt ejus hæredes, *L. cum à matre Cod. de rei-vend. L. venditrici, L. si fundum Cod.reb. alien. non alienand. L. ex qua persona ff. regul. jur. L succeſſores Cod.de solutionib* Quibus omnibus probatur hæredem teneri præstare factum defuncti, aliàs autem exceptione repelletur,*L.Seia 73 ff. de evictionib.* cum hæres, & defunctus sint eadem persona, *Auth de jurejurand. à moriente præstito collat. 5.* Præsertim cum Ludovicus per obitum patris Ferdinandi maneret in possessione,& capite casalis,ut patescit ex dicto appendice B. à fol.1.& haberet in sua potestate scripturas bonorum, ut ipsi Rei fatentur in septimo contrarietatis articulo fol. 125. non poterat ignorare naturam eorum, ex *Ord. lib.2. tit.* 27.§.3.Quare dici non potest quod prædicta declaratio Ludovici in inventario facta fuit erronea, ut à Reis ejus hæredibus possit revocare:igitur judicandum existimarem,quod præfata bona sunt maioratui obnoxia, & cum maiori ratione,quia ut talia judicata reperiuntur in dicto appendice A. per sententiam Senatus transactam in rem judicatam, & per aliam sententiam productam in his actis fol.177.confirmatam in Senatu fol.180. transactam etiam in rem judicatam.

Quoad quartum judicarem, quod molendinum da Azedia est maioratui obnoxium, ut probatur ex sententia fol.166 confirmata in Senatu fol. 169. ut Judex pronuntiavit in ejus sententia prope finem, sic eo confirmato.

Quoad quintum absolverem Actorem ab horta parva, quoniam ex testibus fol. 217. probatur, quod Rei illum possidebant,sic Judice reformato.

Quoad sextum Reos condemnarem in partitione prædicti horti cum fructibus ab Actore petita in replicatione fol.187 quia licet conventio cesslaret quoad partitionẽ bonorum in libello ab Actore postulatam,intelligendum est de bonis, quorum jam partitio confecta fuit; non vero de illis, quorum non fuit facta partitio, cum vero de prædicto horto non fieret partitio, videbatur judicandum quod de eo erat facienda, & ita censerem,sic Judice reformato, & quando sequentibus Dominis contrarium placuerit, in Senatu conferam.

Quoad septimum, Judicem confirmarem, quia non probat Actor, quod Ludovicus per obitum patris occultasset bona, quorum partitionem conficere deberet.

Quoad octavum, Judicem etiam approbarem, quia Actor non probat, quod census tritici sit maioratui vinculatus,& cum vinculum non appareat, illum liberum judicare debemus.

In pæna duplici, de qua *in Ord. lib. 3. tit.* 36. Actorem non condemnarem, quia Rei eam per reconventionem non postulaverunt, ut requirebatur *ex Ord. lib. 3. tit.* 33. itaque inutile esset disputare, si Actor in ea incurrit, vel non, sic Judice laudato.

In partitione fundi da Azedia Actorem condemnarem, quia de illo non fuit facta,& ex sententia fol. 270. & vers. probatur Actorem illum possidere, quia licet in dicta sententia Senatus juberet, quod restitutio illius viduæ Ludovici esset facta, non ostenditur, quod prædicta restitutio ei fieret, nec illa præsumitur, & ex præfata sententia probatur prædictum fundum esse liberum: itaque mihi videtur, quod Actor venit condemnandus in partitione illius, & fructuum tempore suæ possessionis, & matris, sicut etiam Rei veniunt condẽnandi in partitione fructuum temporis possessionis Ludovici, sed de parte ejusdem fundi, quam Ludovicus declaravit esse vinculatam, & ut talem præfata sentẽtia judicavit,non jubeo partitionem fieri,nec de ejus fructibus,& licet Rei dicant,quod erant duo fundi da Azedia, ex prædicta sententia probatur unum tantum esse, sic Judice reformato.

In melioramentorum condemnatione molendini da Azedia Actori à Judice facta,& in jure ei reservato ad consequenda bona libera, ex quibus solutio fiat tertiæ parti tertiæ Ferdinandi,nulla vertitur controversia,ideo Judicem laudarem. Ulyssipone 30. Septembris 1678. Quisel.

Eodem ordine, quo præcedens Dominus deliberare elegit, ea quæ sentio exarabo, ad confusionem effugiendam supervacaneam, ac inutilem reputo Actoris pertinaciam,dum vult post litem contestatam ab actione desistere, ut non habeat locum reconventio, ut latè, ac disertissime perpendit præcedẽs Dominus, ideo circa hoc aliquid addere erit superfluum.

Quoad primum gravamen sententiam reformandam teneo, quia ita disposuit institutor fol. 43. vers. & 46. & quando condens maioratum gravat succesorem,ut ipse talem rem,vel quantitatem ponat in maioratu,licet ipse succesor non ponat, haberi debet pro appo-

appoſita,ex quo ſucceſſor habuit maioratum, vel ſaltem compelletur ipſe, aut hæres ejus, ut ponat, ita declarat *Gregor. Lop. p.6. tit.9. L4 gloſſ.1.*

Quoad ſecundum etiam Judicem confirmarem, ſicut Dominus præcedens; & quoad tertium revocarem,ut latè,& eruditè ipſe præcedens Dominus delineavit.

In quarto non dubito confirmare Judicem circa molendinum da Azedia,quod in maioratu vinculatum oſtenditur.

In quinto venit Actor abſolvendus, Rei enim fatentur fol. 500. verſ. ultra probationem eſſe in poſſeſſione hujus horti.Quoad ſextum etiam cum præcedenti Domino convenio, ſicut & in deciſione ſeptimi, & octavi, at in pænæ plus petentis abſolutione, & in omnibus, quæ deliberat, ei accedo. Ulyſſipone 29. Decembris 1678. Vanveſlem.

Mihi quoque placet præſtantiſſimorum Patrum ſententia, dummodo circa tertium gravamen quædam adhibeatur declaratio, etenim cum à Ferdinando plura fuiſſent cõparata prædia, ut patet exemptionum inſtrumentis, quæ in his actis producta ſunt fol. 306. cum multis ſeqq. prout ſigillatim conſiderat Judex optimus in ſententia fol. 477. verſ. nullibi tamen oſtenditur ea maioratui ſubjugaſſe, declaratio enim illa, quæ in appendiculo B. fol.64. legitur,non adeo urget, ut intelligenda ſit in præjudicium filiorum, quibus omni jure legitimæ erant debitæ, & ita agnoſcit chariſſimus mihi primus ſodalis.

Quamvis ergo Ludovicus unus ex filiis, quibus legitimæ aſſiguandæ fuerant, profeſſus ſit in appendice A fol. 250 prædia quædam maioratui obnoxia eſſe, proindeque à partitione immunia, contra cujus factum Reis, qui ejus ſunt hæredes, venire neutiquam licet, ut idem primus dominus egregiè probat. Attamen videtur mihi Ludovicum de aliis prædiis longe diverſis loquutum.

In primis enim loquitur de prædio do Roncaõ, quod avus Rodericus maioratui ſubjecit, de quo nulla ſubeſt dubitatio, poſt modum autem cum de prædiis à patre Ferdinando emptis ſermonem inſtituiſſet. Ponit primo prædium nuncupatum das Garrotas à Comite Sabrigalenſi ex permutatione cum aliis prædiis maioratus habitum. Secundo hortum magnum nuncupatum da Pipa. Tertio partem, ſeu portionem in prædio nuncupato de Judia, & tamen de hoc non firmiter, & ſecurè auſus fuit fuit aſſerere, ut patet ex verbis illis d. fol. 250. verſ. *Que dizem ſer de morgado*, quibus etiam utitur reſpectu alterius prædii eodem fol.250.verſ. ad fin.

At vero quis non videt diverſiſſima eſſe prædia, quæ à Ferdinando empta ſunt ex inſtrumento fol.206. cum ſeqq. de quibus ſpecialiter meminit Judex egregius ſua in ſententia d. fol.477.verſ.

Sufficiat ergo obſtare, & nocere Reis declaratio Ludovici, prout jacet, & reſpective ad prædia, de quibus expreſſe loquitur, non autem quoad alia,quæ nullibi maioratui ſubjecta ſunt, neque in ejus præjudicium, aliorumque fratrum ſubjici potuiſſent, niſi iis expreſſe conſentientibus. Concludo igitur ſententiam quoad tertium gravamen eſſe confimandam exceptis tantum prædiis, quæ Ludovicus maioratui ſubjecta declaravit, & in omnibus aliis gravaminibus, ut jam dixi, prioribus Dominis accedo. Ulyſſipone 26. Martii 1679. Lopes de Oliveyra.

Cum de tertio gravamine ſolum mihi reſtet deliberare,aliquis pungit ſcrupulus erga ſubjectionem prædiorum, in quibus evidenter non conſta, obnoxia ſint maioratui, quia de jure conſta, univerſaliter omuia bona libera, & allodialia, *ex L. fluminum §. ult L. Proculus ff. de damn. infect. L. altius Cod. de ſervit. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q.89. n.6. Valaſc.de jure emphyt. q51.*

Cum hæc ſit univerſalis regula, ab illa recedi non poſſumus ex ſermone, vel declaratione dubia, ibi: *Que dizem ſer de morgado.* Sicut declarantis mens invenitur anceps, eodem modo judicium, præcipue in illis rebus à regula deviantibus, ideo potius ſtandum eſt pro regula, quam pro incertitudine, nam ſatis dicitur expreſſum, quod ſub generalitate continetur, *Valenz. conſ.127 numer.* 46. Ideo,ut dixi erga tertium gravamen,eximium Judicem confirmarem in forma proximioris Domini. Ulyſſipone 22. Maii 1679. Fonſeca.

Circa tertium gravamen cum tertio, & quarto Dominis præſtantiſſimis convenio. Ulyſſipone 28. Julii 1679. Almeyda.

Hæc ſententia fuit impedita cum exceptionibus, ſuper quibus lata fuit ſequens.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Que dos artigas 2.3 4 & 5. dos embargos fol.526. recebidos fol. 575. verſ. julgaõ pro provados os que reſpeitaõ á primeira queixa dos embargantes, e por naõ provados os que a ſegunda queixa comprehendem: e mandaõ, que os Reos ſatisfaçaõ completamẽte as tres partes da terça,para ſe haverem de annexar ao morgado de Ruy Telles, no que haõ por revogada a ſentença, porque a eſte fim ſe deixava pela dita ſentença direito reſervado, pois conſta da diſpoſiçaõ do inſtituidor do morgado,haverem*

*os Reos fido herdeiros de Luiz da Sylva, que nos bens de Fernaõ Telles foy cabeça de casal. E paguem os mesmos Reos, e AA. as custas dos embargos igualmente. Lisboa 3 de Novembro de 1680. Monteyro. Lacerda. Almeyda. Pereyra.*

Hæc sententia fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

Evidenter patet per mortem Ferdinandi vinculanda esse bona maioratui, de quo agitur, non solum respectu tertiæ partis tertiæ possidentis, sed partes tres, prout docet institutio, plane hoc factũ non fuit, & constat, impeditum hæredem esse dicti Ferdinandi, ergo justa videtur impedientis querimonia circa vinculandas tres partes tertiæ, & ita juberem, ut R. duas solvat partes, quæ defecere, quia solum una adjudicata fuit in casale da Bordalia.

Quoad secundam querimoniam dicentem, dictum casale jam esse maioratus, & sic malè tertiæ adjudicatum, deferendum non existimo, quia sufficienter non justificatur in actis, quod foret maioratus, Immo per certitudinem judicatum videtur tamquam allodiale, & si sequentibus Dominis placuerit, ut reservetur partibus jus ad viam ordinationis, ubi plene cognoscetur dubium hoc, ita juberem, sic judicatis articulis receptis probatis. Ulyssipone 21. Januarii 1681. Lacerda.

Fol. 43. vers. constat Rodericum successoribus in maioratu à se instituto præcepisse, ut tres tertii bonorum cujusque ex eis partes dicto maioratui annecterent, ibi: *E assim por esta maneira o fardõ, os que houverem de herdar adiante*; quod præceptum adimplendum est, *Pegas tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 1. in princip.* & ita jure querelæ censeo deferendum. Non sic secundæ, quia & si bona omnia naturaliter præsumantur libera, id limitandum est, quando sub aliqua qualitate inveniuntur possessa, ex vulgari proloquio, qualem te invenio, talem te judico; quin etiam tot abhinc annis possit illud prædium da Bordalia pro vinculato possideri, ut ex tempore maioratui sit annexum, quæ omnia cum plene discussa non inveniantur, immo in sententia fol. 166. vers. & 167. prædium hoc tamquam maioratus reputatur, nec refert, si objiciatur illam sententiam esse in causa possessoria latam, & ideo non parere exceptionẽ rei judicatæ ad hanc causam, quæ ordinaria est, *ex L. à Divo Pio § si super rebus vers. sciendum ff. de re judicata, Cancer. 2. variar. tit. de tertiis oppositoribus num. 81. Noguerol alleg. 7. num. 7. late Larrea alleg. 6.* Quia respondetur, illam sententiam ad alias similes relatam satis esse, ut dictum prædium non esse liberum plusquam probabiliter dubitetur, nemo autem adstringi potest, ut dubiam solutionem recipiat, in idque induci potest, *Ord. in 3. tit. 86. §. 1.* ibi: *Livres, e desembargados*; & quæ *Cyriac. contr. 327. numer 77. Merlin. de pignorib. lib. 5. tit. 69. numer. 15.* Ulyssipone 25. Januarii 1683. Pereyra.

Placet mihi potius convenire cum secundo Domino supra ex doctissima sua eleganti deliberatiane, in qua nihil superest dicendum. Ulyssipone 30. Junii 1681. Almeyda.

Ego potius primi Domini sententiam amplector quoad secundam partem, super qua mihi tantum licet arbitrium interponere, non enim edocemur prædium illud da Bordalia vinculo suppositum fuisse, & si ad illa, quæ judicata fuerunt, respicimus, pro libertate, & pro vinculo inveniuntur præsumptiones, at in puncto juris securius mihi videtur, quod bona hæc uti libera judicentur, maxime in hoc plenario judicio, ubi A plene vinculum non probat, igitur impedimenta quoad hanc partem improbata dicerem. Ulyssipone 1. Augusti 1683. Carneyro.

Cum solum circa secundam partem querimoniæ dicere mihi liceat, cum primo, & quarto Dominis libenter convenio. Ulyssipone 3 Octobris 1681. Monteyro.

Hæc sententia fuit iterum impedita, & adhoc pendet cum exceptionibus, quæ fuerunt receptæ.

No feito de appellaçaõ Civel de Isabel Lamega, contra Mattheus Fernandes Serraõ, e sua mulher RR. Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello da A. Isabel Lamega, contrariedade dos RR. excepçaõ peremptoria, com que a A. veyo, que lhe foy recebida, prova a ella dada. Mostrase por parte da A. ser mulher do defunto Bernardo Pinto, e elle no testamento com que faleceo, deixalla por sua universal herdeira. Mostrase tambem, que por morte do sobredito, os RR. deraõ libello contra a A. dizendo em elle, que lhe pertenciaõ os bens contheudos nelle, por serem de Capellas, e sómente se lhe foy julgado por taes metade das casas da Rua de Nossa Senhora da Assumpçaõ, metade das vinhas do sitio do Foraõ, e metade do olival da Serra. Mostrase mais, que os RR. se contentaraõ com a sentença, e a tiraraõ do processo. Mostrase por parte da A. pertencerlhe os bens do defunto seu marido, como sua universal herdeira. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposiçaõ de Direito, e naõ mostrarem os RR. titu-*

*titulo algum, por onde conste, serem de capella os bens contheudos no libello, excepçaõ da A nem o provarem por testemunhas. Julgo a excepçaõ por provada, e que os bens contheudos nella pertencem á A. e os rendimẽtos delles, como tambem o danificamento, que os RR. fizeraõ nas casas, que tudo se liquidará por esta minha sentença, desde o dia, que se meteraõ de posse delles, até real entrega. E paguem outrosim os RR as custas dos autos, em que outrosim os còndẽno. Viana 23. de Outubro de 1671. Paulo Clemente Gago.*

48 A qua sententia fuit appellatum, & fuit confirmata: Judices. Doctor Tavares. Doctor Gouvea.

Quia bona semper præsumuntur libera, & non subjecta vinculo maioratus, ut diximus *Forens. cap.4.num* 161. 162. *&* 163. *& in nova additione*,& idem tenent *Roxas de incompatib.maiorat.p.6.cap.1.num.* 26.*vers.ratio*,ubi optime, & multos refert: *& num.*27. extendit ad casum,quo bona sita sunt intra fines maioratus, vel juxta agros: *& num.* 25. quid dicendum, quando in judicio possessorio duo adversarii concurrunt, alter intendens, quod bona sint libera, alter quod sunt maioratus, & resolvit distinguens inter eum casum,quo constat de ultimo statu, & titulo, quo ultimus possessor possidebat tempore, quo vacabant, aut non potest constare, ita ut sensus sit, quod si constare non potest, obtinere debet, qui dicit bona esse libera, & si constare potest de ultimo statu, & quod possidebantur, tamquam bona maioratus, tunc successor illius obtinere debet, ut exornat *n.* 28. *&* 29.

49 Maxime quando bona sint emphyteutica, & aliud deductũ fuerit,vel vocationesint limitatæ, quia tunc est præsumptio pro exclusione vinculi, ut judicatum fuit in casibus, de quibus diximus supra *cap* 5. *num.*41. *& seqq.* Non vero quando ex dispositione tota testatorem voluisse facere maioratum ex institutionis verbis colligitur,quia tunc,ut diximus, probatur conjecturis, vinculum, seu maioratum institutum fuisse, quod, & quando asserere poteris ex sequentibus præsumptionibus jam à nobis aliquibus reductis, sed nunc noviter additis, & exornatis, ad faciliorem causarum maioratuum decisionem,ex quibus probabitur maioratus, ut me laudato,& citato hoc in loco *Forens d.cap* 4 *numer* 165.testatur *Additio ad Reynos. observat.* 68. *n.fin. comment.ad Ord tom* 7.*ad tit* 87.§.4.*num.*74. & me laudato, & citato etiam Doctissimus Senator in deliberatione transcripta à me *in Fontanell. dec* 31. 32.33. *&* 36 *num.*6. *Pereira dec.*5.*num.*3. *Gam.dec.*224. *num.*10.*Crespo de Valdaur. observ.* 22. optime *Ramon. cons.* 66. ubi etiam, an maioratus censeatur inductus, si verba truncata sint aut oratio imperfecta,& quando verba possunt suppleri,& ad multa *cons.* 100.

Atque ita prima conjectura deducitur ex verbis institutionis, in qua inveniantur ver- 50
ba, maioratum instituo, aut *faço morgado, e deixo estes bens por via de morgado.* Ex quibus verbis probatur, maioratum institutum fuisse, ut cum multis diximus *Forens. d. cap.* 4 *n* 170 & ultra ea probatur evidenter.

Dictum enim verbum, *morgado*, ex con-
suetudine Regnorum Portugalliæ, & Hispa- 51
niæ, declarandum est, secundum quam ita declaratur,& ex illo manet institutus,& juxta maioratus regulas in perpetuum succedere debent consanguine; & primogenii, ut *in L si servus plurium* § *fin. ff. legat.* 1. cum aliis, de quibus *Decius cons* 397 *num.* 7. Licet in scriptura non opponantur substitutiones verbis expressis, debent tamen intelligi positæ,quæ ex concedentis intentione, vel ex Regionis cõsuetudine necessariæ sint,adhoc ut dicta bona sint maioratus perpetui, quia eo ipso quod disponitur, quod bona sint maioratus,& aliud non declaratur, talis maioratus informis recipit declarationem ab aliis verbis concedentis, vel consuetudine Regni, aut Regionis, ut tenet *Dec.cons.*269 *num.* 4. *Paul. de Castr.* qui in consuetudine Hispaniæ loquitur *cons.* 164. incipit in præsenti causa *num.* 1. *&* 2. Quia verbum maioratus, exigit tractum successivum, ita ut quod in una successione verificari non potest,sed multorum maiorum, seu primogenitorum, aut consanguineorum continuationem requirit, ut in terminis inquit *Anchar.cons.*27 *incipit non servato, Palat.in repet.rubric.de donat* §. 69.*num.* 21. *&* 27. *vers. sed judicio, Cov. lib.* 3.*var. cap.*5. *Gregor. Lop. in L.*2.*tit.* 15.*part.* 2 *gloss.*1 *post princip. vers. unde sufficiat. Padill. in rubric. de fideicom. num.* 11. *Menchac. de succes. creat. lib.* 3. §. 26. *num.* 93. *&* 94. *Gom.L.*40. *Taur. num.*59 *fundam.* 3.*vers. ex quibus, & num.* 64. *vers. si in hoc articulo, Molin de primog lib* 3. *cap.*3.*num* 1. *maxime num.*5 *vers. quibus rationibus, & cap* 4. *num* 13 *&* 20.*vers.quæ omnia, & num* 32. *& cap.* 6. *num.*28 *& cap* 17.*num.*26. *vers nam ut supra, Burg. q. civil p.* 1. *q.* 2. *num.* 67. *Avend. in L* 40.*Taur gloss* 1 *num* 29 *& gloss.*10 *num.* 3. *Mier p.*1 *q.* 48.*numer.*67. *Azeved. tit.*7. *lib.* 5. *nov. recop numer* 6 *&* 7. *Alter Molin tom.* 3. *disp.*588.*numer.*2. *&* 589.*numer.*3. *Castill. contr.cap.*22.*lib.*2.*à princip. & numer.*57.58. *&* 75. *& tom.* 3. *cap.*12. *numer.*70. *& tom* 5. *cap.*87.*numer.*24. *& tom* 6 *cap.*145 *&* 143 *in*

*princip. § unic. num. 2 & cap. 166. num. 24. Noguerol. alleg 9. num. 14. 15 & 59. & alleg. 25. num. 104. Hermosil. in not. ad Gregor. L 44. tit. 5. part. 5. gloss. 5. numer. 15. Valenz. cons. 69. num. 7. Barb. vot. 72. num 4. Castill. de aliment. cap. 34. numer. 16. idem Cov cap. 38. num. 12. sub § quod si dixeris, & in vers. id circo.* Et etiam dicitur erectus maioratus, quando institutor inquit, *faço terço*, ut judicatum.

No feito do Provedor, e Irmaõs da Misericordia, contra Dona Emerenciana de Almeida, Escrivaõ Antonio de Aguiar Vialobos, onde se deu a sentença do theor seguinte.

*Acordaõ os do Desembargo, &c. Bem julgado foy pelo Juiz de Fóra da Villa de Santarem, em adjudicar a metade dos prazos sómente á Misericordia, e a metade á viuva appellante, e em mandar se partisse sómente o dinheiro, ouro, e prata, que a viuva appellante deu a inventario, e em outras parcellas de sua sentença. Porém nas mais de que os appellantes se queixaõ foy por elle menos bem julgado, revogando nestas partes sua sentença, cumprase o confirmado por alguns de seus fundamentos, e o mais dos autos, os quaes vistos e como delles consta deixar Diogo da Fonsequa de Almeida os bẽs de sua terça ao defunto seu filho, para delles lhe mandar dizer hum annal de Missas em cada hum anno pela sua alma, e de sua mulher, com tal condiçaõ, que os taes bens se naõ poderiaõ vender, trocar, nem alhear, e que andassem sempre juntos, e vinculados, para delles se tirar a pensaõ para as Missas, das quaes palavras todas se argue ser a mẽte do testador querer fazer morgado, principalmente dizendo em seu testamento, q̃ dos ditos bens faz terço, o qual como estava feito pela Ley, foy visto querer dizer, fazia morgado, aliás ficariaõ as ditas palavras sem nenhum effeito, e este se colhe tambem de naõ ser Letrado o testador, porque entre os que o naõ saõ, val o mesmo dizerem, que fazem terço, do que dizerem instituem morgado: álem de que o dito testador disse que andariaõ sempre os ditos bens vinculados. Sendo certo, que conforme a commua accepçaõ, e ainda conforme a Ley do Reyno, morgados, e bens vinculados he o mesmo, e em huns, e outros se guarda a mesma fórma de succeder. Por tanto julgaõ os bens da dita terça, por de morgado, e que pertencem ao terceiro appellante, como parente mais chegado do ultimo possuidor. E mandaõ, se lhe restituaõ com os fructos, desde o tempo da sua morte. E como outrosim os gastos, e despezas funeraes do corpo presente se devem, conforme a Direito, tirar da parte, e bens do defunto, com os lutos. Mandaõ, que delles se satisfaçaõ os ditos gastos, e naõ de todo o monte dos bens do casal. E quanto ás dividas, que o defunto, durando o matrimonio, mandou pagar a Dona Leonor, e aos Rendeiros dos dizimos da Azambuja, na parte que foraõ contrahidas antes do matrimonio. Mandaõ se paguem tambem pelos bens, que ficaraõ do dito defunto considerados antes de se fazer a divisaõ, e porque assim ficaõ os ditos bens fazendo mayor monte. Por tanto nesta fórma haõ por declarada a sentença do Juiz, que manda tirar estas dividas de todo o monte, e da mesma parte dos bens do defunto, mandaõ se tire o legado de 50U. deixados, ou remetidos a Manoel Duarte, isto porém depois de dividida a herança, porque della, conforme a Direito, se devem pagar os legados, e assim deve ficar esta quinta menos na parte do defunto, para que a sua disposiçaõ naõ fique prejudicando á viuva appellante. E no que toca ás dividas cõtrahidas pelo dito defunto antes do matrimonio, mandaõ se tirem, e paguem da sua parte, e bens considerados, antes da cõmunicaçaõ, e de se fazer a partilha, porque assim deve ser, confórme a Direito, para se guardar a igualdade, que se requere na sociedade entre marido, e mulher. E quanto aos bens, que o defunto vendeo da terça de seu pay vinculada em morgado, que pertence ao terceiro appellante, lhe deixaõ seu direito reservado, para os poder vendicar; e o mesmo reservaõ á Misericordia appellante, sobre o prazo de que tomou posse Manoel de Almeida Negraõ, e sobre os sonegados de dinheiro, ouro, e prata, se entender o tem. E pague a Misericordia appellante duas partes das custat dos autos, e a viuva appellante huma, em que os condẽnaõ. Lisboa 27. de Janeiro de 1684. Doutor Maya. Lopes Oliveyra. Freire.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Tres appellantes in hoc processu numerantur fol. 361. & cum diversa querimonia sigillatim, à nobis de his agendum est. Appellatrix D. Emerenciana de Almeida primo conqueritur ex Judicis sententia, dum decrevit omnia bona vinculata per testatorem Didacum da Fonsequa de Almeida cum onere Missarum ad Sanctam Domum Misericordiæ Oppidi Albicastrensis tamquam bona maioratus pertinere: in hoc dubio duæ opiniones Doctorum existunt, pro parte affirmativa sunt; quos refert *Pegas forens. cap. 4. n. 224.* pro negativa, quo ex tali onere Missarũ vinculum maioratus non inducatur, stant DD. quos *idem Pegas* numerat *in d. cap. 4. num. 225.* vi-

viſisque Doctoribus pro utraque parte allegatis, mihi magis arridet in præſenti opinio Doctorum tenentium, quod ex tali onere maioratus conſiderari non poteſt, etiam ſi
26 *Caſtill. lib. 2. quotidian. cap. 22. num. 43.* dicat, quod ſufficit ad maioratum inducendum, quod teſtator dicat, quod certa bona vinculabat, licet non dicat, quod volebat facere maioratum, nam unum pro alio accipitur, quem ſequitur *Aug. Barboſ. lib. 2. vot. 72. n. 3 & 4 Fontan. de pact. nupt. tom. 2. dec. 525. num. 7* Nam viſo teſtamento fol. 48. tantum in illo teſtator bona tertiæ vinculatæ reliquit, ut annalle Miſſarum diceretur quotannis in perpetuum pro ejus, & uxoris anima
27 abſque ulla vocatione deſcendentium, aut affinium, niſi tantum filii, dicenda illa verba, ibi: *Para delles ſe tirar a dita penſaõ para as Miſſas.* In his terminis eleganter dicit *Reynoſ obſerv. 68. num 33.* hoc eſſe nudum præceptum nulla cauſa, & ratione expreſſa, favore familiæ, ubi etiam dicit quod procedit, & verum eſt, etiam ſi teſtator alienationem aliter factam infirmaverit, & quamvis dicta bona ſemper indiviſa maneant, non ex eo ſequitur, quod ſunt maioratus, ſed ad effectum, ut ſemper ſint indiviſa ad maiorem ſecuritatem implendi onus, ut in rebus emphyteuticis obſervatur, præſtando hæredibus ſuam partem per æſtimationem juxta formam *Ord. lib. 4 tit. 96. §. 23.* & quando ſumus in dubio, an bona ſint maioratus, ſemper libera præſumuntur, ut tenet *Azeved conſ. 18 num. 12.* Suffragatur pro hac parte diſpoſitio teſtatoris Andreæ de Almeida fol. 52. ubi bona dictæ tertiæ ſanctæ domui nominavit, quod non eſſet, ſi dicta bona maioratus eſſent, quia in hoc caſu illa nominatio nullum effectum producere poſſet, cum ad proximum conſanguineum dicta bona devolverentur, quod etiam dicendum non eſt ex ſupradictis rationibus, de qua cauſa firmiter teneo, illa bona æſtimari debere, & ſanctam domum appellatrici medietatem ſuam reddere, ſic revocata in hac parte Docti Judicis ſententia, & ex iiſdem fundamentis excluſus manet appellans Joſeph da Sylva.

Secunda querimonia conſiſtit in declaratione ſententiæ, quod expenſæ funerales deducantur ex toto acervo. Attamen hoc eſt contra juris diſpoſitionem, & doctrinam, *Val. de part. cap. 19 num. 48. ad fin.* ibi: *De corpore hæreditatis, hoc eſt de hæreditate defuncti, non vero de toto acervo.* Quia appellatrix defuncti hæres non eſt, ſed tamquam ſocia ad eam medietas pertinet juxta *Ord. lib. 4 tit. 46 Gabriel Pereir. dec. 53. per tot.* Et ita jam per ſententiam noſtri Senatus à nobis prolatam decretum reperitur, ut cernitur fol. 382. revocetur etiam in hac parte judicatum.

Quoad tertiam circa debita 100U. D. Leonori, & 123U520. debita conductoribus vectigalium ex oppido de Azambuja, dicta debita contracta erant ante matrimoniũ, ut ex documentis fol. 222. apparet, quod debitum 100U. contractum fuit ante matrimonium, aliud debitum 123U520. contractum reperitur ab anno 1665. uſque ad annum 1678. ideo facta liquidatione per arbitros ab anno 1665. uſque ad annum 1675. totum quod fuerit liquidatum, deducatur ex parte ſanctæ domus; ab anno vero 1675. uſque ad 1678. deducatur ex communi acervo, quia in iſtis tribus annis jam matrimonium erat celebratum, ideo hac declaratione revocetur ſentẽtia.

Quoad quartam juſta eſt appellatricis querela; nam legatum à teſtatore relictum deduci non debet ex toto acervo, ſed ex parte teſtatoris, ut tenet *Val. de part. cap. 19. n. 15. & 32.*

Deveniendo ad ſecundam appellationem ſanctæ domus viſo documento contractus dotalis fol. 65. & clauſula in eo poſita fol. 70. verſ. nullo jure illius querela eſt fulta, nam dubitare non licet de contractus validitate ſecundum diſpoſitionem *Ord. lib. 4. tit. 46. in princ.* & ſatis voluntas teſtatoris in dicta ſcriptura demonſtratur, quod voluit appellatricem caſu, quo illa ſupervixiſſet, omnes emphyteuſes æſtimari & medietatem habere, non obſtante *Ord. lib. 1. tit. 95. § 1. & tit. 96. §. 24.* Nam dictæ Ordinationes procedunt, quando contractus in contrarium non appareat, & pactum tamquam lex obſervatur, *L. fin. Cod. de pact. conv.* & eſt vulgare. Nec in contrarium dici poteſt, quod dictum pactum contra diſpoſitionem legis nullum exiſtit, hoc in præſenti non datur, quia pactum dictæ ſcripturæ eſt validum, & firmum manſit poſt obitum mariti, maxime quando eſt in favorem dotis, & ideo teſtator recognoſcendo hanc veritatem, quod tantum ſanctæ domui reliquit emphyteuſes ad eum pertinentes, ut cernitur ex verbis, ibi: *Que lhe pertencem*, fol. 85. His conſideratis, junctisque perorationibus Docti Patroni à fol. 380. ſententiam Judicis in hac parte laudo.

Circa debita contracta ante matrimonium Judex ſecundum formam *Ord. lib. 4. tit. 95. §. 43.* decrevit, & quotidie ſervatur in Senatu.

Quoad tertiam querimoniam ſuper valore bonorum quod teſtator vendidit ex bonis tertiæ patris, mihi juſta videtur ad evitandos

circui-

circuitus, nam dato quod sancta domus jus habeat ad dicta bona reivendicanda, semper appellatrix est obnoxia ad solvendam suam partem pretii, quod emptoribus adjudicatum fuerit, & illorum pretium augmentum ca sali dedit.

Circa decretum Judicis prolatum, in quo tantũ pecuniam ab appellatrice confessatam scribere jussit in inventario, sed aliud appellans ostenderit, jus ei reservatum maneat ad petendam dictam pecuniam tamquam sonegatam, sic confirmato, & revocato Judice. Ulyssipone 6. Augusti 1683. Freyre.

Despiciamus etiam nos de singulis erroribus adversus sententiam partitionum confirmatoriam objectis.

Circa primum, Emerenciana vidua bona trientis soceri Didaci nullo vinculo maioratus teneri, sed potius alienabilia, atque divisibilia esse contendit. Sanctæ autem Misericordiæ confraternitas, licet illa etiam à vinculo maioratus libera dicat, indivisibilia tamen, & inalienabilia esse probare nititur. Denique Josephus defuncti proximior cognatus illa maioratui subjugata esse affirmat, proindeque ad se pertinere satagit.

Mihi autem Josephi placet intentio, verba namque Didaci in testamento suo fol. 51. quæ iterum atque iterum legi, & sedulo, ac attente consideravi, in alium sensum trahi non posse videntur; ait enim testator d. fol. 51. vers. *Toda a fazenda que tenho na Villa da Azambuja, e a que tenho na Villa de Veiras de sima, nomeio tudo, e disto faço terça, se me couber, e cabendome mais, se avinculará a esta minha terça alguma fazenda mais livre.*

Prosequitur deinde: *E assim mais se annexará á dita minha terça o Casal da Malhada.* Post modum autem fol. 52. sic ait. *Os quaes bens da dita terça se naõ poderáõ vender, trocar, nem escambar, nem fazer delles algũ contrato, para andarem sempre juntos, e vinculados, para delles se tirar a dita pensaõ para as Missas.*

Notanda imprimis sunt verba illa: *E disto faço terça.* Sufficeret utique testatori dicere, quod trientem in illis, vel his bonis filio relinquebat, sed tamen alio modo disposuit dicens, *faço terça disto.* Hoc est, constituo ex his bonis trientem, seu tertiam, quid ergo sibi voluit, cum triens ipse à lege jam constitutus fuisset, ut testator de illo libere disponeret? Ego certe cum videam testatorem dicentem, *e disto faço terça*, nihil aliud intelligo, nisi, *e disto faço morgado*, alioquin nihil faciebat; verba autem testantium, ut aliquid operentur, semper intelligenda sunt, *L. si quando in priucip. ff. de leg. 1. L. generali §. 1. ff. de usufr. legat. L. 1 ff. ad municipal.* & cum multis plenissime *Castilh. lib. 4 cap 38.*

Agnosco facile fuisse testatori, sicut dixit, *faço terça*, dicere, *Faço morgado.* Hoc tamen indulgendum est ejus ignorantiæ, cujus verba non sunt captanda, sed adjuvanda, aliter enim testatoris idiotæ, aliteri periti interpetranda est sentẽtia, *Molin. in præfat. ad tract. de primogen. num. 5.* Ego certe multoties inveni idiotas maioratum nomine tertiæ nuncupare.

Pergit autem testator, & ait: *E cabendome se avinculará a esta minha terça.* Et ulterius postquam enixissime alienationẽ prohibuit, adjicit alia verba: *Para andarem sempre juntos, e vinculados.* Quæ sane sola, quamvis alia deficerent, utique sufficerent, sicut enim quando testator maioratus mentionem fecit, licet nil aliud exprimat, maioratum constituere censetur, ita similiter quãdo vinculi mentionem fecit, hæc enim verba maioratus, & vinculum synonima sunt apud homines litterarum ignaros, & idem plane significant, unde in similibus omnino terminis ait *Azeved. ad rubric. tit. 7. lib. 5. recop. num. 5.* se in facti contingentia consultum respondisse, quod cum pater tertium, & quintum filio donasset ex causa dotis per viam vinculi, maioratum constituisse videtur, cum de consuetudine idem de vinculo, atque de maioratu judicetur, sequitur *Castilh. quotid. controv. lib. 2. num 42 & 43.* ubi quod idem valet mentio vinculi, atque maioratus mentio, & latius multis aliis laudatis *idem Castilh. lib 5. tom. 6 cap. 143. num. 19. & 20. Aug. Barb. lib. 2. vot. dec 72. numer. 4.* ubi quod maioratus, & vinculum de consuetudine, & communi usu loquendi idem significant.

Maxime autem nostra hæc probatur sententia per *Ord. lib. 4. tit. 100. in rubric.* ibi: *Porque ordem se succederá nos morgados, e bens vinculados, e §. 1.* ibi: *No morgado, e bens vinculados, & in §. 2.* ibi: *E nos morgados, e bens vinculados, & in §. 4. na succesſaõ dos morgados, e bens vinculados.* Ex quibus sane mihi plusquam manifestum est idem esse maioratum instituere, atque bona vinculare, præterea idem esse vinculum, atque maioratum, & quod caput est sicut in bonis maioratui subjectis, ita etiam in bonis vinculatis succedendum esse. Cum ergo nemo inficiari possit testatorem Didacum bona tertiæ vinculo subjecisse, consequens fit, dicendum necessario maioratum constituisse, in iisque tamquam in maioratu succedi oportere.

Unde

Unde non obſtat authoritas quamplurium, qui ex ſimplici onere Miſtarum maioratum non eſſe conſtitutum tenent, prout etiã neque ex ſimplici præcepto de non alienando, longe enim ſe res habet in hac hypotheſi, ſeu ex ſupradictis evidenter oſtenditur; atque id circo revocata Judicis ſententia, trientis bona Joſepho proximiori cognato jure maioratus delata judico.

Secundum errorem corrigendum etiam cenſeo, prout placet præcedenti Domino, & ita quotidie judicamus, & expreſſe tradit *Valaſc. de partit. cap. 23. num. 13.* etiam in expenſis de corpo preſente, unde fortius in aliis.

Circa tertium errorem Judicis ſententiam probo, non ſolum propter ejus fundamenta, ſed etiam propter ea, quæ ſubjiciam, quando de tertio errore à Miſericordiæ confraternitate oppoſito agam.

In quarto cum præcedenti Domino convenio.

Nunc autem ad errores à Miſericordiæ ſodalitate objectos veniamus. Primus error opponitur, ex eo quod Judex bona emphyteutica, tam perpetua, quam nominationis æqualiter dividi juſſit inter viduam, & eamdem ſodalitatem defuncti hæredem. Hanc autem Judicis ſententiam duobus argumentis oppugnare nituntur ſodalitatis patroni. Primo quia cum lege cautam ſit, ut communicatio, quoad bona emphyteutica non extendatur, non poteſt contrahentium pacto aliud effici. Secundo quia licet defunctus, quando nuptias contrahere voluit, communicationem ejuſmodi bonorũ faciendam promiſiſſet, attamen cum poſtea in teſtamento ſodalitatem nuncupaſſet hæredem, & in emphyteuſes nominaſſet, hæc ſola ultima nominatio attendenda eſt.

Verum neutrum ex argumenti viribus conſtat; non primum, quoniam nulla lege cavetur, ut non poſſint contrahentes pacto efficere, ut communicatio non ſolum quoad libera, & allodialia bona, ſed etiam quoad emphyteutica ſaltem per æſtimationem contracta intelligatur; immo optimum argumentum deducitur, ex *Ord. lib. 4. tit. 46. in princip.* Ubi cum communicatio lege ipſa inducatur, ſubdit tamen aliud dicendum fore, ſi aliud paciſcantur contrahentes; ſi ergo pactum ſufficit ad derogandum comunicationi à lege inductæ, cur etiam non ſufficiat ad eam confirmandam, & augendam, ut comprehendat etiam bona emphyteutica.

Non etiam ſecundum, quia præter argumentum, quod in contrarium deducitur ex *Ord. lib. 4. tit. 37. §. 1. juncto Pereir. deciſ. 9. & Pinheir. de emphyteuſ. diſp. 6. à num. 76.* tria alia urgent. Primum, quia ex parte ſodalitatis non oſtenditur, emphyteuſes ejus eſſe qualitatis, ut defuncto variare liceret, juxta terminos *Ord. lib 4. tit. 37. in princip.* Secundum, non ſumus in terminis duarum nominationum, ſed in quodam pacto dotali, quod minime in teſtamento revocari potuit, cum ſui natura irrevocabile ſit. Tertium, quia inſpecto teſtamento fol. 61. verſ. haudquaquam probatur teſtatorem à pactis dotalibus recedere voluiſſe, quia ſolum juſſit, ut bona omnia, tam libera, quam emphyteutica adſe pertinentia diſtraherentur, quod quam longe ſtet à revocatione contractus dotalis, ſeu juris, quod ex eo uxori acquiſitum fuit in bonis emphyteuticis, nemo æqui non videat. Confirmetur ergo in hac parte Judicis ſententia.

Secundus error, ex eo quod Judex æs alienum ex ſolo ſemiſſe mariti deducendum decrevit, quippe quod contractum fuerat ante matrimonium, corrigendus eſt. *Ord* namque *lib 4. tit. 95. §. 4.* in cujus intelligentia plerique caligant, haud quaquam probat, quod poſt diviſa bona ex ſolo ſemiſſe debitoris præfatũ deducatur æs alienũ, ſed aliud longe diverſum, nempe quod ad illud alter conjux non teneatur: igitur priuſquam ad diviſionem deveniatur, patrimoniumque in duas æquales partes ſcindatur, ex parte debitoris æs alienum ſolvendum eſt, aliàs enim injuſtiſſima eſſet communicatio, & ſocietas pene leonina, quippe ſi cõjux debitor plus habuiſſet in patrimonio, prout in præſenti, nihil ſane magis iniquũ foret, quam quod alter conjux ſemiſſem integrum ex ejus bonis conſequeretur, quin ad æs alienum contribueret, cum tamen vulgatiſſimum ſi juris dicterium, quod bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno, *L. ſubſignatum §. bona ff. de verb ſignif.* Per contrarium ſit conjux debitor minus in patrimonio habuiſſet, etiam ſequeretur abſurdum, quod ex cõmunicatione melior efficeretur creditorum conditio, & vere quidem alter conjux, qui plus habuiſſet, ad eorum ſolutionem contribueret, quod eſt contra legis diſpoſitionem, item & facile efficeretur, ut in multis caſibus jus creditorum deterius fieret, quippe qui ex ſui debitoris bonis ſibi ſatisfacere poſſent ante communicationem, & diviſionem, ex quibus dempto dimidio minime fortaſſe poterunt. Igitur ita intelligenda eſt ordinatio, ut æs alienum ex bonis debitoris ſolvatur, conſideratis ante cõmunicationem, atque ita antequam diviſio fiat, ne ſi non ſufficiant, alter conjux de ſuo teneatur, & ita illam legem, licet non omnibus

his propositis rationibus interpretatur *Pereir.* videndus omnino *dec.*86. *num.*7. æs ergo alienum mariti ex ejus, & non ex uxoris bonis deducatur secundum legis dispositionem, sed hoc intelligatur, antequam in duas partes dividantur, post vero solutionem, seu deductionem divisio fiat,& communicatio,& ita Judicis sententia reformetur.

Tertio errori, de quo fol 385.non esse deferendum censeo; ergo tertiam jure maioratus Josepho adjudicavi,cui competit jus vendicandi bona alienata, & similiter nihil hoc circa emphyteusim, quam possidet Emmanuel,judicare debemus,quippe qui in hac lite pars audita non fuit, jure reservato sodalitati, ut adversus eum agat.

Denique circa ultimum errorem occultatæ pecuniæ cum præcedenti Domino convenio. Ulyssipone 10 Septembris 1683. Lopes Oliveyra.

Quamvis præcedentes juris peritissimi,pariterque amantissimi Collegæ sententiam Judicis revocent,& videantur conformes,attamen dissentientes inveniuntur, primus namque dominus maioratum negat, secundus vero maioratum affirmat fuisse constitutum, cujus placito adhæreo; nam in præsenti non solum onus Missarum invenitur, sed plurimæ conjecturæ, ut dictus secundus dominus, ut moris est sui, ex verbis dispositionis erudite deducit, & quoties inveniuntur conjecturæ, licet expresse non disponatur, non tantum onus Missarum, sed etiam maioratus constitutus præsumitur, & hæc est communis Doctorum resolutio, quam tenet *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap* 5. *aliás* 9. *Pelaes de maiorat. q.* 5. *Menoch. de arbitr. cas.*496. *num* 9. cum plurimis tenet *Castill. controv. tom.*4. *cap.*18. *num.* 7.& 17.Sive tales conjecturæ deducantur ex verbis dispositivis, sive ex enuntiativis.

Et quoad me sufficiebant illa verba: *Se naõ poderáõ vender, trocar, nem escambar*; nam ista non dicunt relationem tantum ad onus Missarum, quantum ad maioratus constitutionem, quia si dicamus, quod testator voluit, ut securius suffragia adimplerentur,dicta bona semper essent indivisa, hoc privilegio gaudet prædictum onus; nam bona quãvis per æstimationem dividantur, attamen unita, & indivisa ad unum solent transire possessorem, igitur amplius debent prædicta verba operari, & nil aliud est, nisi vinculum, & maioratum constituere; hæc ex superabũdanti,nam omnia commulata à sapienti Domino in paucis inveniuntur.

In secundo conveniunt in revocationem, & Ego convenio.

In tertio primus dominus ad distinctionem recurrit, secundus vero absolute sententiam confirmat, quam quidem confirmare placet absque ulla distinctione.

In quarto revocat uterque Judicis sententiam, & certe revocatione indiget.

Videamus de erroribus à sodalitate sanctæ Misericordiæ allegatis. Primum non audiunt præcedentes Domini, neque Ego.

In secundo vero discedunt; primus quippe est in confirmatione; at secundus in revocatione manet sententiæ;in qua ardua,difficilique materia,visa dispositione nostræ legis, non est mirum, quod in diversam tendant viam, sed mihi securior videtur, quam secundus elegit, & hanc in Senatu Portuensi jam sequutus fui in alia simili causa, quia nunquam mihi placuit post factam divisionem communium bonorum debita ante matrimonium contracta deducenda esse ex parte tantum debitoris, quando illius bona ad maiora suppetunt, & ex illis alter conjux sibi in divisione aliquam partem consequitur, ut in præsenti demonstratur; ordinationis namque diversa fuit mens, & diversimode à cõmuni usu debet intelligi, aliter enim magna sequerentur absurda, & injustitiæ, ut præcedens dominus considerat.

In tertio tandem primus sententiam infirmat, secundus dominus, cum maioratum judicasset, nil decidit, item ego, qui eandem maioratus constitutionem amplexus fui,nihil invenio resolvendum in dicto errore, nisi tantum jus reservare, ut secunda deliberatio reservat.

Quoad æs scriptum in inventario, & à testatore declaratum concordes sumus,ut dividatur tantum, quod scriptum invenitur à vidua, contra illam tamen reservato jure. Ex dictis à me liquet cum secundo domino convenire in omnibus. Ulyssipone Decembris 20. 1683. Moraes Sarmento.

Et si testator utatur verbo,*remaneat*,an inducatur erectio maioratus, aut fideicommissi perpetui, affirmant *Decian conf.* 33 *num.*98. *lib.*1.*Peregrin. conf.* 23 *lib.*4 & *conf.*50. *num.* 6 *lib.* 5. Ubi etiam inquit verbum hoc tantum operari, quantum operatur verbum *in perpetuum*, *ut ex Menoch. Fusar* tradit *Carol. Anton. de Luca in add. ad Gratian forens. cap.*285.*num.*12.*vers.verbum*, & *vers.verba*, quod verba denotantia actum momentaneũ, non inducunt fideicommissum, aut maioratum successivum,aut perpetuum, ut sunt verba, *pervenire,transire*,*succedat*, & ibi explicat,& alios allegat.

Ratio est, quia quando inquit, *facio maioratum*, consequẽter explicat formaliter, & expres-

expreſſe omnes qualitates, quæ ex natura propria verborum continentur, *L. exempto ff. act. empt.* ibi: *Quod ſi nihil convenit, tunc ea præſtabũtur, quæ naturaliter inſunt hujus judicii poteſtate, L. cum quid 3 ff. reb. credit. cap. cum Ferarienſis 9. de conſt. L. quoties de oper. libert.* ideo dixit *Bald.* quia verba, quæ non ſint determinata formaliter, determinantur naturaliter, ſecundum naturam rei, & contractus, & quod naturaliter ineſt, pro expreſſo debet haberi, quaſi ipſa natura loquente.

Confirmatur à ſimili de feudis, quia quando conceditur feudum, abſolute intelligũtur poſitæ in conceſſione omnes conditiones regulares feudi, ſecundum ſuam propriam naturam, *Cap. 1. §. fin. quid ſit inveſt. ubi gloſſ. verbo addenda, & ibi Afflict. num. 7 Lofred. conſ. 1. numer. 127. Menoch. conſ. 1 num. 312. & conſ. 18 .numer. 71. Franciſc. Sonsbek p. 4. num. 3.* ubi præſtat rationem in verbis ſequentibus: *Natura enim proprii feudi eſt, quædam qualitas feudis à princip. innata, ſeu cognata, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & regulariter ſemper cenſetur ineſſe feudo, niſi per pactum contrarium ab adverſa parte probetur, Pariſ. conſ. 23. n. 26. vol. 1.*

*touio Freyre, naõ ha vinculo, mas ſómente hum encargo, que os naõfez alienaveis, de ſi podiaõ ſer vendidos, como oforaõ pela remataçaõ, que o aggravado, quando ella ſe fez, naõ impugnou. Abſolvem ao aggravante do pedido pelo aggravado. E condemnaõ a eſtas partes nas cuſtas dos autos de permeyro. Liſboa 11.de Abril de 1679. Pereyra. Lopes Oliveyra. Vanveſſem.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

95 Dum Præſes Curialis doctiſſimus Reum tradere culcitras, ſindones, & pulvinaria jubet, de quibus in ultimo libelli articulo, ex Rei ipſius confeſſione in articulo 11.contrarietatis fol. 143. verſ. non eſt quæſtio, nec de his dubitatur, & venit in hac parte ſententia confirmanda.

96 Verum dum Reum ex cæteris condemnat, annullata ſubhaſtatione, maius eſt dubium, & ad hujus ſententiæ deciſionem duo ventilantur in actis; an ſcilicet bona ſub haſta vẽdita eſſent vinculo maioratus, aut Capellæ adſtricta,ita ùt vendi non poſſent,ſecundum, an ſubhaſtatio debeat nulla judicari,eo quod fructus horum bonorum, & non proprietas oblati eſſent ad pignus judiciale per Actoris parentem, qui tunc temporis Reus erat.

Et quoad primum, relictis ambagibus,
97 teneo, bona prædicta vinculo maioratus, aut Capellæ, non eſſe munita, ut vendi non poſſent cum onere Miſſarum à teſtatrice impoſito, dixerat enim in teſtamento fol. 7. verſ. *Deixo a minha enteada Magdalena Freyre, tudo o q̃ ſe achar ſer meu, aſſim de movel,como de raiz, e o gado; pela crear, e ſempre me acompanhar em minhas doenças, com obrigaçaõ de cinco Miſſas todos os annos pela minha alma, e de ſeu pay Diogo Ribeiro, com condiçaõ, que ſe naõ poſſaõ vender, nem alhear em tempo algum, para q̃ as ditas Miſſas ſe digaõ para ſempre.* Hæc verba vinculum non inducunt, quia palam eſt prohibitionem non fuiſſe alienationis à teſtatrice poſitam, alio fine,niſi ut Miſſæ perpetuo celebrarẽtur, non familiæ memoriæ, quia bona relicta fuerunt privignæ, non filiæ, aut conſanguineæ, non ex qualitate bonorum, ſed ſolum ad ſecuritatem eleemoſynæ ad Miſſas celebrandas,ecce notam habemus cauſam prohibitionis, & ideo non eſſe inſtitutum maioratum, aut Capellam,ut cõmuniter tenent Doctores, quos multos congerit *Caſtill.contr.lib.5. cap.93.§. 11. per tot.*

98 Quoad ſecundum, licet fructus tantum bonorum, & non proprietas fuiſſent ab Actoris patre in pignus judiciale dati, tamen audito ipſius Actoris patre proprietas, & non fructus, ſub haſta fuerat poſita, & voce præconis, authoritate, & præſentia Præſidis Curialis, audito,& vocato iterum,atque iterum patre Actoris,& in appendice apparet,& cum non appellaſſet, non dicetur nulla ſubhaſtatio, ut in ſimili deciſum fuit in Rota *apud Poſth. poſt tractatum de manut. deciſ. 255 n. 14.* & poſt *Mangil de ſubhaſt. q 112.num.23. ubi de communi.*

Deinde fructus non erant ſufficientes ad debitum executionis extraguendum,ut acta 99
oſtendunt, & nullitas, etiam ſi conſideretur, nulla erit, quæ in Senatu non attenditur, ac ideo in hac parte ſententiam revocarẽ. Ulyſſipone 20.Februarii 1679. Vanveſſem.

Convenio in ſententiæ confirmationem, quatenus ad culcitras, ſindones, & pulvinaria.

Diſcedo tamen re maturiſſimè conſidera- 100
ta, ab ejuſdem ſententiæ revocatione,quoad res à teſtatrice Eliſabetha Magdalenæ privignæ ſuæ relictas in teſtamento fol.7. verſ. etenim ex ejus verbis, quæ præcedens juris conſultiſſimus dominus tranſcribit, non quidem nudum non alienandi præceptum, quod de jure non ſubſiſtit, ſed præceptum optima ſane cauſa, & ratione veſtitum judico, quod proinde fideicõmiſſum inducit, alienationẽque irritam reddit, & inanem, ita ut revocationi locus ſit.

Ait enim teſtatrix: *Com obrigaçaõ de cin-* 101
*co Miſſas pela minha alma, e de ſeu pay Diogo Ribeiro, com condiçaõ, que ſe naõ poderáõ vender, nem alhear, para que as ditas Miſſas ſe digaõ para ſempre.*

Ecce ergo quomodo cauſam, & quidem optimam præcepto non alienãdi adjecit, ſcilicet, *para que as ditas Miſſas ſe digaõ para ſempre.*

Diligebat teſtatrix privignam, quam à te- 102
nera educaverat ætate,ut patet ex eodem teſtamento, ibi: *Item quero, e ordeno, que tudo o que ſe achar ſer meu, aſſim movel, como de raiz, e o gado, deixo a minha enteada Magdalena Freyre pela criar.* Noverat ulterius ejuſdem privignæ amorem,&benemerita erga ſe, ut teſtatur in illis verbis, quæ ſubſequuntur ibi: *E ſempre me acompanhar em minhas doenças.*

Miſſas deinde non ſolum pro anima ſua, 103
ſed & pro anima Didaci defuncti conjugis celebrari juſſit, qui quidem Didacus, pater fuerat naturalis, & legitimus ejuſdem Magdalenæ; quibus omnibus ſimul junctis concurrentibus circunſtantiis, jam liquido apparet juſta cauſa, qua teſtatrix alienationẽ prohibuit, licet non primo quidem aſpectu, cauſam non fuiſſe ſufficientem videatur,

quippe quamvis bona alienarentur, onus Missarum semper implendum foret, attamen non ita diligenter, sicut ab hærede, quæ testatricem diligebat, & quæ parentis animam diligere tenebatur; & consequenter idem censendum de ejusdem hæredis descendentibus, non autem de extraneis illis, in quo per alienationem bona transferenda fuissent.

Non igitur obstant, immo aperte favent
104 jura, quibus nudum non alienandi præceptum infirmum decernitur, cessat non eorum dispositio, quoties causa à testatore exprimitur, *text. Capitalis in L. filiusfamilias* 114. *alias* 117. §. *Divi o* 2. *ff. de legat.* 1. ibi: *Nec causam exprimunt propter quam id fieri velint. Text. etiam in L pater* 38. § *Julius Agripa, L. Lucius* 93. *in princ. ff de legat* 3. & ubique cõmuniter scribentes ordinarii. *Peregr. de fideic. art.* 14. *num.* 1 *& seqq. Cald. forens. q.* 23. *num.* 18. *Castill. lib.* 4 *cap.* 9. *à num.* 15. late, & bene *Carvalh. in cap. Raynald. p.* 2. *à num.* 238. *Valent. illustr. lib* 3. *tract.* 6. *cap.* 1. *per tot.*

105 Unde licet cõmunis sit nostrorum sententia, quod simplex onus Missarum bonis adjectum maioratum, aut fideicõmissum non inducit, aut bona inalienabilia reddit, idque etiam adjecta simplici, & nudo non alienandi præcepto, intelligendum innuere videatur, *solus Reynos. observ.* 68. *num.* 33. Attamen adhibita causa, qua testator motus fuit ad prohibendam alienationem, aliud *à Reynos.* ipso dicendum foret.

Dixi solum *Reynos.* suam illam innuere
106 sententiam, nam alii quamplures tenent inductum esse maioratum, seu fideicommissum, ex quo adjectum sit præceptum non alienandi, ut probat *Castill. controv. lib.* 5. *cap.* 93. §. 11. *num.* 17. *noster Peg forens. cap.* 4 *num.* 226. De quo tamen opus non est, ut modo disputemus, cum præceptum optima causa vestitum habeamus.

Accedit, quod testatrix, non tamen per
107 viam præcepti, quantum per viam conditionis alienationem prohibuit, ut aperte patet ex verbis, *com condiçaõ, que se naõ poderáõ vender*, quibus in terminis alienatio non valet, ut cõmuniter tradunt *in L. filiusfamil.* §. *Divi, Alex. num.* 2. *Jas. in* 1. *lectur. n.* 6. *Crot. num.* 6 *Alciat. num.* 12. & fatentur cõmunem *Cald. forens. lib.* 1. *q.* 23. *num.* 21. *Carvalh. cap. Raynald. p.* 2. *n.* 250.

Ex his ergo argumentis sententiam Præ-
108 sidis confirmo, quoad bona à testatrice Elisabethæ relicta, non vero quoad alia relicta à testatore Antonio fol. 18. quibus nudum Missarum onus adjectum est, cessantque omnes à nobis expositæ rationes, & cessat etiam objecta nullitas executionis, ex iis quæ eleganter præcedens dominus scribit. Ulyssipone 27. Februarii 1679. Lopes Oliveyra.

Tria munitione supra dicta, evicta sunt, in aliis præferam.

Ego etiam maturius ea perpensa, & testa- 10
tricis verba, magis ad revocationem judicati inclino, cum in ultimis verbis, animum, & causam finalẽ declaratam à testatrice intuetur, ut Missæ celebrentur, hæc est vis, & conditio aliorum verborum antecedentium, quia relatio ad proximiora fieri debet, *L. hæredes palam* §. *sed si notam ff. de testam. Gonz. ad regul.* 8. *chancel gloss.* 38. *Rotta decis.* 8 *num.* 11. *p.* 2. clausula respiciens unum capitulum, non refertur ad aliud, *Bart. in L. si quis* §. *si initium num.* 3. *vers. aut verba referunt se ff. de edendo.*

Quando clausula est posita ad qualifican- 11
dum unum casum, ad illud tantum refertur, & non ad alia, *L. felicem in princ ff. quando dies leg. ced. Bart. in L fin ff. de reb. dub. Rota decis.* 698 *n.* 15. *p.* 1.

Cum testatrix de securitate tantummodo 11
ageretur, parum interest, aut bona prævignæ, vel aliis tranleant cum prædicto onere, cum prævisum extat, quoad executionem, *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 62. §. 3. ibi: *Missas*, unde ex sola Missarum impositione vinculum dici nequit, *Peg. forens cap.* 4 *num.* 226. *Castill. rerum quotidian. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 1.

Subhastatio nulla dici nequit, quia assisten- 11
tia Præsidis, juncta taciturnitate patris Actoris, eam validam constituerunt, quia regula juris est, quod taciti, & expressi idem est judicium, eademque vis, *L. bis solis Cod. revocand. donat. Valenz. cons.* 170. *n.* 16.

Sic meritissimo Præside revocato. Ulyssi- 11
pone 3. Martii 1679. Fonseca.

De duobus dicere oportet, nempe de bonis ab Elisabetha, & ab Antonio Actoris matri relictis.

Quoad primum cum sapientissimis Do- 11
minis 2. & 3. loco deliberantibus convenio, ob expressissima testatricis verba alienationem prohibentis, & non sine causa, immo illa palam nuncupata, ut scilicet sacrificia in perpetuum peragantur, & cum causa hæc ipsius, & mariti animarum favorem respiciat, jam ad legatariæ commodum, & utilitatem, illa prohibitio apposita intelligi non debet, *Cald. dict. q.* 23 *forens. n.* 18.

Neque obstat, quod testatrix successioni 11
formam non dederit, alias vocationes, & subhastationes faciens, quasi ex hoc defectu Capella non instituta censeatur; Reus enim hoc nihil obesse, qui enim maioratum instituit, si tantum primum vocatum exprimat, censetur

tur etiam alias conſuetas vocationes feciſſe, ut bene cum multis tenet *Cald. dict. q.* 23. *num* 95. *Caſtill. tom.* 2. *lib.*2. *quotid. cap* 22. *num.*11. Cum ergo ex injunct oonere, cum alienationis prohibitione ob cauſam teſtatrice favorabilem Capella inſtituta cenſenda ſit, ad quæ conducunt nimis adnotata per *Flor.ad Gam.deciſ.*30.*Phæb.deciſ.*120.*à num.* 9. ſequitur dicta bona ad Actorem pertinere.

116 Quoad ſecundum bona ab Antonio relicta alienabilia eſſe, aperte deciditur *in L.nihil proponi ff. de legat* 1. allegata autem nullitas ex notatis à præcedentibus Dominis audiri non debet, tum & quia de vero debito conſtat per ſententiam, ex quo ſequitur addictionem ex nullitatis capite non eſſe reſcindendam, *Gabr.Pereir. deciſ.*77.*num.*4.*ad fin.* Ulyſſipone 27. Martii 1679. Pereyra.

117 No feito de Antonio Alvarez da Coſta contra Bernarda de Oliveyra, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz de Fóra de Trancoſo, em condẽnar aos RR Antonio de Lobaõ, e ſua mulher, larguem aos AA as propriedades pedidas no libello, com os fructos da lide conteſtada. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e clauſula do teſtamento de Ambroſio Jeronymo, pela qual naõ foy viſto inſtituir morgado, ſendo homem taõ rico, e abaſtado em propriedades, de taõ pouca valia, e rendimento, mas antes deixalas ás legatarias com encargo de huma Miſſa, que por ſi naõ induz morgado, pois ſuppoſto que lhe impoz clauſula de non alienando, lhe permettio a permutaçaõ, que he eſpecie de alheaçaõ encontrada cõ a natureza dos morgados, por onde eſtes bens nunca foraõ poſſuidos, nem havidos por de vinculo, mais que a reſpeito da Miſſa impoſta nelles, e como livres os poſſuem os RR. e ſeus pays ha mais de quarenta anuos, por titulo de doaçaõ, que delles lhe fez a ultima nomeada pelo teſtador. Abſolvem os RR do pedido pelos AA aos quaes condẽnaõ nas cuſtas de ambas as inſtancias. Porto* 17.*de Março de* 1674. *Cazado. Novaes.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Quæſtio eſt: Utrum ex diſpoſitione teſtatoris fol.5. maioratus, vel fideicõmiſſum inductum ſit, vel ſimpliciter legatum cum Miſſarum onere.

118 Et licet ad conſtitutionem maioratus requiratur integritas, & unitas cum prohibitione alienandi in conſervatione familiæ, quia eſt omnimoda maioratus ſubſtantia, ut per *Tiraquel. de primogen.q.*4. *num.*18 *Gom. L.*40.*Tauri numer.* 44. *Molin. de primogenit. lib.*1.*cap.*3. *numer.*6. *& cap.*11.*numer.*5. *Menoch.de arbitr. caſu* 496. *numer.*9. *idem Molin. ſupra cap* 5. *numer.*16. *Reynoſ.obſerv.*68. *numer* 28. *Phæb.* 2. *p deciſ.*12. *Gam.dec.*395. *numer.*1 *Val.conſ.*82 *numer.*6 *&* 7. Attamen hoc intelligitur, ſi expreſſe per verba clara manifeſtum animum detegat, quod familiæ conſervationem,*ex L.quidam cum filium,ubi Bald. ff. hær. inſtit. cap.* 1. ibi: *Licet qui voluntatem habuerit de eo qui mit. in poſſeſſ. Mantic. de ultim. volunt. lib.*3. *tit.*4 *num.*18. *Peregr. de fideicomm. art* 11. *n.*25.33. *&* 34. Secus vero ſi per verba ſimplicia, ut in præſenti, quæ maioratum non efficiunt, *Alex. lib.* 1. *conſ.* 56. *Soccin. jun. conſ.* 11. *& conſ.* 227. *lib.*2. *Oldrad. conſ.*65 *num.* 22. *Menoch. conſ.* 85. *num.* 103. *Mantic. ubi ſupra lib.* 6. *tit.* 4. *à num.* 15. *Peregrin de fideicommiſſ.q.* 688. *à num.*36. *Oza/c. deciſ.*50. *in fin.* Et ſolum ad onus Miſſarum inducendum verba diriguntur, quod non ſufficit ad conſtituendum maioratum ex magis communi opinione, de qua *Mier.de maiorat.*2 *p.num.*94. *&* p. 4. *q.*29. *num.* 12. *Molin de primog. lib.* 1. *cap.* 4 *num.* 1. *& cap.*5. *num.* 37. *Flores var.lib.*1. *q.*17.*num.*2.*Themud.deciſ.*78 *numer.*2. *ad fin. Phæb.deciſ.*120.*num.*30 *Menoch.conſ.*85.*Fragoſ. de regimin reipubl. diſput.* 19. *p* 3. *lib* 9. §.53.*numer.*1.*Gam.deciſ.*82. *num.*6. Unde revocando ſententiam Reos abſolverem. Porto 31.de Outubro de 1673. Nevaes.

Fideicõmiſſum familiare, ut videre eſt late per ea, quæ tradit *Peg forenſ. cap.* 4 *ex n.* 170.

Illud autem relictum fol.20. tranſcriptum in his actis fol. 5. mihi non efficit maioratum, quia licet clauſulam habeat non alienandi,permutationem permittit,quæ ſpecies alienationis eſt *argumento Ord. lib.* 3.*tit.*59. cum in illa detur actio evictionis pro re permutata, *L. ſi permutationis Cod de evictionib. Pinel.* 2. *p. rubr. Cod. bon mat. num.*28. *Cardoſ. verbo emptio num.*23. Vel igitur ex hac permiſſione inducatur vera alienatio,vel ficta, ut conſiderat cum multis *Souſa deciſ.* 72.*num.*3. impropria eſt hæc cluſula vinculi maioratus, per ea quæ *idem Peg. dict. cap.* 4. *num.* 215. nec illam adjuvant alia verba, *hey por avinculadas as ditas terras, &c.* Quamvis enim ex illis conjectura inducatur maioratus inſtitutionis, ut per eundem *Peg. proximè num.* 172. Attamen illud vinculum, non reſpectu relicti fuit impoſitum,ſed oneris Miſſæ, cui adſtricta voluit eſſe perpetuo dicta bona,quocumque vadant, *L. nihil proponi-*

*ponitur ff. legat. 1. Gam. decis. 30. numer. 1. & decis. 286. num. 1.* Qui in fortioribus terminis, data scilicet clausula non alienandi, & lineæ vocatione refert judicatum pro divisione vinculi saltem per æstimationem, & impræsentiarum maioratus constitutus præsumi non debet, siquidem conjecturæ probabiles non apparent, de quibus *Valasc. cons. 82. ex num. 6.* Si enim ad voluntatem testatoris principaliter attendatur in fideicõmissis, *L fideicõmissa § item si quis, L. quisquis ff. legat. 3.* & hæc voluntas non solum ex verbis, sed ex mente disponentis inducitur, *dict. L. fideicommissa § hæc verba & ibi gloss L pater filium ff. legat. 3 Simon de Pret. de interpret. ultim. lib. 3. solution. 4 num. 1. & 2.* & probatur conjecturis, quæ colliguntur ex testamento, & dispositione, *L. cum proponebatur ff. legat. 2. Valenz. cons. 185. num. 3.* Ego arbitror, quod nullum maioratum voluit noster testator instituere, si autem aliquos instituit, ut supra expendi per cursum, aut lapsum calami, non quidem hæc intentio ejus fuit in hoc relicto, siquidem fæminas, matrem, & filias simul ad terrulas vocavit, quod est contra naturam maioratus, qui in uno tantum permanere debet.

Deinde hæc institutio diversa est ab aliis, in quibus maioratus familiæ institutus est, ut in appendice est videre, à diversis autem non fit illatio juxta vulgaria, & cum testator in hac dispositione se limitavit, ac glossavit, non debet illa extendi, nec quærẽda est alia glossa, & interpretari, nec est novum, unam dispositionem, vel scripturam per aliam intelligi, declarari, & restringi, *L. non est novum ff. de legib. L talis scriptura in princ & §. fin. ff. legat. 1.* cum aliis late conditis per *Valenz. cons. 133. n. 2. & 3.*

Nec est credendum de pio, libero, ac divite testatore, quod maioratum constitueret in terrulis exigui valoris, cum magnam copiam bonorum, & divitiarum relinqueret, quibus vinculatis, si ejus mens fuisset vanitatem quærere, in conservatione, & memoria sua amplecteretur, & fructuosum maioratum erigeret, conservando nomen, & familiam per bona, ut deducitur *ex text. in L. pater § Julius ff. legat. 3. Decius cons. 38. n. 3. vers. 5. Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 23.* nam ex qualitate rerum, & bonorum inducitur fideicommissum, *Gloss. in L. quoties a 1. Cod. de fideicommiss. Menoch. cons. 220. n. 26. cum seqq. & lib 4. præsumpt. 68 n. 14. & præsumpt. 69 n. 18. vers. sexta est conjectura, Peg. dict. cap. 4. n. 220.*

Quibus accedit consuetudo possidendi has terrulas, de quibus inquiunt testes nunquam titulo maioratus, nec hoc nomine possideri, & licet bona maioratus præscribi non valeant nisi contra administratorem, ut discurrit late *Pereir. decis. 52 per tot* Attamen modus succedendi, & possidendi hæc bona, tamquam libera absque nexu maioratus ex consuetudine dignoscitur, & apparet ab anno 1630. donatas fuisse per possidentem cum translatione dominii fol. 70. quod tempus plus 40. annorum vere sufficit, ut bona prædicta libertatem acquirerent, ad ea quæ *Reynos. observ. 22. n. 20. & 21. Molin. de primog. lib. 5 cap. 5. numer. 39 cum multis Peg. dict. loco n. 221.*

Quibus ita pro involucro brevitatis causa consideratis, & aliis, quæ per doctos patronos cum judicio, & eruditione adducuntur, sapientissimum Collegam, ac colendissimum sequendo, sententiam Judicis teneo revocandam. Portu 16. Martii 1674. Cazado

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata: Judices. Cardoso. Ribeyro.

Hæc sententia fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

Resolutio præsentis hypothesis consistit in decisione illius quæstionis, an scilicet onus Missarum efficiat maioratum, in qua quæstione duæ reperiuntur opiniones, prima tenet, & affirmat ex tali onere Missarum maioratum probari, ut dicunt *Castill. lib 5 contr. cap. 93. §. 11. num. 1. & 4. Flor. var. lib. 1 q. 17. numer. 18. & Jeqq. Val cons 27. numer 2 & 3. & cons. 82. numer. 2. Reynos. observ. 68 num. 1. & seqq. Ægid. quem refert Barb ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 53. numer. 1. Gam. decis 48. in princ.*

Secunda negat, & ex tali onere Missarum vinculum maioratus non induci, prout testãtur *Gam. dict. decis. 48. Castill. lib. 1. cap. 22. num. 44. & tom 4. cap. 9. num. 9. Robles de repræsentat. lib 3. cap 3. Mier. de maiorat. 2. p. q. 5 num. 94. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4 n. 1. & cap. 5. num. 37 Reynos. dicta observat. 68. num. 7. Pegas resolut. forens. cap 4. num. 224. & 225.*

In nostro casu procedit prima opinio, quæ intelligitur, quando curator ultra onus Missarum prohibuit alienationem bonorum, vel filiorum, aut familiæ vocationes fecit, vel quando aliæ conjecturæ ad inducendum maioratum concurrunt; at vero si onus Missarum simpliciter fuerit impositum, non inducitur maioratus, & in hoc casu procedit secunda opinio. *Castill dict. cap 9. num. 9. & dicto §. 11. n. 16. Reynos. dicta observ. 68. n. 24 & seqq Phæb. dec. 120. n 9. & seqq. Peg. ubi supra n. 226.*

Plane

Plane in noſtra ſpecie reperitur prohibitio alienationis, deſcendentium vocatio, vinculatio bonorum, ut pateſcit ex appenſo fol. 20: ergo indubium eſt, quod ex talibus conjecturis cum onere Miſſarum inducitur maioratus, *Peg. ubi ſupra num.* 172. 180. 209. & 215. In quibus numeris multos Doctores refert; reperitur etiam in dicta diſpoſitione dictio (ſemper) qua tutor uſus fuit, ex qua etiam inducitur maioratus, *Pegas d. cap.* 4. *n.* 175. Ideo judicarem in noſtra hypotheſi teſtorem inſtituiſſe maioratum bonorum contentionis.

Altera nunc inſurgit dubitatio, cui ex noſtris litigantibus ſucceſſio deferatur: judicandum ex ultimo, quod A. eſt deferenda, quia licet Rea ſit in æquali gradu ſanguinitatis cum A. & etiam ſit de ſanguine inſtitutoris, utille, & ita A. ſicut Rea ultima poſſetrix, conſanguinei ſint in æquali gradu, A præferri debet prærogativa ſexus, *ex Ord. lib.* 4. *tit.* 100 §. 1.

Nec fundamentum præſcriptionis obſtare poteſt, cum non appareat tempus legitimum, & præfixum à lege, ut bona maioratus contra ſucceſſores præſcribi valeant, *Pereir. dec.* 52. *& num.* 1. nec etiam alterum fundamentum tranſactionis obeſſe poteſt, *ex Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 18. Igitur revocata ſententia Senatus inferioris Judicem confirmarem. Ulyſſipone 6. Januarii 1675. Quifel.

Strenue dimicatum extat à ſapientiſſimo proximo Domino circa diſpoſitionem factam à teſtatore, de qua in appenſo fol. 20. an maioratum inſtituat, ſed potius ego illud vinculum non reſpectu relicti fuiſſe impoſitum, ſed oneris Miſſæ, cui adſtricta voluit eſſe perpetuo dicta bona, audeo judicare ex optime inculcatis à ſapientiſſimis Dominis inferioris Aulæ fol. 87. verſ. & præcipue in aurea deliberatione, fol. 90. & 91. quod ex dicta diſpoſitione maioratum non induci, & magis adhæreo ſententiæ Senatus ex bene annotatis in dictis ſuffragiis, & in orationibus fol. 75. Ulyſſipone 12. Januarii 1675. Ribeiro.

Proximo ſuffragio adhæreo, ex verbis namque teſtatoris in appenſo fol. 20. conſtat fuiſſe adſtricta oneri Miſſæ perpetuo duraturo, quin aliæ reperiantur conjecturæ, ex quibus primogenitum inducatur, immo ex permutatione bonorum permiſſa elicitur illud non fuiſſe inſtitutum. Ulyſſipone 6. Maii 1675. Cardoſo.

120 No feito de aggravo de Simaõ Joaõ, contra Maria Simoens, e ſeus filhos, Eſctivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Julgaõ os embargos recebidos por provados; e revogando o Acordaõ embargado, aggravados ſaõ os aggravantes pelos Deſembargadores dos aggravos da Relaçaõ do Porto em julgarem por demorgado a terra da contenda, emendando ſua ſentença, viſtos os autos, e como dos teſtamentos ſe moſtre, que a prohibiçaõ de alhear a terra da contenda, naõ foy poſta para conſervaçaõ da familia, ſenaõ para perpetuidade do encargo das Miſſas, e como deſte ſe naõ induza morgado, conſiderando tambem o pouco valor da dita terra, e condiçaõ dos teſtadores. Mandaõ, que ſe cumpra a ſentença do Juiz, e a terra da contenda ſe parta por eſtimaçaõ, na fórma da dita ſentença. E paguem os RR. as cuſtas. Lisboa 5. de Dezembro de 1676 Doutor Freyre. Doutor Alvarez. Coelho. Nevaes.*

Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus 121
deliberationibus.

Teſtatores in præſenti certos, & determinatos filios nominatim inſtituerunt, nulla 122
habita ratione poſteritatis ſuæ, ut apparet fol. 19. ibi: *A ſeus filhos Pedro Martinz, e Antonio Martinz*, ex qua diſpoſitione maioratus non inducitur, ut ait *Joannes Immola in L. Gallus §. inſtituens ff. de liber. & poſthum. col. fin. verſ. ſed poteſt dicere*, cujus dictum tenet *Socin. ibi num.* 5. *Alex. num.* 7 *Jaſ. num.* 23. & alii quamplurimi, quos refert, & ſequitur *Molin. de primogen. lib.* 1 *cap.* 6 *num.* 29. *& cap* 5. *n.* 20. In quibus terminis alienationis prohibitio, tamquam ſine cauſa facta, obſervari non debet, quia nudum præceptum dicitur, quod ſucceſſores non aſtringit, ut probatur *ex text. in L. pater filium §. Julius Agripa ff. de legat* 3. *L. filius familias §. Divi ff. legat.* 1. & ait idem *Molin. ſupr. n.* 30. Et neque Rea ſe tueri poteſt poſſeſſione; quia rem tamquam maioratus poſſidet, quia deeſt diuturnitas temporis, & deſunt alia requiſita, quæ tantummodo ſuccedendi modum mutare poſſunt, non vero rei naturam, *Pereir. deciſ* 25. *numer.* 16 *Reynoſ. obſerv.* 26. *Larrea deciſ.* 53. *numer.* 4. *Caſtill. tom* 5. *pag.* 490 § 3 *&* 10. *Fontanel. deciſ.* 33. *numer* 85. *Valenz conſ.* 97 *numer.* 204. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 500 & ſuppoſito maioratu tunc admodum ſuccedendi ſufficiet binus actus, ut ait *Cabed. 1. p. deciſ* 121. *numer.* 3. *Tiraquel. de primog q.* 16. *num.* 4. Deinde adjuvat ad præſumendam intentionem inſtituentium qualitas perſonarum, & parva quantitas rei: quibus ſic perpenſis exceptiones probatas judicarem. Liſboa de Outubro 2. de 1676. Nevaes.

Idem placet. Doctor Alvarez Coelho.

Non eſt facilis proceſſus deciſio, nam 123

ejus quæstio solum versatur, an ex clausulis testamentorum, per quas testatores filiis reliquere contentionis fundos cum onere Missarum,& expressa alienandi prohibitione,inducatur maioratus; & licet cõmuniter scribentes resolvant, quod ex onere Missarum, cum prohibitione alienationis institutus maioratus sit interpretandus; tamen existimo, quod vera est illa resolutio, si aliqualiter appareat onus illud, & prohibitionem fuisse appositam in favorem familiæ, vel in dubio; nam cum finis maioratus sit familiæ conservatio, *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 5. *Molin. lib.*1. *cap.*11. *num.*3. si de ea testantium mente non appareat, sed immo detegatur, aliam fuisse testantiũ voluntatem, tunc non est interpretanda maioratus institutio. Hoc supposito, si rite, & recte legantur testamentorum verba, clare constabit, quod testatorum finis in prohibitione alienationis, fuit sola oneris Missarum conservatio; & ideo neque post filios successores expressere,ut posset obtinere doctrina *Cabed* 1 *p.decis.*96.*numer.*1. *&* 2. Accedit parvitas rerum,& conditio personarum, ratione quarum debet exulare vinculi interpretatio, *Castill lib.*5. *cap.*93. §.11.*num. fin.* Quare cum primis Dominis exceptiones probatas dicerem. Ulyssipone 6. Decembris 1676. Doctor Freyre.

De qua re, & ad varias quæstiones vide *Altograd. tom.* 2. *cons.* 79. 80. 81. 82. 90. 94. *&* 105. *Capyc. Latr. cons.* 32. ubi eleganter explicat *Capyc. Galeot.contr.* 10. Ubi etiam quod prohibitio alienandi, disponendi, aut testandi æquiparantur quoad inducendum fideicõmissum, maioratum, & qui censeantur vocati, *&* *contr.*11. *Urseol.forens. contr. cap.* 86. Ubi quod gravatus cum prohibitione alienationis extra familiam,vel descendẽtes, an possit alienare in unum de familia, aut ex descendentibus remotiorem, & an talis alienatio sustineatur, aut revocari possit vivente ipso alienante, & ibi multa refert, de qua re *Joseph Altograd. contr.*90.

124 Prohibitio autem alienationis ad quid extendatur, tradunt DD. quos allegavimus *d. cap.*4. *num.*215. *&* 216.& constat ex sententiis antecedentibus: & in hac materia mihi videtur, quod ex prohibitione alienationis, oritur conjectura perpetuitatis, quando inquit, quod bona relicta nullo tempore alienentur, quia tunc prohibitio ex mente,& voluntate disponendis, ultra quartum gradum seu quartam generationem extenditur, adversus *Auth.de rest.fideicommiss.*§.*nos igitur*, ut explicant ibi *Jacob. & alii*, quos refert *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.*4 *numer.* 30. *& cap.* 5. *num.* 16. *&* 17. *Cov. lib.* 3. *var. cap.* 5. *num* 4.*Castill.lib* 2. *contr.cap.*22. *n.*42. *&* 46. *Mier.*2.*p. de maior.q.*5. *n.*14. *&* *Nos* diximus *supra cap* 5.

Et licet dicti DD. admittant dictam conjecturam, quando bona prohibentur alienari ea ratione expressa, ut in familia perpetuo conserventur, & sit vera resolutio, ut diximus *supra dict. cap.* 5. Attamen quando prohibitio alienationis concipitur in rem,inducit fideicõmissum perpetuum, & prohibitio omnes successores in æternum cõprehendit secundum alios,&ad hoc ut dicatur institutum maioratum, *L peto* §. *fratre*, ibi: *Ne domus alienaretur ff.leg.*2. *Peregrin. de fideicommiss.art.*14 *num.*33.*Menoch. cons* 85.*num.* 14 *&* *num.*70.*Mandel. Albens.cons.*93.*num.*2. *&* *cons.*97 *num* 2. *Burg.de Paz. cons.*44.*num.* 5. *cum seqq. Molin. de primog. lib.*1. *cap.*4.*&* 5.*numer.*22.*Gom. L.*40.*Taur.num.* 59. *Farin. dec.*125.*num.*5.*p.*11. *novissimarum*, *Mier.*2.*p. q.* 5. *num.* 19. quod *Ego* intelligo durantibus vocatis, ut dixi *d. cap.* 5. de qua re *Valenz. cons* 40 *per tot.Fusar.q.*639. *numer.*20. *Castill. d. cap.* 93. §. 6.*num.* 22. quos non citavimus *d. cap.*4. *forens. num.*215. *&* 216.& Me citato *Add. ad Reynos observ.*68. *&* 69. explicat *Crespo de Valdaur. observ.* 22. *numer.*30. *&* *seqq.Hodiern.forens. cap.*32. *&* 50.

Et quia hæc materia est quotidiana, & in practica quotidie ventilata,libet hic scribere aliquas quæstiones, in quibus consultus respondi. Et in primis mihi traditum fuit quoddam testamentum,in quo inveniebantur hæc verba: *Deixo todos meus bens a Pedro, para que sejaõ seus, e de seus herdeiros, e successores, com condiçaõ que a quinta de tal parte naõ possa ser vendida, nem alheada em qualquer maneira, porque eu lhe prohibo a venda della, assim a elle, como aos mais que lhe succederem, e a venda, e alheaçaõ, que se fizer, naõ valha, nem tenha effeito, porque com este gravame lha deixo, e pelo mesmo caso succeda o seguinte em gráo, que possa ter direito á dita quinta, para sempre já mais quero, que isto se guarde, cumpra, e tenha effeito.*

Non alienavit Petrus in vita d. Villam, sed in ultimo testamento libere de ea disposuit, quæsitum mihi fuit, an valide disposuisset: disputavi illam quæstionem, an ex prohibitione alienationis induceretur fideicõmissum,seu maioratum,tam in casum mortis,quam in casum alienationis in vita; & respondi in his terminis solum induci fideicommissum, & maioratum in casum alienationis, & non in casum mortis, sed tantummodo cõtraventionis casum, ex seqq.

Ad hoc enim,ut prohibitio alienationis inducat

ducat fideicõmiſſum,& maioratum,de qua re agunt DD. citati in noſtro *num.* 215. *&* 216. & ultra eos citati ſupra, requiritur, quod prohibitio non ſit nuda, ſed qualificata habens cauſam exiſtentem,nempe,quia volo,ut bona in familia conſerventur, *L. filiusfamilias §. Divi ff. leg.* 1. *L. pater filium* 38. *§. Julius Agripa ff. leg.* 3. *Molin. de primogen. lib.*1. *cap.* 5. *num.* 16. *Petra de fideicommiſſ. q.*5. *num.* 8. *Theſaur dec. Pedam.*248.*numer.* 4 *Caſtill. lib.*2. *contr. cap.*22. *numer.* 82. *Fuſar. q.*688.*n.*23.*&* 106.*verſ.ſecundus*, & diximus *ſupra cap.*5.

Et quando prohibitio alienationis non habet cauſam, nempe,ut bona in familia cõſerventur, ſolum inducitur fideicommiſſum, aut maioratum in cauſam contraventionis, non in caſum mortis, *Becc conſ.*66.*numer.*10. *Oza ſc.dec.*50. *per tot. Odd.conſ.*46.*numer.*30. *& conſ.*66.*num.*51. *& conſ.*68.*numer.*9.*Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 14. *num.*10. *Caſſanat. conſ.*34. *numer.*18. *Fuſar. de ſubſtitut.q.* 688 *n.*9.

Et licèt aliqui dicant, hanc regulam non habere locum,quando teſtator in prohibitionem alienationis poſuit verba perpetuitatis, ut in noſtro caſu, ibi: *Aos mais que ihe ſucederem*, & ibi: *Para ſempre já mais*, ut dicunt *Graſſ. in §. fideicommiſſum q* 5. *num.* 8. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 14. *in fin & lib.*8.*tit.*2.*num.*18.*cum multis Fuſar.q.* 688.*n.*17.*verſ. limitatur primo.*

Attamen contraria ſententia mihi verior videtur, nempe, quod verba denotantia perpetuitatem,non inducant fideicõmiſſum ſimplex, aut maioratum abſolutum in caſum mortis, ut optimè reſolvunt *Hond. conſ.* 78. *num.*32.*lib.*1.*Ladercb.conſ.*5.*&* 92.*Peregr.de fideicõmiſſ.art.*14.*n.*15.*in fin. Fuſar.ſup.n.*21. *verſ.cæterum.*

Et quando prima opinio eſſet verior, intelligenda eſt,quãdo verba perpetuitatis ponuntur in ratione, & cauſa, cui additur prohibitio. At verò quando alio modo ponuntur, abſque cauſæ additione, non faciunt fideicõmiſſum ſimplex,aut abſolutum maioratum, ſed tantummodo relictum in caſum contraventionis, ut reſolvunt *Odd. conſ.* 46. *num.* 29. *& conſ.* 68. *num.* 18. *Fuſar.ſupra n.* 22. ubi ita intelligit, & cum in noſtro caſu non inveniatur addita prohibitione alienationis cauſa ad familiæ conſervationẽ, nihil obſtãt verba perpetuitatis, neque etiam prohibitionis alienationis licet geminata,de qua in noſtro caſu.

Nam licet quando verba ſunt geminata, & univerſalia, ex illis eliciatur conjectura pro abſoluto fideicõmiſſo,& maioratu,etiam in caſum mortis, ut tenent *Maſcard. de probat.conſult.* 775. *Intrig. de ſubſt. cent* 3.*q.*72. *n.*42.*Cæſar.Barz. dec.*1.*n.*9.*Farin.dec.*10. *n.*6. *p.*1.*noviſſ. Fuſar.d.q.*688. *num.*24. *verſ.limitatur tertio.*

Nihilominus tamen verior ſententia eſt, quod quamvis verba ſint geminata, & univerſalia, prohibitio alienationis nuda, non important fideicõmiſſum ſimplex, nec abſolutum, nec maioratum in caſum mortis, ſed tantum in caſum contraventionis; quia verba quamvis geminata ſint, terminantur, & intelliguntur ſecundum verba antecedentia, ſunt enim dependentia præcedentium, *d. L. pater filium § Julius Agripa ff. leg.* 3. ibi: *Aut domum maiorem hæres ejus pignoraret, aut ullo modo alienaret.* Et licet in caſu *dict. text.* verba fuiſſet geminata, illis non obſtantibus *J. C.* ita reſolvit quæſtionem his verbis: *Cum hoc nudum præceptum eſt, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quo minus ad hæredem pertinerent.* 134

Atque ita non poſſunt verba geminata procedere effectum contra naturam actus, ut conſiderat *Pariz. conſ.* 110. *Cravet. conſ.* 70. *num.* 30. *Caſtill.lib.*4. *cap.*52. *num.* 30. *&* 31. Et cum verba germinata dependeant à præcedentibus,ſecundum præcedentia terminari debent, & in ſpecie in caſum alienationis, & contraventionis,tantũ eſſe inductum fideicommiſſum, & nõn in caſum mortis volunt, ut tenent *Menoch. conſ.* 197.*num.* 16. *&* 32. *Pariz. conſ.*74. *num.* 35. *& ſeqq. lib.*3. *Gabr. conſ.*140.*num.*14. *lib.*1. *Burſat.conſ.*157.*num.* 31.*lib.*2. *Odd. conſ.*65. *num.*32. *Fuſar.q* 688. *num.* 25. Et cum non ſequeretur contraventio, cujus prætextu relictum fuit fideicõmiſſum, & maioratum, non poteſt admitti ex dicta diſpoſitione, quaſi nulla mentio ejus per diſponentem habita fuiſſet, *L pecuniam ff. ſi certum petatur, L. neceſſario §. quod ſi pendente ff.periculo,& commodo rei venditæ, Cephal. conſ.* 445. *num.* 26. *vol.* 4. *Mantic.de conjectur.lib.*11.*tit.*16.*num.*2. *Surd conſ* 298. *num.*25.*&* 36.*Peregrin.de fideicomm.art.*43. *n.*16. 135

Similis eſt caſus donationis ſequentis, in qua Maria donavit bona ſuæ tertiæ inter quatuor filios, Joannem, Didacum, Franciſcum, & Antonium, cum clauſula ſequenti: *Para que a hajaõ, e partaõ entre ſi igualmente, para com iſſo ſe poderem ſuſtentar honradamente, com tal condiçaõ, que os bens, e propriedades, que deixo aos ditos meus filhos, e lhe pertencer a cada hum, naõ os poſſaõ vender, nem alhear, nem trocar, nem hipotecar, nem diſpor delles em todo, nem em parte,a favor de peſſoa algũa, por nenhuma via que ſeja* 136

*em todos os dias da vida dos ditos meus filhos, salvo entre elles mesmos, e huns aos outros, como elles mesmos quizerẽ, o poderão fazer, e naõ em outra alguma pessoa; e se o contrario fizerem, a tal venda, e alheaçaõ seja nulla, e os ditos bens os hajaõ, e passem aos outros filhos, e por sua morte aos filhos, e descendentes dos que obedientes forem. E sendo caso, que qualquer dos ditos meus filhos faleça sem deixar filhos, ou legitimos herdeiros, em tal caso he minha vontade, que os bens do que assim falecer lhe succedaõ, e os hajaõ, e herdem os outros meus filhos dos sobreditos, e seus filhos, e descendentes em seu lugar por iguaes partes, e isto para sempre já mais.*

137 Mortua donataria adjudicata fuerunt bona quatuor fratribus in partitionibus, sicut jussit donatrix; & illorum duo Joannes, & Antonius usi fuerunt facultate concessa ad disponendum, & alienanda bona inter alios fratres, & secundũ illam fecerunt alienationem, & donationem suarum partium aliis duobus fratribus, & cum maioratus vinculo tradiderunt bona, Joannes ad favorem Francisci, suorumque filiorum, & descendentium, & in eorum defectum ad favorem alterius fratris Didaci, & suorum filiorum, & illis deficientibus, Petro consanguineo, & possessori alterius domus, & maioratus, ejusque successoribus d. domus; & Antonius fecit eandem donationem ad favorem fratris ejusdem Didaci, suorumque filiorum, & descendentium, & illis deficientibus eodem maioratus vinculo vocavit ipsimet Petro cum eadem vocatione fratris.

138 E vita decesserunt Joannes, & Antonius, & Didacus, & Franciscus fratres successerunt in suis partibus juxta primam donationem, & post mortem Didaci deficientibus filiis accepit possessionem bonorum Petrus extraneus, & mota lite inter illum, & Franciscum, interrogatus fui, quid juris in hoc casu.

139 Videbatur dicendum, Franciscum esse verum successorem dictorum bonorum, quia ex dicta dispositione colligitur, & probatur meliorationem non fuisse limitatam ad quatuor filios, sed extensam ad illos, & ad filios suos, descendentesque, & etiam in casibus duobus substitutionis, contraventionis, aut mortis repetuntur filii, & descendentes, atque ita dispositio non fuit limitata ad quatuor filios, sed extensa ad filios, & descendentes ordine successivo, *arg. text. in L. ult. vers. si gradatim, L. cum ita § in fideicommisso, L. penult. §. fratre ff. de legat. 2. Cancer. var. lib. 1. cap. 8. num. 97. & 98. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 24. num. 20. Hermosill. in L. 7. tit. 4. part. 5. gloss 5. num. 52. & 57. Gam. dec. 8. nuu. 2.*

Atque ita quatuor primi vocati fratres, nihil facere potuerant in filiorum præjudicium, nec contra descendentes vocatos potuerunt dispositionem donatricis, *Cov. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. Valasc. de jur. emphyt. q. 49. n. 6. Cald. de nom. q. 12. num. 52. Molin. de just. tract. 2. disp. 458. num. 2. Cabed dec. 154. num. 5. Gratian. dec. 66. & ibi Add. Barb. vot. 30. num. 2. & seqq. & claus. 110. num. 5.* & ideo concludit *Cancer. d. cap. 18. num. 99.* cum sequentibus verbis. Ex quo colligitur filium, eundemque patrem de dictis juribus donatis disponere non posse in præjudicium filiorum suorum, qui expressè ab avo ad dictum bona sunt invitati, de qua re *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. n. 6.*

Neque alienare potuerant, nec cum alienationem eis auferre spem succedendi, *L. 2. § sed quia Cod. comm. de legat. & in §. sin autem. Menoch. cons. 95. num. 121. Molin lib. 1. de primog. cap. 16. num. 33. Peregrin. de fideicõmiss. art. 40. Pinel. in auth. nisi Trienal. n. 10 Cod bon. mat.*

Neque etiam filii, in quibus repetenda est prohibitio alienationis, *Gloss. in L. quotiens Cod. de fideicommiss. Molin. lib. 1. cap. 4. n. 29. Castill. lib. 2. cap. 22. num. 39. & cap. 181. num. 30.*

In his terminis dicitur realis, *Castill. lib. 4 cap 9. num. 63. Leon. dec. 60. num 11. Mier q. 5. num 39. Fusar. q. 673. num. 10. & q. 679. numer. 28.*

Et quamvis Antonius potuisset alienare inter fratres, licet ita permissum non fuisset à donante, quia prohibitus alienare potest inter vocatos alienare, sine præcepti contraventione, *L. filiusfamilias § cum igitur in fine ff. leg. 1. L. pater filium §. quindecim, L. unum ex familia in princip. & §. 1. ff. leg. 3. Magon. dec. Flor. 16. n. 21. Petr. de fideicomm. q. 8. n. 503. & 530.*

Nihilominus non potuerat post Didacum fratrem vocare alios consanguineos Petri, neque successores sui maioratus, contra verba donantis, ibi: *A favor de pessoa alguma, por nenhuma via que seja.* Nam etsi fuisset de familia naturali, non erat de familia artificiali, & voluntaria constituta à donatrice, inter quatuor filios, & descendentes, ad quos solum attendi debet, *Menoch. cons. 277. n. 25. Gabriel. cons. 140. num. 5. Fusar. q. 716 num. 8.* de qua re est *text. in L. unum ex familia §. sed & si fundum ff. leg. 3.* & ibi *Imol.* ubi agitur de differentia inter alienationem præceptivam, præceptiva in verbis, ut rogo, prohibitiva in verbis, peto: elegãter concludit *Sfort.*

*Odd conſ.* 48.*num.* 5. *&* 6. in ſimili caſu ita reſolvit & *Cacheran.dec.*85. atque ita per caſum contraventionis fuit inductum fideicõmiſſum in favorem Franciſci, ex quo ſuccedere debet ſicuti obediens,& ut talis vocatus, in caſu contraventionis,& mortis fratris,non obſtante diſpoſitione *L. pater filium* §. *fundum ff. leg.* 3. quia in terminis convincitur *à Magon. dec. Florent. p.* 1. *dec.* 149. *num.* 28. & nihil contra Franciſcum pugnat, ut etiam tenet reſpondendo *ad d. leg. conſ.* 263. *num.* 31. *verſ. tertius caſus lib.* 2. *& verſ. ſed ad primum*, *Corneo conſ.* 77. *lib.* 1. *in fin. Tobias Nonio conſ.* 90. *num.* 48. *&* 18. *Gabriel. conſ.* 123. *num.* 41. *& conſ.*132.*numer.*1.*&* 6. *lib.*1.*Simon.de Præt.de interpret. ult.volunt. pag.*284 *numer.* 15. *Raudenſ.dec. Pican.*28. *num.*116. *uſque ad* 123. *Fachin. lib.* 4.*contr. cap.*75. *Fuſar. q.*720. *num.* 5. *verſ. reſpondetur.*

146 Et licet diſpoſitio fuiſſet valida, & ſuſtinenda in vita filii alienantis, tam ex permiſſione donatricis, quam ex juris diſpoſitione, ſecundum quam etiam data prohibitione valida eſt alienatio in vita alienantis, *L ſi duabus* § *ſin autem Cod.com. de legat.* ⁀*Avend. de cenſ.cap.* 62. *num* 6. *Cenſ. poſt tract. de cenſib. dec.*15.*numer.*10.*&* *dec.*40.*numer.*8.*Maſtrill. dec.*150.*numer.* 4*p.*2. *Fuſar. q.*706. *numer.*1. Et in emphyteuſi diximus *Forenſ. cap.* 10.*n.* 81. *& ſeqq.* & in maioratu *Valaſc. conſ.* 69. & diximus *cap.*4. *num.*38. *& ſeqq.* & in gravato poſt mortem *Peregrin. do fideicommiſſ. art.*83. *Cald. de renov. q.* 16. *numer.* 25. Et in alienatione feudi *Maſtrill. ſupra numer.*7. & in bonis coronæ *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §.25. Attamen poſt mortem reſolvitur,& nulla,ac irrita manet, ut dicunt citati, & diſponit *text. in L. fin. Cod. com. de leg.* §. *ſed ſi noſtra*, § *ſin autem*, *&* § *ſin autem avaritiæ*, ibi: *Sciant conditione impleta ab initio cauſa in irritum revocatur.* Atque ita nullum jus potuerant transferre in Petrum fratres Franciſci obedientis filii fratres, nec etiam in vita, quia erat alienatio prohibita extra fratres,eorumque filios ex verbis, ibi: ⁀*A favor de peſſoa alguma, por nenhuma via que ſeja*, & ibi: ⁀*A tal venda, e alheaçaõ ſeja nulla, e os ditos bens os hajaõ, e paſſem aos outros filhos.*

147 Quæ verba inducunt præciſam prohibitionem extra caſum expreſſè permiſſum, & omnem excludunt caſum,& modum, præter permiſſum, *L. ult. Cod. teſtam. militis*, *Gratian. dec.* 51. *num.* 18. *Tuſc. lit D. concl.* 515. *num.* 1. Atque ita diſpoſitio facta extra fratres fuit nulla, & ex ea pertinent bona Franciſco, tam ex dicta diſpoſitione, & contraventione ex dictis *forenſ. cap.* 4. tum ex vi dictæ clauſulæ,& prohibitionis cum decreto irritanti, *Sanch.de matr. lib.*6. *diſp.*32.*num.*7. *Barb clauſ* 92 *& dict.*226 228. *&* 229.

Et in terminis prohibitionis alienationis 148
conceſſa aliquibus, & prohibita aliis, quod non poſſint bona alienari inter excluſos mediatè, nec immediatè,eſt videndus *Jaz.in L.* 2.*col.*6 *ff.vulgar.Cravet. conſ.* 137. *numer.*12. *Cæphal. conſ.*175 *numer.*8. *lib.* 2. *Bald. in L. quoties ff. fideicommiſſ.* Ubi quod ſi alienatio facta fuerit in perſonam permiſſam, & poſtea in perſonam prohibitam, & excluſam, intelligitur, quod ſaltem immediate contravenit prohibitioni, & idem tenet *Pariſ.conſ.* 22.*n.* 56.*lib.*3. *Gabriel conſ.*13. *num.*14. *lib.*1. & rationem obſervat *Bald.ubi ſupr.* & *Pariſ proxime*, quia prohibitus tenetur non tantum non alienare in perſonam prohibitam, quam etiam operam dare, ne aliquo modo, vel via perveniat in perſonam prohibitam,ut multis citatis tenet *Fuſar.q.*694. *num.*2. *in fin.* Atque ita extra permiſſas perſonas non potuerant Antonius, nec Didacus facere alienationem ad favorem Petri, qui non erat frater, inter quos erat permiſſa, *Petr. d.fideicommiſſ.q.*8.*numer.* 5. *Cavalcan. dec.*6.*num.*2. *Menoch. conſ.* 1099. *num.* 19. & probat *text. elegans in L. cohæredi* §. *cum filiæ ff. vulgar.* de quo *Matienç. in L.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. gloſſ.*3. *n.* 5.

Et non eſt neceſſarium recurrere ad regu- 149
lam, quod illud, quod una via eſt prohibitum, alia non cenſetur permiſſum, *L. quod dictum ff. de pact. cum vulgaribus*, *cap. cum quis de reg. jur. in* 6. quia in donatione eſt prohibitum qualicumque via, ibi: *Por nenhuma via que ſeja*: & quamvis inter fratres permitteretur,ſemper tranſivit alienatio cum onere fideicommiſſi, *Molin. de primog.lib.*4. *cap.*1.*num.*33. *&* *ſeqq.* Et tunc non habet locum regula, quod res ſemel facta alienabilis ſemper durat alienabilis, quia non habet locum, quando adſunt vocationes in caſum mortis, aut vinculum, fideicõmiſſumque inter omnes, aut aliquos de familia, ex *Molin. ubi ſupra num.* 34. *&* *ibi Add.* ubi limitant *text. in L. pater filium* §. *quindecim ff. de leg.* 3.& eſt videnda diſtinctio, de qua idem *Molin. n.*37.

Neque obſtare poteſt conſideratio, quæ 150
fieri poteſt ex verbis: *Se morrer ſem herdeiros*, ut è vita deceſſerunt fratres, quia tunc conditio ſi ſine liberis intelligi poteſt de extraneis,atque ita in caſu deficientiæ filiorum fratrum potuerant vocare Petrum tranſverſalem, *ex Fuſar q.* 339. *num.*72. & DD. quos *Ego ipſe refero in comment. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 62. *cap.* 4. *pag.* 632. *num.* 28. Quia hæc diſ-

positio non habet locum in nostris terminis, ubi vocati fuerunt hæredes sanguinis, filii, & descendentes fratris, ut ibi diximus, de quibus tantum intelligi debet vocatio hæredũ, & etiam sine dicta vocatione, secundum juris nostri normas, solum in hac vocatione in fideicommissis loquente comprehenduntur descendentes, & non hæredes legitimi transversales, *L ex facto §. ult. ff. ad Trebell.* ibi: *Si quis ita fideicõmissum reliquerit, fidei tuæ filii cõmitto, ut si sine hærede moriaris, restituas hæreditatẽ, videre eum de liberis censisse Divus Pius rescripsit, & ibi gloss. verbo sine hærede, Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 14. num. 5. & lib. 11. tit. 1. numer. 9. Menoch. cons. 958. num. 3. & de præs. lib. 4. præs. 130. numer. 24. Fusar. d. q. 339. numer. 75. & seqq.* tenet etiam *Peregrin. de fideicommiss. art. 32. n. 36. & cons. 68. in fin. lib. 5. Franc. Censal. in add. ad Peregr. art. 32. pag. 334.* Maxime quando antecedenter fuerunt vocati filii, & descendentes, conditio sequens si moriatur sine hærede, intelligitur de ipsismet filiis antecedenter vocatis, *Gabriel cons. 69. numer. 5. & cons. 118. num. 26. lib. 2. Peregr. cons. 169. numer. 1. lib. 3. Menoch. de præs. 130. numer. 18. Angul. cons. 110. numer. 15.* ibi: *Et ideo non est dicta significatio ad primos tantum restringenda, sed ad omnes hæredes descendentes referenda:* atque ita solum comprehenditur Franciscus, & non Petrus, ut eleganter considerat aureis verbis *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 21. n. 6. Menoch. cons. 286. num. 15. & 16.*

151 Tunc enim solum fratres, ejusque filii censentur vocati per fideicõmissariam, ut tenet *Andr. Amat. cons. 68. numer. 24.* & licet non sint fratres, filiique vocati per substitutionem vulgarem, quia extincta fuit per acceptationem fratrum, *L. post aditum Cod. impuber. & aliis subst.*

152 Attamen fuerunt vocati per fideicõmissariam, quia in disputatione, an vulgariter, vel per fideicõmissariam censeantur vocati descendentes, & filii post patrem eorum vocatum, de qua *DD. in L. Gallus §. quidam recte ff. de liber. & posthum.* est sine controversia, quod quando concurrunt similes termini, sicuti nostri casus, est substitutio fideicõmissaria introducta, v. g. si datur vocatio collectiva descendentium, vel multas differentias substitutionum, ut in nostro casu, in quo sunt filii vocati, & descendentes collectivo nomine, in casum mortis, aut contraventionis, quo casu non datur substitutio vulgaris, sed fideicõmissaria, *Fusar. q. 479. n. 11. 13. 41. & 44.* Ubi quando adsunt verba denotantia perpetuitatem, ut in nostro casu, *para sempre já mais, Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 125.* Atque ita per fideicommissariam succedit Franciscus, ut in simili diximus *cap. 5.* cui non potuerant præjudicare fratres alienando, & disponendo, nec voluntatem Institutoris alterare, ut diximus supra *hoc capite*, quare est Franciscus inclusus, & Petrus exclusus, ut probatum extat.

Sed his non obstantibus; contraria sententia mihi verior videtur, & pertinere bona ad Petro, quia bene considerata verba nostræ clausulæ, ex illa non fecerunt contraventionem Antonius, & Joannes, sed potius obedientiam præstiterunt, quia prohibitio alienationis fuit personalis, & limitata ad vitam Antonii, & Joannis, & solum eis prohibitum fuit vendere, aut alienare bona cum effectu dum viverent, & permissum eis fuit, ut post mortem suam potuissent disponere, *ex textu expresso in L. pater filium 38. § fundum à filio ff. leg. 3.* ubi prohibitio alienandi fuit limitata, ut patet ibi: *Fundum à filio, quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignorari.* & quia continuavit dispositionem dicens: *Quod si adversus voluntatem meam facere voluerit, fundum Titianum ad Fiscum pertinere, ita enim fiet, ut fundum Titianus de nomine vestro nunquam exeat.* Dubitatum fuit in hoc textu, si filius habens retentionem fundi, dum vixerit, post mortem pertinere debebat hæredibus institutis ab illo, an hæredibus familiæ testatoris, ex illis verbis: Ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat: & J. C. resolvit dubitationem in favorem hæredum, ibi: Respondit, hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filium, quoad viveret, alienare, vel pignorare non posse, testamenti autem factionem, & in eo fundo in extraneos etiam hæredes habiturum, docent *Bart. in d. § fundum à filio in princip. Alex. cons. 155. col. 1. vol. 2. Tiraq. de retract. § 26. gloss. 1. num. 3 & 4. Menoch cons. 93. num. 119. Petr. de fideicommiss. q. 8. numer. 258. Covin cap. Raynaldus in princip. num. 3. & 8. de test. tam. Surd. cons. 77. num. 21. & dec. 124. num 8. Decher. lib. 2. differt. 8. n. 12. & 14.*

Tota igitur difficultas in eo verſatur, an virtute legitimationis R. A. excludat ab hoc maioratu inſtituto à tranſverſali fœmina, à qua prædictus legitimatus non fuit vocatus, & omiſſis multis, quæ dici poterant, quare omnia videri poſſunt in his, quæ refert *Gam. deciſ. 278.* viſa ſecunda clauſula legitimationis ibi: *E a quaeſquer peſſoas, que algum direito hajaõ em os ditos bens, e couſas, que lhe aſſim forem deixadas.* Et quidem clauſula, ut effectus operari poſſit, intelligenda eſt in tranſverſalibus, ut ſcilicet legitimatio illis præjudicare non poſſit, cum ſemper aſſerendum ſit, eam fuiſſe mentem Regis, qui ita ſuam declaravit intentionem, quæ etiam in dubio ſemper ea eſt, ut multum præjudicium inferatur juri alicujus quærendo, ex cauſa tamen de præterito, ex notatis *ad leg. ult. ff. nat alib. reſtit. L. 2. in §. ſiquis à Principe ff. nequid in loco publico*, multa cumulat *Tiraq.* citatus à docto advocato *in L. ſi unquam, verbo, vel partem num. 14. Cod. revocand. donat.* Intellectis igitur ſic verbis claris legitimationis extra dubium eſt legitimatum poſſe ſuccedere in maioratu in præjudicium noſtri A. cui jus competebat ex cauſa de præterito. Et ſecure aſſerendum cũ *Blaſ. de Flores ad deciſ. 278. verſ. 5. concluſio, & in verſ. 6. concluſio*, legitimatum non poſſe ſuccedere.

Multa etiam adduci poterant in confirmationem hujus opinionis, quæ videri poſſunt in petitione ſupplicantis, ubi doctiſſime de more doctus advocatus reſpõdet his, quæ pro-contraria opinione aducuntur, ex quibus omnibus clare conſtat cauſam, & proceſſum reviſione dignum eſſe, quod ego etiam cenſeo ſub cenſura melius ſentientis. Ulyſſipone 25. Septembris 1609. Velho.

In confirmationem eorum, quæ præcedens Dominus eleganter diſputans, ac comprobat, & mihi de jure jura videntur per fundamenta, & authoritates ab ipſo adductas in reviſionem in cauſa præſenti concedendam, duxi advertendem ad petitionem porrectam Principi à patre ſupplicati ad legitimationem, qua ſupplicatus maxime innititur impetrandam, in qua nulla mentio invenitur facta tranſverſalium, quibus per legitimationem præjudicium inferri intenditur, prout videre eſt fol. 49. quæ quidem neceſſaria erat, ut Princeps prædictam legitimationem de certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis conceſſam, tranſverſalibus nocere cenſeatur, ex traditis per *Alex. cum Ancharr.* quem citat *conſ. 25. in primo volumin & conſ. 67. num. 18. Carol. Ruino in L. Gallus §. & quid ſi tantum num. 191. idem Alex. dict. vol. 1. conſ. 94. num. 4. & 5. Lancel. Gal. in dict. §. & quid ſi tantum num. 86.* ſequente *Soc.* in duobus locis ab eo citatis, *Ancharran. conſ. 308.* cum igitur mentio tranſverſaliũ in petitione facta non fuerit, cum fuerit neceſſaria ex dictis, non eſt credendum Principem per dictam legitimationem quantumcunque de certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis conceſſam, tranſverſali ſupplicanti præjudicium intuliſſe, maxime renuente clauſula fol. 51. ibi: *Porém naõ he minha tençaõ por ella ſer feito prejuizo a alguns herdeiros lidimos, ſe os ahi houver, e algũas outras quaeſquer peſſoas, que algum direito hajaõ em os ditos bens, &c.* Eſt etiam conſiderandum, patrem per legitimationem filio habitam, ſeu adeptam, non poſſe tranſverſalibus nocere, niſi in his bonis, de quibus libere teſtari poſſit, ut poſt antiquos concludit *Jaſ. in dict. §. & quid ſi tantum 1. lectur. num. 91. & 92. & in 2. lectur. num. 36. Alexand. in 2. vol. conſ. 25. numer. 9. Soc. 2 vol. conſ. 151. num. 11. Jaſ. in dict. § & quid 2. lectur. num. 36. ibidem Lancel. Galean. num 85. & 86. Ancharr. conſ. 226.* multi quos refert *Tiraq. de primogenitura q. 34 num. 9.* pro quibus videtur *text. in § liceat igitur in authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi*, cum igitur in bonis, de quibus agitur, pater ad libitum diſponere non potuerit, *ex regul. text. in L. fin. §. ult. Cod. communia de legat.* merito non potuit tranſverſali per dictam legitimationem nocere: unde ſuccedunt ea, quæ *Joan. Crotus in dict. §. & quid ſi tantum numer. 128.* poſt *Soc ibidem numer. 27.* qui ex

mente

mente *Bart.* & omnium deducit regulam, quod legitimatio non præjudicet iis, quibus pater testando præjudicare non potest, dignã igitur ex dictis præsentem causam revisione cum præcedenti Domino exitimo. Lisboa 1. Martii 1610. Nec obstat sententia, cujus meminit *Gam. decis.* 280. quia in casu uterque, tam A. quam R. eodem vitio laborabunt, & cum Reus possideret, nil mirum, si pro eo judicaretur, *ex regul. L. 4 §. sed & quod meretrici cond. ob turpem causam, §. cõmodum inst. interdict.* faciunt in favorem cõcedendæ revisionis quæ *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. numer.* 38. ubi habet quod licet per restrictionem succedendi, de qua in nostra legitimatione, non desinat legitimatum vere legitimatum esse, non tamen dicit, quod dicta restrictio verbi gratia, *sem prejuizo de terceiro*, suum effectum non operabitur. Godinho.

Et idem constat ex deliberatione sequenti.

### *Bona possessa spatio quadraginta annorum, tanquam maioratus, ut talia vendicantur.*

### *Bona maioratus possessa tanquam libera spatio quadraginta annorũ naturam induunt rei liberæ.*

QUidquid maioratus successor, si rem aliquam velit, ut maioratus annexam vendicare, illam debeat probare inter institutoris bona; tamen, quando res sub titulo, & figura maioratus reputatur, ut talis, spatio quadraginta annorum, hoc sufficit, ut vendicetur, *Henric. in tract. jur. feudal. cap. 6. concl. 6. num. 5 Valasc. cons. 111. numer. 8. Tiraq. de primog q. 30 numer. 8. vers. & per contrarium, Soar. in L. quoniam ampliat.* 10. *à num.* 10. *Molin. de primog lib. 2. cap. 6. num. 26. Pelaes de maiorat. 4. p. q.* 20. *à numer.* 63. ut modo etiam per contrarium, quando bona maioratus, ut allodialia, & libera possidentur, eodem spatio quadraginta annorum naturam induunt rei liberæ, *Cap. cum de beneficio de præbend. in 6. ubi Doctores, Tiraq de primog. q.* 30 *Palacius in Rubric. §. 69. numer.* 27. *& in cap. per vestras §.* 18. *numer.* 37. *Boer. decis.* 346 *num.* 6. *Molin. lib. 2. de primog. cap. 6. num.* 26. *Gam. decis.* 341. *Pelaes de maiorat. 4. p. q.* 20. *numer. ult. Valasc. cons. 95. numer. 4. & dict. cons.* 132. *numer.* 20. & 21. videndus *Reynos. observ. 21. num.* 22. cum ergo vinea, de qua agitur per nonaginta fere annos reputata foret inter cætera maioratus bona, ut deponunt testes à fol. 154. cum seqq. & in judicio divisorio partitionum, de quo fol. 151. vers. & fol. 158. non intrasset, ut allodialis, immo ut maioratui annexa fuisset æstimata, & extra divisionem relicta, talis merito fuit à sapientissimo Auditore, amantissimoque Collega judicata: quin obstent ab aggravante oppositæ, quibus satisfit adæquate de more suo sapientissimus Pater, cui me remitto. Lisboa 12. die Martii 1664. Silva e Sousa.

Ita fuit judicatum entre partes D. Catherina da Silva Telles com Braz da Costa, Escrivaõ Pedro Machado Lobo, anno 1664.

Quadragesima secunda conjectura resultat, si ita per sententiam fuerit judicatum, ut diximus *Cap. 1. numer.* 21. & 42. Aut colligitur ex verbis institutionis validæ, quia si fuerit nulla, non potest ex illa probari bona esse maioratus, ut judicatum fuit in causa, de qua *Cap. 1. n.* 44. & 45.

Quadragesima tertia conjectura resultat, 191
si testator relinquat bona ad posteritatẽ conservandam, *para conservar sua posteridade*, ex quibus verbis inducitur maioratus conjectura, quia sunt comprehensiva totius familiæ, & generationis, *L. 1. & 3 ff. liberal. caus. L. 3. ff. de interdict. & releg. L. si ita scriptum* 41. *ff. leg. 2. L. generaliter Cod. de inst. & subst. L. communium* 9. §. 1. *vers. illo videlicet Cod. de natur. liber. Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. numer.* 393. & 402. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. numer.* 10. *Aguirre in apolog. pro successione Regn. Portugal. 4. p num.* 41. *Peregrin. de fideicommiss. art. 22. numer* 37. *Surd. cons.* 140. *numer.* 8. *Marcar. de fideicommiss. 2. p q.* 43 *Gratian forens. cap.* 530. *numer.* 7. *Castill. lib. 5. cap.* 93. §. 21. *August. Barb. appell.* 208. & 209. *Amaya in L. 1. Cod immunit. nem. conced. numer.* 24. *Franc. Anton. Costa cons.* 80. *Luca de lin. leg. art.* 15. & *Nos diximus forens. cap* 4. *num.* 208. & 209. *Rosa consult.* 49 *n.* 6. & *seqq.*

Quadragesima quarta conjectura probatur, quando institutor ponit gravamen successoribus annexãdi tertiam, ut bona habeãt augmentum, ut judicatum.

No feito de appellaçaõ de Joseph Gomes da Sylva contra Dona Isabel Barreta, e seus filhos, Escrivaõ Manoel Ferreira de Lemos, onde se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, &c. Mostrase por parte dos AA. pedirem aos RR. abraõ maõ, e lhe larguem sessenta mil reis de juro cada hũ anno, humas casas na Rua Direita ás Portas de Santa Catherina, dous Casaes na Freguesia de Odivellas, tudo declarado em seu libello fol.* 4. *que lhe pertencem como herdeiros de seu pay, e sogro o Doutor Gregorio Mascarenhas Homem, por haver possuido os ditos bens,*

em tanto que querendo tirar-lhos Sebastião da Cunha da Fonseca, deu contra elle libello, dizendo, erão do morgado, que instituira André de Sousa Chichorro, e sua mulher, e como taes pertencer-lhe a dita successão, sobre o que se deu a sentença fol. 28. que foy confirmada em Relação fol. 31. vers. em que se declararão os bens nomeados por livres, por haverem ficado em fideicõmisso temporal sómente, que se havia extincto pelas mortes do Doutor Luiz Mendes Barreto, e sua irmã, e em virtude da dita sentença ficou o dito pay, e sogro dos AA. na posse da ditas propriedades, por cuja morte entrou de posse dellas a R. e seus filhos sem justo titulo, que para isso tivessem; nem a allegação, que a R. faz de serem de Capella os bens nomeados, e pertencerem-lhe pelo falecimẽto do ultimo possuidor seu pay, o dito Doutor Luiz Mendes Barreto, que por ficar menor, se meteo de posse o pay, e sogro dos AA. o Doutor Gregorio Mascarenhas Homem, lhe póde aproveitar, porque isto mesmo foy já discutido na causa, sobre que se deu a sentença referida, que passou em cousa julgada, e não podia agora repetir-se a mesma materia, sendo que, como da sentença se mostra, se julgou, não serem de morgado os bens, de que se trata, mas fideicõmisso temporal, como dito he, em cujos termos devem os RR. ser condemnados com os fructos da indevida occupação. Defende-se a R. dizendo, lhe pertencem os bens declarados como morgado instituido por André de Sousa Chichorro, e sua mulher, em que foy expressamente chamado o Doutor Luiz Mendes Barreto seu pay, ultimo possuidor delle, e como herdeira de seus bens, e morgados, lhe compete este tambem, de que injustamente o pay, e sogro dos AA. se meteo de posse, por não ter parentesco com os instituidores, mas ser ella a legitima successora do dito vinculo, como o foy de outros. E assim se lhe devẽ julgar por reconvenção os fructos, q̃ recolheo o pay, e sogro dos AA. desde a morte do ultimo possuidor o Doutor Luiz Mẽdes Barreto, pay da R. até o tempo que ella entrou de posse do dito morgado: nem obsta a sentença que os AA. ajuntão, porque essa não declara por bens livres aos da contenda; e só se julgou não pertencerem ao dito Sebastião da Cunha da Fonseca, por não ter parentesco com a instituidora, mulher do dito André de Sousa Chichorro, por cuja causa não tinha acção contra o pay, e sogro dos AA. que por esta razão ficou conservado na posse, que tinha dos ditos bens, porém como a R. seja filha do ultimo possuidor, e da familia da instituidora, a ella lhe pertence o dito morgado, ou Capella, por constar o he; assim por sua instituição, que offereceo na mão dos AA. como pela certidão fol. 43 porque se mostra ser obrigada no Juizo das Capellas a dar conta, como deu, da obrigação do dito vinculo, e avincular a terça na fórma da instituição, em cujos termos deve ser absoluta, e os AA condẽnados na reconvenção pedida, por haverem sido para esse effeito citados. O que tudo visto, com o mais dos autos, disposição de Direito neste caso, e como pela sentença fol. 28. confirmada fol. 31. vers. que passou em cousa julgada, se manifestem os bens da contenda, terem sido sómente de fideicomisso temporal, que está extincto, por cuja causa o pay, e sogro dos AA. ficou na posse delles pelos haver herdado de sua mulher primeira Dona Sebastiana da Camera, e aos AA. pertence a herança do dito seu pay, e sogro, pela haverem aceitado a beneficio de inventario, e à R. em nenhum modo pertencerem os ditos bens referidos, e ainda que diga a dita sentença, lhe não podia prejudicar, por ser dada entre outras partes, sem ella ser ouvida, nem citada, porém por opinião cõmua a sentença dada sobre bens de morgado prejudica a todos os successores, e sobre tudo como o R. não prove legalmente nos autos, que os pedidos bens são vinculados, e como taes lhe pertencerem por falecimento de seu pay o Doutor Luiz Mendes Barreto, nem pela certidão fol 43. se deixa conhecer o vinculo nos ditos declarados, nem se ajuntou instituição, porque a causa se decidisse, antes saírão os AA. aggravados fol. 107. pelos quererem obrigar a ajuntalla; em consideração do que condẽno aos RR restituação aos AA. o juro, e propriedades sobreditas, e declaradas em seu libello cõ os fructos da lide contestada em diante, que se liquidarão na execução da sentença, aos quaes absolvo da reconvenção. E paguem os RR as custas. Lisboa 21. de Abril de 1681. Luiz Pimentel da Costa.

A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata sententia sequens.

Acordão os do Dezembargo, &c. Bem julgado foy pelo Juiz em absolver aos AA. da reconvenção, confirmão sua sentença por alguns de seus fundamentos, porém em condemnar a R. nos bens pedidos pelos AA em seu libello, com os fructos da lide contestada, não foy por elle bem julgado, revogão nesta parte a dita sentença, vistos os autos, dos quaes se mostra, que Dona Felippa de Siqueira no testamento, com que faleceo, constituio morgado dos ditos bens, para os quaes chamou ao Doutor Luiz Mendes Barreto, pay da R assim nos ditos bẽs não tem, nem pódem ter os AA. direito algum, por não serem do sangue da dita Dona Felippa, nem

*nem de Luiz Mendes Barreto, e naõ ſe prova o contrario pela ſentença, em q̃ o Juiz ſe funda, porque nella ſe determinou outro ponto, e outro caſo, e ſobre outra fazenda, e naõ ſe julgou diſeitamente, que naõ foſſe conſtituido morgado o que melhor ſe verefica pelos autos, de que manou a dita ſentença, os quaes ſe mãdarão apontar, como tambem os outros, mas antes nelle aſſentaraõ, e provaraõ efficazmente os mais dos Juizes, que houvera inſtituiçaõ de morgado, e nem de outro modo ſe pódem entender as clauſulas do dito teſtamento. Julgaõ por tanto, que os AA. carecem de auçaõ para pedirem os ditos bens, pois ſaõ peſſoas eſtranhas. E abſolvem a R. do pedido por elles, aos quaes condemnaõ nas cuſtas dos autos. Lisboa 25. de Mayo de 1683. Lopes Oliveyra. Almèida.*

Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Bona ut libera vendicare Actores intentant, tamquam hæredes patris, ſocerique ſui virtute ſententiæ á fol. 7. quamvis inter alios lata fuiſſet, etiam quia Reæ præjudicabat, & Actoribus fovebat, attamen ex neutro, fundamento jus eis quæſitum fuit, non á primo, ſcilicet ex ſententia, nam iſta non judicavit, ut cernitur fol. 29. in fin. niſi quod intenta actio per Sebaſtianum à Cunha, & ejus uxorem, ipſis non pertinebat, ex eo quod conſanguinei non eſſent inſtitutricis, quamvis fuiſſent ultimæ poſſetricis, ex cujus defectus de actione intentata carebant contra Reum, qui tum temporis erat pater, ſocerque Actorum, atque ita bona, de quibus contenditur, libera non judicavit, ut Actores volunt, & ſic non obſtat Reæ exceptio rei judicatæ, non itidem à ſecundo fundamẽto, quia dicta ſententia contra Ream, aut ejus patrem, ac prædeceſſores habita non fuit, & ſic dictæ Reæ nocere non poteſt, nam ſententia lata contra tertium non nocet ei, qui nec citatus, nec cõdemnatus, nec auditus fuit, *Ord. lib. 3. tit 81. L. fin. Cod. ſi per vim L. 1. & 2. Cod. quibus res judicata non nocet, L. 1. Cod execut. rei jud. L. ſæp. ff. de re jud. Larrea deciſ. 35. numer. 1. Poſth poſt tract. de manut. deciſ. 505. numer. 1. Cyriac. contr. 184. numer. 4. Carvalh. in cap. Raynald. de teſtam. 2. p. numer 269. Gabr. Pereir deciſ. 122. numer 3. Pereir. de reviſionib. cap 10 num 18. & cap 95. num. 1. Peg forenſ.* multos ad ducens *cap. 5. numer.* 1. & cum ſententia contra Ream prolata non fuit; merito ei nocere non poteſt, & immo favere; neceſſario ergo nobis eſt diſcutere, an bona, de quibus contenditur, ſint de maioratu, vel non, & quod de maioratu ſint, ſatis patet de inſtitutione à fol. 164. in qua vinculata fuerunt, tam ex vocatione, quam ex prohibitione non alienandi, quæ ſufficiunt, ultra alia, quæ in ſe continet inſtitutio, ut bona obnoxia maioratu cenſeantur, *Molin de primog. lib. 1. cap. 5. n. 1. & 7. Caſtill lib. 5. cap 93. §. 2 n. 27. & §. 4. num. 7. & §. 6 num. 6. & per tot. Flor. var. lib. 1. q. 18. num.* 38. Et ut de maioratu Rea ea eſſe poſſidet, & poſſeſſia jam fuerunt, atque ad eam pertinent, tamquam ſucceſſorẽ patris ſui Ludovici, qui primò abinſtitutore vocatus fuit, præcipue cum Actores de dominio nihil aliud doceant, quam ſententia, quæ non ſufficit, ut dictum remanet, & ſine dominio actio reivendicationis propoſita fruſtranea redditur, *L. in rem ff. de reivend. L. actionum ff. de oblig. act. §. omnium inſt. de act. Salgad. in labyrint. creditor. 3 p. cap. 22. num. 105. & 106. Noguerol. allegat. 20. in princip. Reynoſ. obſ. 6. numer. 5. Peg forenſ. cap. 5. num. 56.* Iiſque rationibus motus ſententiam Judicis revocare placet. Ulyſſipone 16. Auguſti 1681. Almeida.

Actoribus Achillem præſtat ſententia fol. 29. non tamen illum, qui Troianum Hectorem debellavit, non erat enim adeo infirmus, & imbecillis: à fol. 164. inſtitutricis Philippæ producitur teſtamentum, cui ex publica authoritate inhærendum eſt, publice enim expedit ſuprema defunctorum judicia, quæ pro lege ſunt, *L. verbis legis 120. ff. de verbor. ſignif. auth. de nupt. §. diſponat collect.* 4. obſervari *L. vel negare 5. ff. quemadmodum teſtam. aperiantur.* Teſtatrix Philippa Capellam ædificari jubet, & ſacra celebrari, bona addicit, quorum in perpetuum prohibet alienationem, quid ultra?

Vulgaris quæſtio eſt, an ex onere annuatim adimplendo maioratus conſtitutus cenſeatur: & licet affirmativa pars infirmior ſit, alterius ſequaces agnoſcunt, inſtitutum maioratum cenſendum, ſi aliæ concurrunt conjecturæ, late *Lara de capell. lib. 1. cap. 4. per tot.* præcipue *num. 44. & ſeqq.* has inter una quidem fortiſſima eſt, ſi bona alienari prohibeantur, optime *Reynoſ. obſ. 68. numer. 28.* jubet autem teſtatrix, ne bona ſua unquam alienentur, utens dictione *nunca*, quæ negativa eſt, & juxta naturam ſuam deſtruit quidquid invenit poſt ſe; omnemque caſum, & omne tempus excludit, *Barboſ. dict. 231.* quomodo ergo compati poſſet, fideicommiſſum eſſe temporale, & reſolutivum, bonorum autem alienationis prohibitio perpetua, & ne quis dicat illam alienationis prohibitionem necdum eſſe præceptum, attendenda ſunt illa inſtitutricis verba fol. 166. ibi: *Para que em ambos fique a minha memoria*, & ſi maioratus in meum finem inſtitutus cenſe-

tur, licet id institutor non exprimat. *Gam. decis. 51. numer. 3. Cabed. 1. p. decis. 63. numer. 1. Reynos. obs. 14. num. 8. & 9. & obs. 33. numer. 6.* Quid dicendum, quando testatrix id expressit?

Ulterius, quid sibi volunt verba illa testatricis: *Com as condiçoens, que atraz digo, e sempre esta fazenda andará junta em hum só herdeiro?* Plane respondet *Valasc. cons. 82. num. 5.* innumeros adducens, nil aliud velle, quam maioratum inducere. Notandū etiam est testatricem jussisse, ut qui in his bonis succederet, tertii tertium illis adjungeret, verba sunt, *e terá sempre obrigaçaõ*, quomodo ergo illa dictio *sempre*, quæ perpetuitatem denotat, *Barbos. dict. 361. num. 4.* uni tantum successioni adaptanda erit, quis adeo hæres, qui dicat clausulas perpetuitatem denotantes temporali dispositioni convenire? Prodeat jam in campum Actoris Achilles, sententia inquam fol. 29. sed qualibet infirmiori, quam Paridis manu prosternendus, illa sententia si cum judicio attendatur, an sit maioratus, necne, non diffinivit, patet ex verbis ibi: *E pelo conseguinte, que os AA. de huma maneira, e outra naõ tem auçaõ, &c.* Quod idem valet, ac si diceret, ex quo sequitur Actores, sive bona vinculata sint, sive libera, & allodialia, illa petere non posse, ubinam ergo illa ab Actoribus supposita determinatio? Hæc adeo perspicua sunt, ut otiosum esse in illis amplius immorari: & ita in hac parte etiam judicem revoco.

Quoad reconventionem cum Judice Actorem absolvo, quia Rea conveniens non probavit, maneat tamen illi salvum jus suum, ut si libeat, reconventionis materiam in judicium deducat. Ulyssipone 23. Augusti 1681. Pereira.

Verum quidem est, quod sine lege, & sine jure Elisabetha bona ad hæreditatem Philippæ pertinentia retinet, cum nobilis ille Senator Ludovicus ejus parens eo tantum casu ad fideicōmissum vocatus fuisset, quando scilicet matrimonium contraxisset cum Leonora Andreæ filia, prout constat expresse ex institutione fol. 166. ubi in casu contrario, vocatur ad successionem ejusdem fideicōmissi nobilis Maria ejusdem Andreæ filia, unde cum non probetur, casum, & conditionem, sub qua vocatum fuisse Ludovicum, ita evenisse, sine jure, & sine lege Ludovici hæredes bona, quæ ad Philippæ hæreditatem pertinebant, retinent, maxime quando Ludovicus non ex sua persona vocatur, sed spe matrimonii cum Andreæ filia contracti, ut evidenter ostendunt institutionis verba dicto fol. 166. ibi: *E o caze com Dona Leonor de Sá sua filha.* & ibi: *Ese esse cazamento com a filha do dito André de Souza se naõ effectuar, &c.* & iterum ibi: *Folgarey que Dona Maria sua irmã caze com Jeronymo de Souza*, & ibi: *Ambos serāõ meus herdeiros, &c.* Verum hæc ad præsentem inspectionem non pertinent, sed tantum juxta naturam actionis judicari, examinandum est, an judicatum fuisset in appenso A. & in appenso B. bona illa vinculo temporali tantum suppositia fuisse. Ego utroque examinato processu, & quod in iis deliberationibus sapientissimorum Patrum in utroque appenso extrahitur, teneo maioratum temporalem esse, & non perpetuum fuisse judicarem, semper namque salva maioratus quæstione aliud cōsideratur fuisse fundamentum, quin necessarium fuisset maioratus naturam declaratam in appenso B ex defectu actionis, ut patet ex ultima deliberatione fol. 416. in appenso B. eo quod virtute tituli emphyteutici acquisitum fuerat dominium illustri Actori, ut constat ex sententia fol. 165. vers. & ex deliberationibus à fol. 195. vers. cum seqq. & melius fol. ultimo, igitur Reum absolverem reservato jure Actori, ut novam proponat actionem super maioratus naturam, si ei placuerit. Ulyssipone 7. Aprilis 1683. Carneiro.

Iterum reddit processus, propter primum appensum noviter adductum, in quo controversum fuit circa Villam da Granja de Alpiate, in isto de aliis bonis controvertunt Actores, quos eis pertinere asserunt, ut libera, & allodialia, sed de hoc non constat, neque quod ut talia divisa, & adjudicata Actoribus fuissent, neque adhuc judicatum fuit, quod de fideicommisso temporali fuissent morte Ludovici, qui olim Senator Palatinus meritissimus fuit, nam quamvis alter Senator, nunc etiam Palatinus, & tempore deliberationum expeditor gravaminum doctissimus in suis deliberationibus sane eximiis, tam in primo appenso à fol. 193. quam in secundo à fol. 411. vers. egisset, an tale fideicōmissum esset temporale, vel perpetuum, tamen hoc in neutro decisum fuit; in primo erat circa Villam da Granja, quæ ut emphyteutica vinculari non potuerat: in secundo appenso agebatur circa successionem maioratus à Domina Philippa instituti, asserentes Actores ibi, Sebastianus à Cunha, ejusque uxor Domina Brites da Camera, ut proximi dominæ Sebastianæ ultimæ possetrici ex sanguine instituentis ad eam pertinere; attamen exclusa fuit à successione per sententiam ibi prolatam, & in tali processu fol. 152. in princip. per Senatorem illustrem Gregorium, atque uxo-

uxorem ſuam Dominam Eliſabetham de Souſa confeſſum fuit, bona, de quibus contentio, tum temporis erat, & nunc eſt, vinculata erãt, quod ſubſcripſerunt Actores, filia, & gener iſtorum ſunt, & hæredes; atque ita factum illorum impugnare non poſſunt, petendo bona talia ut libera. Deinde Rea in poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, eſt per ſententiam in appenſo 1. fol. 149. & ſic juſtè poſſidet, à qua poſſeſſione privari non poteſt, niſi aliter Actores de dominio ſuo nos doceant, id circo dicta fol. 190 retineo. Ulyſſipone 26. Novembris 1682. Almeyda.

Proceſſus iſte me quærit, eo quod clariſſimi Collegæ domum occupem, & licet tanti Doctoris locus alium deſiderabat ſubſtitutum, tamen cum hoc ſic eveniſſet, ob hominũ penuriam dicam breviter, quid cenſeam, & licet veſtigiis tanti viri ſemper adhærere deſiderem, nunc non retineo dicta, pareat tãtus Collega, ſed contrarium dico, & licet imperfectam inveniam ſubſequentis domini deliberationem, tamen perfectam nobis tribuit hujus negotii cognitionem. dicit itaque Doctus Collega, quod Eliſabetha ſine lege, & ſine jure bona ad hæreditatem Philippæ attinentia retinet, & firmum, & adamantinum eſt hoc fundamentum, nam ejus parens Ludovicus ad hæc bona fuit vocatus ſub conditione, ſi contraheret matrimonium cum Leonora Andreæ filia, & in caſu contrario vocata fuit ad dicta bona nobilis Maria ejus ſoror, ſi nuberet Hieronymo de Souſa etiam Andreæ filio, totum patet, & ex inſtitutione fol. 166. unde cum non conſtet, parentem Reæ fuiſſe uxoratum, immo verum in cæiibatu deceſſiſſe, defecit conditio, ſub qua ad dicta bona fuit invitatus, & hæc conditio valide à teſtatrice apponi poterat, licet enim rejiciatur conditio nubendi ad beneplacitũ alterius, *Molin de primog. lib. 2 cap. 13. numer. 3 verſ in primo caſu, Cabed. 2. p. deciſ. 31. num. 4 Fontanell. de pact nupt tom. 2. clauſ. 6. gloſſ. 3 95. numer 13. Caſtill lib. 5. contr. cap. 126. numer. 3. & 5. verſ. ex his dilucide.* Tamen quãdo hæc apponitur conditio, ſcilicet, cum certa perſona, ut in præſenti, tunc tenetur vocatus huic obedire conditioni, & ea deficiente non poteſt lucrum capere, *L. Titia §. 1 ff. de condit. & demonſtr. L. cuu ita legatur verſ. ſi Titio ff. eodem, L. 1. Cod. de inſtit. & ſubſt. Barboſ. in L. 1. 4. p. numer. 37. verſ. & confirmatur ff. ſoluto, Sanch. de matr. lib. 1. diſput 33. num. 6. Pelaes de maiorat. p. 1. q. 50. num. 4. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 18. n. 1. Gratian. forenſ. tom. 2. cap 209. numer. 24.* Et præcipue in noſtra hypotheſi, ubi in caſu contrario vocata fuit Domina Maria ejuſdẽ Ludovici ſoror in appenſo A. ventilatum fuit ſuper proprietate, ac in qualitate horum bonorum, & primus Senator in dict. appenſo fol. 412. in fin. deliberavit dicta bona vinculo perpetuo obnoxia non eſſe, & teſtatricis diſpoſitionẽ ſolum importare temporale fideicõmiſſum reſtrictum tantummodo ad perſonas vocatorum, neque ultra extendi poſſe, unde cum nec illuſtris Ludovicus, nec Domina Maria paruiſſent conditioni impoſitæ à teſtatrice, jam in illis locum habere non poterat in dictis bonis ſucceſſioper vocatos, & licet ſecundus Dominus, qui meliori frũitur ævo, contrarium ſequutus fuiſſet, & in eodem appenſo fol. 213. verſ. tamen tertius Senator, qui etiam ad meliora fuit translatus, licet conſideret ſufficientes eſſe conjecturas, quæ ex teſtatricis diſpoſitione eliciuntur, ut conſideret bona eſſe perpetuo vinculo ſubjecta, tamen ratione averſionis teſtatricis erga conſanguineos, exceptis vocatis Actricem in illo appenſo rejecit. Ventilata iterum quæſtione in appenſo B. ſuper Villa da Granja de Alpriate, primus Senator, quæ fuit primus Judex in appenſo A. iterum pro conſtanti tenuit, dicta bona non eſſe perpetui maioratus, ſed fideicõmiſſi temporalis, unde licet Ludovicus dum viveret dicta bona poſſediſſet, & injuſtepoſſedit, cum deficeret cõditio, ſub quaad dicta bona fuit vocatus, & hac deficiente, etiam deficit diſpoſitio, *ad text. in L. neceſſario 8 §. 1 ff. de pericul. & commod. rei vendit L. ſi pecuniam ff. ſi cert petat. Cyriac contr. 546 num. 77. Larrea alleg 98 numer. 5. & 6 Caſtill. de aliment. cap. 41 num. 2. Valaſc. conſ. 82. num. 11 & conſ. 122 num. 15. Tiraq. in L. ſi unquam verbo. revertatur, numer. 277. Cod de revocand. donat.* Ex quibus clare videtur, quod bona contentionis nullo modo ad Ream pertineant, & quod injuſtè illa poſſidet, nullum enim ejus parens in illis habuit dominium, quod poſſet ad Ream ejus filiam tranſmittere. Reſtat igitur videndum, an ad AA. pertineant? Et dicerem quod ſic, quia mortuo Ludovico ſucceſſit illi hæres ejus conſobrina Domina Sebaſtiana da Camera, quæ poſſedit contentionis bona, quæ nupſit illuſtri Senatori Gregorio Maſcarenhas, & in teſtamento, cum quo deceſſit, illi reliquit omnia bona ſua, illumque univerſalem inſtituit hæredem. AA. autem hæredes ſunt Gregorii, cui contentionis bona fuerunt judicata, quæ omnia conſtant ex appenſis, unde ad illos dicerem pertinere bona, de quibus agitur. Ulyſſipone 5, Januarii 1683. Baſto Pereira.

Mihi jam ſuper reconventione ſentẽtiam dicere non licet, licet tamen ſuper actione, &

ſane

sane quamvis secundus sapientissimus Dominus multa quidem congerat, ut ostēdat, egregium quondam Senatorem Ludovicum Reæ parentem non potuisse in hoc maioratu succedere, quippe qui conditioni nubendi à testatrice in testamento suo positæ non obtemperavit. Ex hoc ipso fundamento Rea ipsa absolvenda venit. Actor quippe ex Ludovico ipso jus suum derivat, mediante persona Sebastianæ, cum qua illustris Senator Gregorius Actoris nostri socer primò conjugatus fuit.

Ego equidem maioratum verè institutum fuisse à Philippa in suo testamento fol. 164. certius duco, ut egregie probavit in suo diffuso suffragio juris consultissimus quondam Senator Antonius da Silva, & Sousa in appendice fol. 413. vers. cui in hac parte adhæsit sapientissimus alter Senator, & in alma Academia olim antecessor fol. 416. cum ergo maioratus constitutus fuisset, minime Actori jus ad eum vendicandum competit, qui nec ex sua, nec ex uxoris persona testatrici aliquo sanguinis nexu conjungitur.

Actor sanè verum hoc agnovit, & ideo solo argumento, quod ex sententia deduci posse existimabat, litem instituit, sed quam fragile sit, ex ipsamet sententia colligitur, & præsertim ex actis, qui appendi jussi sunt, prout plene, & pulchre primus, atque tertius Domini ostendunt in suis deliberationibus fol. 248. Placet ergo eis calculum meum adjicere in absolutionem Reæ absque ulla juris reservatione, cum nullum sit, quod Actoribus competere possit, expedit autem antiqua inter hos litigantes jurgia, quantum in jure fieri liceat, sopire, non verò ansam præbere, ut denuo resurgant. Ulyssipone 15. Maii 1683. Lopes Oliveyra.

De qua annexatione tertiæ, & quando habeat locum, vel non, diximus supra.

Quadragesima quinta conjectura de licitur, & probatur maioratus, si testator, qui habet plura bona, dicat talia bona esse libera, cætera præsumuntur maioratus, & è contra, ut vidi judicatum.

Quadragesima sexta conjectura elicitur, ex declaratione hæredis successoris, aut cōmissarii asserentis testatorem dixisse talia verba dubia dispositionis, intellexisse de maioratus erectione, ut declararet, quod ei crederetur, quia nulli dubum est, quod cum possit testator declarationem suæ voluntatis valide, & juridice alteri cōmittere, *L. Theopompus, & ibi Bart ff. de dote præleg. L. quem hæredi ff. cond. & demonstr. L. fideicōmissaria a 2. § fin. ff. fideicommissaria libert. L. utrum §. cum quidem ff. de reb. dub. Natta cons.* 115. *numer.* 8. *&* 9. *Surd. dec.* 194 *numer.* 18 *Rinn. cons.* 19. *numer.* 5. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 1. *numer.* 15 *& lib.* 12 *tit.* 16 *numer.* 3. *Peregrin. de fideicōmiss. art.* 33. *per tot. Surd. cons.* 380. *numer.* 9. *Giurb. in cons. Senat. Messan. cap.* 2. *gloss.* 7. *p.* 1. *numer.* 5. *Castill. tom.* 6. *contr. cap.* 182. *n.* 1. *& seqq.*

Statur simili declarationi, quia potius dicitur testimonium de voluntate defuncti quam declarantis judicium, ut refert *Bart. in L. Theopompus num.* 7. *Surd. cons.* 380. *num.* 9. *in fin. Præt. de interpret ult. vol. lib* 1. *interpret.* 1. *dub* 3. *solut.* 5. *numer.* 23. ubi firmat, quod talis declaratio facta, perinde habetur, ac si à testatore ipso suo testamento fieret, *Castill. d. cap.* 182. *n.* 9. *&* 10.

Quadragesima septima conjectura resultat ex eo, quod testator inquit, quod vult, ut bona vadant ad unum, & quod sua non transe ant ad extraneos, quo casu inducitur maioratus in dictis bonis, *Gut. lib* 3. *pract. q.* 17. *num* 266 *usque ad* 285. videndus *numer.* 277. *&* 284.

Extraneus autem dicitur in jure, qui ab intestato succedere non potest, ex *Theorica Bart in L. in suis ff liber. & post. L.* 1. *§ si pater ff conjung. cum emancip. liber. & in L.* 1. *§. sciendum ff. suis, & legitim. Bald. in L. Gallus §. & quid si tantum ff. liber. & post. Giurb. in cons. Senat. Messan. cap.* 13. *gloss* 10. *num.* 3. & secundum doctrinam *Oleæ de cess. jur. & act. tit.* 4 *q.* 5. *num* 14. est qui suus hæres non est, & in hoc casu si testator habet filios, unus vocatus intelligitur de filio maiori, & si liberos non habet, intelligi debent d. verba de transversali proximiori De qua re etiam *Menoch. lib.* 4. *præs.* 68. *numer.* 15. ubi limitat, quando testator facta substitutione prohibuit detractationem quartæ Trebellianicæ, vel alterius quotæ, nam tunc vult conservare bona integra etiam in extraneis, & hæc est conjectura à DD. ab eo citatis approbata.

Quadragesima octava conjectura resultat, si testator vocet hæredes necessarios alicujus, & dicat: *Por morte de Pedro succeda seu herdeiro forçado.* Ex quibus probatur maioratum institutum fuisse, ut judicatum fuit in causa seq.

No feito de Antonio Jorge Sapateiro cōtra Antonio Pires Sombreireiro, e oppoente Manoel Jorge Oleiro, Escrivaõ Lourenço Correa de Torres, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello do A. Antonio Jorge, contrariedade do R. Antonio Pires, opposiçaõ do oppoente Manoel Jorge, mais artigos recebidos, papeis, e documentos juntos, inquiri-*

çoens das partes. Moſtraſe pela do A. pedir ao R. e ſua mãy lhe larguem 48. alqueires de trigo, que inſtituio em Capella Luiza Franciſca, com fundamento, de que elle he filho mais velho varaõ de ſeu pay Antonio Jorge, e da R. Iſabel Gonſalves, e que como tal lhe pertencem todos os bens de Capella avinculados, que o dito ſeu pay inſtituio em ſua vida, e que dos ditos 48. alqueires de trigo foy o dito ſeu pay ultimo poſſuidor, como herdeiro forçado de ſua filha Maria Manoel, aliás Maria Franciſca, irmã delle A que foy a primeira chamada na inſtituiçaõ, com declaraçaõ, que falecendo ſem herdeiros forçados, ſuccederiaõ nos ditos bens ſeus irmaõs, e que por a dita Maria Manoel naõ ter filhos, ſuccedeo nos ditos bens ſeu pay Antonio Jorge pelo direito da aſcendencia, por cuja morte os ditos bens lhe pertencem a elle A. aſſim por filho mais velho do ultimo poſſuidor, como por ſer irmaõ da primeira chamada na inſtituiçaõ, conforme á qual lhe pertence a ſucceſſaõ, e naõ á R. ſua mãy, por naõ ſer da geraçaõ, e os ditos bens naõ ſerem hereditarios, por o dito ſeu pay os haver poſſuido por vinculados, e que além diſſo ſendo a R. viuva de ſeu pay delle A. Antonio Jorge, lhe vendeo hũas caſas ſitas aos moinhos em preço de ſeis mil reis, e por deſiſtir de outras miſticas, que lhe pertenciaõ. O que tudo tem ſatisfeito, ſem a R. ter feito té o preſente eſcritura da dita venda, o que tambem lhe pede. Por parte da R ſe moſtra, que Antonio Jorge, primeiro marido da R ſua mulher, ſuccedeo nos 48. alqueires de paõ por morte de ſua filha Maria Manoel primeira chamada no teſtamento da inſtituidora Luiza Franciſca, como ſeu herdeiro forçado, no qual caſo a dita inſtituidora naõ chamara herdeiro da geraçaõ, nem fizera mais que deixar os ditos bens, com o encargo das Miſſas, o que por ſi ſó naõ faz vinculo, e que por morte do dito Antonio Jorge ficara a R ſua mulher de poſſe dos ditos bens, por elle lhos deixar como a ſua mulher, com o qual titulo os poſſue, deſde o dito tempo, e que o dito Antonio Jorge ſuccedẽdo nos ditos beus como herdeiro forçado de ſua filha Maria Manoel, ficou ſuſpença a ſegunda vocaçaõ dos irmaõs da dita Maria Manoel, e naõ tendo o A. e oppoente, hum, como irmaõ, outro como herdeiro direito algum nos taes foros. Moſtraſe outroſim por parte do R naõ duvidar dar ao A os ſeis mil reis, que deu a ſua mãy mulher delle R. em preço das caſas, que poſſue, duvidando fazerlhe eſcritura dellas, por dizer, que entre eNes como mãy, e filho, ſe naõ podia fazer o dito contrato, como por ella hoje eſtar caſada com elle Reo, que naõ conſente na dita venda, e em que ſe faça a eſcritura. Por parte do oppoente ſe moſtra pertencer excluir dos ditos bens ao A e Reo com fundamento, que inſtituindo Luiza Franciſca huma Capella de 48. alqueires de trigo de foro em cada hum anno, com encargo de quarenta Miſſas para ſempre, e com a clauſula, que o dito paõ naõ ſeria nunca partido, mas antes andaria ſempre em huma ſó peſſoa, nomeara em primeiro lugar no dito fideicommiſſo a Maria Manoel ſua ſobrinha filha de Antonio Jorge pay do A. e primeiro marido da R com declaraçaõ, que naõ tendo a dita Maria Manoel herdeiros forçados ficariaõ os ditos bens a ſeus irmaõs, e naõ tendo elles tambem herdeiros forçados, ficariaõ á Miſericordia deſta Villa, e que por a dita primeira nomeada Maria Manoel falecer ſem ter filhos nem herdeiro deſcendente da geraçaõ da inſtituidora, ficavaõ ſuccedendo nos taes bens, na fórma da inſtituiçaõ, ſeus irmaõs, a ſaber, Manoel Jorge, que faleceo ſem filhos, e ſua irmã Iſabel Jorge, mãy delle oppoente, cuja peſſoa como filho repreſenta, por ſe haver devolvido á dita ſua mãy o direito da ſucceſſaõ dos ditos bens, por morte da primeira nomeada ſua irmã, e que conforme a inſtituiçaõ fica elle oppoente ſendo herdeiro forçado da dita ſua mãy Iſabel Jorge, e o parente mais chegado, deſcendente do ſangue, e geraçaõ da inſtituidora, com quem o A. Antonio Jorge naõ tem parenteſco algum para ſucceder na dita Capella por ſer filho da R. Iſabel Gonſalves, ſegunda mulher de Antonio Jorge ſeu pay, os quaes ambos naõ tinhaõ razaõ alguma de cõſanguinidade com a inſtituidora, e ſó o dito Antonio Jorge havia ſido caſado primeira vez com Maria Manoel, irmã da dita inſtituidora, e mãy da primeira nomeada, e de Iſabel Jorge ſua irmã inteira, mãy delle oppoente, da qual o A. he meyo irmaõ, por ſer filho do meſmo pay, e naõ por ter razaõ alguma de parenteſco pela parte da inſtituidora, e que ſem o dito Antonio Jorge, pay do A ſer do ſangue da inſtituidora, ſe meteo de poſſe dos ditos foros, por morte de ſua filha Maria Manoel tia delle oppoente primeira nomeada e por ſeu falecimento os ficou poſſuindo a R. Iſabel Gonſalves ſua ſegunda mulher, com quem o R. Antonio Pires eſtá caſado, ſem que hum, e outro ſeja chamado pelo titulo da inſtituiçaõ, por naõ ſerem parentes da inſtituidora O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçaõ de Direito, e como pelas palavras, e clauſulas de que a teſtadora uſou em ſeu teſtamento foy viſto inſtituir morgado e fideicommiſſo perpetuo dos ditos 48. alqueires de trigo, aſſim pelo encargo das Miſſas, como pelas diverſas ſubſtitui-

stituiçoens, que fez em pessoas de sua geraçaõ, como tambem pelo vinculo de naõ serem divididos, e repartidos em tempo algum, ao que ao menos até o presente se tem satisfeito. Julgo os ditos bens por de morgado, e vinculados; e posto que por parte do A. se mostre ser filho mais velho varaõ de Antonio Jorge, possuidor que foy destes bens, e como a tal pertencerem-lhe os bens vinculados, e de morgado, que em sua vida possuio. E por parte do R. se mostre outrosim possuir os ditos bens, por haverem ficado por morte de Antonio Jorge a sua mulher Isabel Gonsalves, com quem elle hoje está casado, o qual Antonio Jorge os ouve por fallecimento de sua filha Maria Manoel, primeira chamada no testamento como seu herdeiro forçado, como por parte de hum, e outro se naõ prove serem parentes da instituidora, como era necessario, e ainda em gráo em que devessem preferir, por o A. ser filho de Isabel Gonsalves, mulher do R. e naõ de Maria Manoel, irmã da instituidora, e primeira mulher de seu pay Antonio Jorge, por via da qual vieraõ os ditos bens a sua filha Maria Manoel, o qual defeito de consanguinidade tambem falta no Reo, e sua mulher; antes por parte do oppoente se prove ser o parente mais chegado da instituidora Luiza Francisca, e ainda chamada na instituiçaõ, por ser filho de Isabel Jorge, irmã de Maria Manoel, primeira nomeada no testamento, e que a dita Maria Manoel morreo sem della ficarem filhos, ou legitimos descendentes, caso em que a instituidora chamou a elle oppoente, em quanto dispoz, que nos ditos bens succedessem os herdeiros forçados dos irmaõs da dita Maria Manoel, nos quaes termos pertence legitimamente ao oppoente a successaõ dos taes bens, dado que o dito Antonio Jorge fosse como pay de Maria Manoel primeiro chamada, justo possuidor delles por ser seu herdeiro necessario; sendo que conforme a Direito devia o oppoente succeder nelles, por morte da dita Maria Manoel, assim por naõ ser o dito Antonio Jorge da instituidora, como porque nas instituiçoens testamentarias fallando se de herdeiro, como posto em condiçaõ, se entende de filhos, pelo nascimento dos quaes se ficaõ excluindo ainda os substituidos, quando o fora o dito Antonio Jorge. E visto como para a successaõ de semelhantes bens, conforme a Direito, se devem sempre preferir ás pessoas do sangue, e geraçaõ dos instituidores, quando expressamente se naõ substituem estranhos, por ser o principal intento a propagaçaõ das familias, e senaõ dever fazer o transito de huma geraçaõ a outra, como ficava sendo succedendo nos bens, de que se trata, o A. e R. havendo parente da geraçaõ da instituidora, qual he o oppoente, e ainda chamado no testamento. Pelo que tudo julgo pertencerem os bẽs de morgado, de que se trata, ao oppoente, assim por ser chamado na instituiçaõ por filho dos irmaõs de Maria Manoel primeira nomeada, como por ser o parente mais chegado da instituidora. E condeno ao R. em que largue, e desabra maõ dos ditos bens para o oppoente, com os fructos da lide contestada em diance, que se liquidaráõ na execuçaõ, com o que hey por excluido ao A. do direito que intentava, e deferindo ao mais da escritura da venda das casas, pedida pelo A. como por parte do Reo se naõ negue receber sua mulher os seis mil reis do preço, em que o A se concertou com ella, e juntamente estar de posse das casas, de cujo direito o A. desistio, termos em que ficou a venda perfeita, sem embargo de ser entre mãy, e filho, por ser notorio ser casado o A. e viver apartado nas ditas casas, desde o dito tempo. Condeno ao R. em que com sua mulher façaõ escritura ao A. das ditas casas, visto como ao tempo que casou com a mãy do A. tinha já contraido a dita obrigaçaõ. E paguem A e R as custas dos autos de permeyo Thomar de Fevereiro 13. de 653. Gaspar Barata de Mendonça.

A qua sententia cum appellaretur ad Supplicationis Senatum, ibidem fuit confirmata à Judicibus: Pinheiro, Barros, & Andrada. Et fundata in sequentibus deliberationibus.

Pro hujus processus decisione incumbit enodare, an testatrix in testamento suo Capellam, vel maioratum instituerit, nam hoc resoluto facilis remanet hujus processus decisio, & oppositori debere adjudicari procul dubio est dicendum.

Et visis verbis testamenti fol. 7. maioratum velle instituere, seu Capellam, satis elicitur, nam onus perpetuum in bonis imposuit, gradus vocavit, & prohibitionem alienandi per illa verba, *Andaráõ em huma só pessoa*, interdixit, *L. omne verbum Cod. commun. de leg Molin. de primog lib. 1 cap. 5 num. 18 Phæb. dec. 120. numer. 10. & seqq.* ubi plures, *Gam. dec 286. num. 1. & dec 224. num 10. Reynos. observ. 68. Mant. lib. 6. de conject. tit. 15. num. 12.* Qui omnes cum multis ab illis citatis tenent, quod sufficit vocatio descendentium cum onere, ad hoc ut maioratus, seu Capella inducatur.

Cum ergo maioratum, seu Capellam testatricem velle instituere dicamus, sine dubio oppositorem in illa debere succedere debemus, nam in testamento expresse vocatus ostenditur, ibi: *Ficaráõ a seus irmaõs, e naõ tendo elles tambem herdeiros forçados* Constat, quod oppositor est filius sororis Mariæ Emma-

Emmanuelis primæ vocatæ, & ſic expreſſe nominatus, qui ſemper præferendus eſt, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. numer. 33. ubi gloſſat.*

Nec refragatur huic reſolutioni, quod in teſtamento exprimitur, quod per mortem primæ nominatæ Mariæ Emmanuelis ad hæredes neceſſarios ibi, *Forçados*, talem Capellam devenire voluit, & cum ad patrem hæredem neceſſarium deveniſſet, ſubſtitutio evanuit; quia illa verba à teſtatrice prolata ibi: *Em caſo que naõ tenha herdeiros forçados*: intelligitur de filiis, qui etiam neceſſarii vocantur, quia ſicut quando agitur de hæredibus in diſpoſitionibus fideicommiſſariis, ad filios reſtringitur, *Reynoſ.* qui plures cumulat *obſerv. 68. num. 2. Pereir. dec. 21. numer. 4.* ita etiam quando teſtator expreſſit, *herdeiros forçados*; cum liberi etiam ſint neceſſarii, *e forçados*, ad illos ſemper reſtringi, & non ad patrem ampliari debere, quia qui maioratum, ſeu Capellam inſtituit, de aſcendentibus non curavit, ſed ſolum poſteros reſpexit, *Pereir. dec. 5. num 5.* & quando bona relinquuntur hæredibus, intelligitur de ſanguine, & non extraneis, ut erat pater primæ vocatæ reſpectu inſtitutricis, *Fuſar. de ſubſtit. q 339. Grat. forenſ. cap. 451. numer. 16. & 21. idem Fuſar. q. 481. numer. 54 Valenzuel. conſ. 131. n. 62.*

Nec etiam oppoſitori appellato ſententia, de qua fol. 74. & 75. obeſſe valet, quia exceptionem peremptoriam non parit; nam identitas perſonarum non reperitur, *L. cum quæritur cum legibus ſequentibus de except. rei judicat. Pereir. dec. 22. num 4.* Et impræſentiarum non invenitur identitas perſonarum, quia ſententia fuit habita inter patrem oppoſitoris, & patrem Actoris, item intervenit impræſentiarum diverſa cauſa actionis, nempe quod oppoſitor vult ſuccedere, ut proximior inſtitutrici, & ei ejus ſanguine procedens, quæ ſemper præferre debet, *Phæb. dec. 44. num. 9. Ord. lib. 4 tit. 100 §. 2. & ibi gloſſat.* Ubi plures, quæ qualitas ſanguinis in Reis, & Actore deficit.

Cum ergo bona, de quibus agitur, maioratum, ſeu Capellam reputemus, neque Actor, qui de ſanguine inſtitutricis non reperitur, in illa ſuccedere valet, nec Rei, qui à marito ſuo tamquam bona libera, & à vinculo ſoluta illis pertinere præſumunt, ſed oppoſitori expreſſe à teſtatrice vocato, & proximiori de ſanguine deferre debet, & ſic in hac parte ſententiam confirmarem.

Et etiam circa obligationem conficiendi ſcripturam de domibus, de quibus agitur, illam ſuſtinerem, quia ut ex depoſitione fol. 56. liquet, Rea obligationem non denegat, & ſic ſcripturam facere cogenda eſt, *Ord. lib. 4 tit. 19. §. 2. L. 2. Cod. de deſcuſſ. lib. 10. & ibi gloſſ. Valenz. de jure emphyt. 7. num. 36. Tiraquel. de retract. lig. §. 29. gloſſ. 5. in princip Gam. dec. 43 Vaz alleg. 72. n. 53.*

Nec obſtat defectus conſenſus domini, quia iſte ſolum à domino directo poteſt allegari, *Ord. lib. 4. tit. 38 § 1. & lib. 4. tit. 35. alias 39. Phæb. 1. p. dec. 39. num. 12. Cabed. 1. p dec 63. num. 6. Val. conſ. 71. num. 13. Caſtr. 2 p. cap. 65 num. 27 Val. conſ. 99. num. 16. Gam. dec. 296 & 208. n. 1.*

Nec etiam juvari Rei poſſunt ex eo, quia venditio fuit facta à matre Actori filio, quod in *Ord. lib. 4. tit. 12.* interdicitur, quia etiam inæqualitas deſideratur, quod impræſentiarum non oſtenditur, & etiam hoc filiis competit allegare, in quorum favorem lex prolata oſtenditur, *Avendan. 1 p. lib. 4 cap. 2 num. 7. Pereir. dec. 44. num. 1.* Ex quibus ſententiam intotum confirmarem. Ulyſſipone 3. Auguſti 1656. Andr. de.

Etiam ſententiam cum doctiſſimo præcedenti confirmarem, tam ex iis eruditiſſime adductis, quam ex aliis, quæ in alio proceſſu inter eaſdem partes paucis ex hinc diebus circa maioratus, aut Capellæ inſtitutionem diximus, ut uterque proceſſus ſimul, & ſub eadem diſtributione erat terminandus, ſecundum Judicis præceptum. Ulyſſipone & Auguſti 10. 1656. Barros.

Ego ſane conſideratis ſedulò verbis inſtitutionis teſtatricis exiſtimo, nullum maioratum, nec Capellam ſanguinis inſtitutam fuiſſe, ſed tantum fideicommiſſum temporale reſtrictum ad certas perſonas, ut infra apparebit. Quamvis maioratus, ſeu Capella ſanguinis, quod idem eſt, ſæpius ex conjecturis teſtatoris probetur, ut eſt communis omnium, tamen ſi dictæ conjecturæ non tendant in conſervationem familiæ, ſeu ſanguinis, nuſquam maioratus inſtitutionem induci certius eſt, itaque nec prohibitio alienationis in perpetuum, neque quod bona poſſideantur ab uno tantum, efficiet maioratum, neque etſi ab inſtitutore fiant aliquæ vocationes certarum perſonarum, ſi non adjiciatur in conſervationem familiæ, ſeu ſanguinis, ſeu ſucceſſorum primogeniorum, ſeu deſcendentium, ſeu ſimilia, per quæ inducetur perpetua vocatio horum ſupradictorum, & priuſquam probemus hoc juribus, & authoritatibus, neceſſarium duxi oſtendere per DD. allegatos à ſapientiſſimis Dominis præcedentibus, tam in hoc proceſſu, quam in appendulo continente eundem caſum, quod tantum loquuntur in terminis à me propoſitis, & ultra,

nihil dicunt, quibus etiam adjungemus alios nostri Regni, qui omnes uno ore loquuntur, *Gam.* allegatus in tribus decisionibus *in dec.* 48. *num.* 1. loquitur in dispositione vocante proximiorem de sanguine, seu familia, quia hoc importat in dispositione verbum, proximior, scilicet de generatione *in dec.* 225 *num.* 10. exprimit vocationem masculi semper, & quod pari gradu cum fœmina ille præferatur, quæ omnia sonant in conservationem familiæ, & agnationis: *in dec.* 286. *num.* 1. expresse agitur de familia, & linea, *Val conf.* 82. loquitur, quando vocantur consanguinei in perpetuum, *Cabed.* 1. *p. dec.* 96. exprimit vocationem perpetuum, & descendentium, *Reynos obser.* 68. *num.* 28. ibi: *Ut bona in familia conserventur*, & *num.* 30. ut perpetuo in familia, & de descendente in descendentem, *Phæb. dec.* 120. loquitur in vocatione perpetua descendentium. *Molin antesignan. horum omnium lib.* 1. *de primog. cap* 5. *per tot.* non admittit conjecturam, nisi in conservatione familiæ, & vocationis primogeniorum; cum ergo in institutione, de qua agimus, nullus respectus à testatrice habitus fuisset favore familiæ, seu conservationis, neque ulla vocatio, per quam hoc concludatur, sed solummodo prohibitio alienationis bonorum, & quod bona penes unum administranda non dividantur, plane sit ex doctrinis DD. allegatorum (cæteri namque nil ad intentum) non concludi institutio maioratus, sed quod in specie non concludantur per prohibitionem de non alienando, si insimul nulla prohibitionis causa adjiciatur, ut maioratus censeatur institutus, etiam si certæ numerentur personæ vocatæ ad fideicõmissum, optime *Gratian forens. cap.* 280. *num.* 1. probat *ex L. pater* §. *Julius Agrippa ff. de leg.* 3. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 38. *ubi additionatores, Castill. lib.* 5 *quotid cap.* 93. § 4 *numer.* 9. solum enim favore vocatorum fit prohibitio, *Fusar. de substit. q.* 685. *num.* 25. *Lara de capellan. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 39. 41 & 42. & merito, quia fideicõmissum, ut odiosum, & onus in se habens, non præsumitur, nisi probetur, *L. cohæredi* §. *cum filiæ ff. de vulg. & pupil. L. ex tribus ff. de inofficios. testam. Roland. vol.* 3. *cons.* 59. *num.* 15. & neque conjecturis probatur, nisi sint probabiles, & necessariæ, & agatur de conservatione bonorum in agnatione, & familia, perbelle *Mascard concl.* 775 *num.* 4 *cum seqq.* alias enim si prohibitio fiat, nulla ratione familiæ adjecta, intelligetur tanquam nudum, & simplex præceptum, quod nullius momenti reputatur, *Reynos. d. observat.* 68. *num.* 33. & solum respectu vocatorum, nam licet inter has personas speciales fideicõmissum teneat, eas non egreditur, sed excludit omnem alium successionis eventum, quod ampliant *Menoch. cons.* 803. *num.* 9. & *cons.* 1006. *num.* 44. *vers.* 1. *Castill. tom.* 5. *quotid. cap.* 93. § 4. *numer.* 9. *Fusar. q.* 227. *num.* 7. & *q.* 390 *numer.* 5. sicuti neque per Missarum onus, cum quo bona transeunt, *Val. ubi supra num.* 8. *Lara ubi supra num.* 4. melius *Pelaes de maiorat.* 2. *p q.* 5. *ex num.* 94. Neque itidem argui potest in favorem maioratus ex declaratione testatricis super possidendis dictis bonis ab uno tantum, quia in eo non respexit favorem familiæ, sed tantum quod bona non dividerentur, dum ab uno tantum possessa jussit, ut melius bona ad Missarum eleemosynam conservarentur, non vero, ut familia conservaretur cum eis, hoc idem datur in emphyteusibus, ut bene ad intentum jungit, *Gam. d. dec.* 286. *n.* 1.

Supposito ergo, quod maioratus perpetuus in præsenti non institutus fuit, sed fideicõmissum particulare restrictum ad personas vocatas, scilicet, Mariam neptem ex sorore, & per obitum illius sine descendentibus (hoc enim importat ibi verbum, *herdeiros forçados*, ut eleganter dictum est à sapientissimis præcedentibus) ad fratres ejus, & similiter per obitum eorum sine descendentibus ad confraternitatem Sanctæ Misericordiæ neutiquam potest opponens Emmanuel succedere jure repræsentationis matris secundo vocatæ, quia testatrix non fecit maioratum perpetuum, in quo vocaret descendentes fratrum dictæ Mariæ, sed solummodo ipsos fratres in casu deficientium hæredum Mariæ, & cum mater dicti opponentis, una ex eis, præmoreretur in vita Mariæ, non potuit ex juris regulis vulgaribus spem transmittere filio opponenti, ut bene allegat primus doctus patronus, sicque ex repræsentatione nullatenus venit admittendus, quia vocatus non egreditur fideicommissum restrictum ad personas.

Videamus autem, si ex propria vocatione testatricis, siquidem positus fuit in conditione, ibi: *E naõ tendo elles tambem herdeiros forçados, ficará à Misericordia.* Ubi filii hæredes necessarii positi sunt in conditione. Verum cõmunissima est ex doctrina *Gloss. fin. in L. Lucius a* 2. *ff. de hæred. inst.* filios positos in cõditione nunquam censeri vocatos in fideicõmisso, neque jure transmissionis, & saltem nisi conjecturæ aliud suadeant, quæ sint validæ, ut per *Marescot.* 1. *var. cap.* 27. *num.* 5. *usque ad* 13. *& per tot. Molin de primogen. lib.* 1 *cap.* 6 *numer.* 1 *cum seqq. Castill. quotid.* 4 *cap* 9 *num.* 30. *Fusar. de substit. q.* 437. Et quamvis quæstio hæc sit altercatissima

ſima inter DD. & pro unaquaque parte detur communis, nam infiniti negant etiam admittendas conjecturas; attamen diſtinctio fit, icilicet, quando filii poſiti in conditione ſunt deſcendentes, vel ſunt vocati à tranſverſali, nam primo caſu cenſentur vocati ex teſtamento etiam ad excluſionem ſubſtituti ex dilectionis conjectura teſtatoris; in ſecundo vero minime: & cum hac diſtinctione, quæ eſt magis cõmunis, tranſeunt *Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 3 numer. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4 præſ. 76. numer. 23. & præſ 89. num. 105. Fuſar. ubi ſupra à num. 23 Mareſcot. ubi ſup. num. 15.* Cum ergo filii fratris Mariæ ſint poſiti in conditione ab Amita inſtitutrice tranverſali, recte fit nunquam jam cenſeri vocatos ex teſtamento, neque jure tranſmiſſionis poſſe dictam adminiſtrationem conſequi, ac per conſequens venit excludendus opponens.

Similiter venit excludendus A. ex fundamento ſupradicto, quoniam nullatenus admittimus maioratum in præſenti, ut repræſentatio detur, ſeu ſucceſſio continuata in primogenito, quia eſt fideicommiſſum particulare reſtrictum tantum uſque ad confraternitatem Miſericordiæ, & etiam ſi concederemus maioratum fuiſſe, nunquam ad fratrem Mariæ devenire poterat, ut extraneum à ſanguine inſtitutricis, & quamvis ejuſdem ſanguinis eſſet, & proximior, nuſquam jus ei competebat, niſi extinctis deſcendentibus lineæ vocatorum, prout dixi in proceſſu append. & cum pater jure deſtitueretur, utique etiam filius ab eo cauſam habens, cum non poſſit eſſe potentius jus in cauſato, quam in cauſa, neque plus juris tranſmittere, quam ipſe habet, ex notis juris regulis.

Video eadem cauſa, & eodem jure excluſum R. ſed cum ex perſonis AA. jus mentiendum ſit, ut de jure cum multis *Surd. de aliment. tit. 6. q 4 num. 9.* & per jus AA. cauſa decidenda veniat, *ex L fin. Cod. reivend. Gratian. forenſ. cap. 144. num. 1.* & approbatione A. pendeat victoria, *idem Surd. dec. 36. num. 12.* Actore, neque opponente probantibus jus ſuum, abſolvetur R. *ex L. ultim. Cod. reivend. L Actor Cod. de probat.* ſicque ſententiam Judicis revocarem ex nullo jure AA. & non ex jure R. quod omnino evacuaretur, ſi confraternitas ſubſtituta, cujus hæc adminiſtratio eſt, in judicium venerit. Quoad domos placent ſententiæ ſapientiſſ. dominorum. Ulyſſipone 25. Auguſti 1656. Lemos.

Verbis diſpoſitionis in appendice fol. 5. verſ. diligenter inſpectis potius cum primis duobus dominis doctiſſimis mihi placet convenire, ſiquidem non ſolum per expreſſam vocationem, ſed etiam per conjecturatam mentem diſponentis maioratus, ſeu Capella inſtituitur, ut de mente omnium eſt indubitabile, & ſolummodo diſcrimen reperitur, quænam conjecturæ ſufficiant, ex quibus præſumpta voluntas oſtendatur, quod teſtatrix maioratum, ſeu Capellam inſtituere voluerit, & inter connumeratas à DD. eſt onus perpetuum Miſſarum, prohibitio alienationis in perpetuum, primogenitorum vocatio inſimul cum ſubſtitutionibus de familia in eorum defectum, & aliæ hujus qualitatis, teſte *Caſtill. controv. lib. 1. cap. 22. & lib 5 cap 93. §. 11. à num. 16 cum ſeqq. Lara de anniverſ. lib. 1. cap. 4. num. 39. verſ. quare dic. Valaſc. conſ. 27. à numer. 3. & conſ. 82. numer. 7. Avendan. in L 41. Tauri gloſſ. 3. num. 2.* & melius *numer. 12 & L. 40. gloſſ. 1 num. 62 Molin de primog. lib. 1 cap 5. alter Molin. de juſtit. tom. 3. tract. 2 diſp 590. Cabed 1 p. dec. 96. à num. 1. ad fin. Phæb. 2. p. dec. 120. à numer. 19.* maxime *num. 22. Gabr. Pereir. dec. 5 num 3. Menoch. de arbitr. caſu 496. num. 9.* Cum multis aliis ab eis relatis. Planè in diſpoſitione ſeu inſtitutione Capellæ, de cujus ſucceſſione agitur, non tantum adeſt onus Miſſarum in perpetuum cum prohibitione alienationis, ſed etiam primo loco vocata reperitur Maria Emmanuel neptis teſtatricis, & ejus deſcendentes, qui vocati intelliguntur ſub hæredibus neceſſariis, ut præcedentes domini mei fatentur, & in eorum defectum ſoroores ipſius Mariæ Emmanuelis, & earum deſcendentes, ut legitur in append. A. fol. 5. verſ. unde ex ſupradictis vocationibus, juncto onere Miſſarum cum prohibitione alienationis, & diviſionis, potius credo Capellam ſanguinis, ſeu maioratum fuiſſe inſtitutum, quam fideicõmiſſum temporale reſtrictum ad Mariam Emmanuelem, & ejus tantum ſorores; & hoc ſuppoſito indubitata mihi videtur ſententiæ cõnfirmatio ex fundamentis primi doctiſſimi domini, quæ in jure, & in facto veriſſima apparent. Ulyſſipone 6 Septembris de 1656. Pinheiro.

Et etiam quando inquit teſtator, quod ſuccedat *ſeu herdeiro, ſe Deos lho der*, quia intelligitur non de extraneis, ſed de filiis, & deſcendentibus, ut vidi judicatum.

Probato maioratu ex conjecturis, aut ex evidẽti diſpoſitione, ad hoc ut cõpetat actio ſucceſſori, debet probare bona eſſe maioratus, aut de maioratu, qui cum actio fundetur in qualitate maioratus, debet ante omnia verificare dictam vinculi qualitatem; *Bart. in L. 4. §. condemnatum num. 5. ff. de re judic. & in L. 1. §. & parvi num. 3. ff. quod vi, Valaſc.* 195

*lasc. conf.* 191. *num.* 21. *Gratian. dec.* 71 *numer.* 8. *& dec.* 89. *num.* 2. *Valenz. conf.* 52. *num.* 20. *Altograd. conf.* 97. *n.* 26. *eleganter Paz de tenut. cap.* 4. *n.* 7.

196 Et regulariter ille, qui se fundat in qualitate, tenetur illam qualitatem probare, sicut fundamentum suæ intentionis, *Bart. in L. item suspectus ff. de procurat. Marant. conf.* 9. *num.* 5. *Valenz. conf.* 92. *num.* 145. *Pacian. de probat. p.* 1. *cap.* 54. *num.* 9. Ubi quod æquè procedit in qualitate affirmativa, & negativa, *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 10. *num.* 11. Ubi quod qualitas est accidens, quod nunquam præsumitur, quia inducit alterationem in subjecto, ut inquit *Petra de fideicommiss. q.* 12. *n.* 804.

197 Et maiori ratione procedit hæc resolutio in qualitate maioratus, quia habet contra se præsumptionem libertatis bonorum, ut latè diximus cum multis *Forens. cap.* 4 *num.* 161. & ultra quos ibi allegavimus in secunda impressione, *Capan. de jur. relevii p.* 1 *q.* 10. *num.* 1. & 2. Adeo quod licet nominentur bona in testamento, & dicatur esse maioratus talis institutoris, si non ostendatur institutio, non sufficit talis declaratio, nec pro illa competit actio, ut judicatum vidi in causa Martim Lourenço, com Joaõ Sousaõ, Escrivaõ Lourenço Correa de Torres.

198 Atque ita probari debet bona esse maioratus, aut de maioratu, ut exemplificari potest in cõstitutione maioratus facto de domo, dicuntur etiam de maioratu bona adjacentia, & insula injuncta domui, *L in prædiis* 91. *§. fin ff. leg.* 3. *L. Seiæ § Tiranæ ff. fundo instruct* ibi: *Respondit si prata fundo Græciano ita conjunxisset, ea quoque deberi, L. riparum* 5. *ff. de rer. divis.* ibi: *Quorum prædiis haberent, L. Insula* 56. *§. item quæro ff. acquir. rer dom* ibi: *Pars autem proprior agro vicini ejus esse intelligatur, L. ergo* 30. *§* 1. *L. adeo* 7. *§.* 5. *ff. eod. L. quod conclave fin. vers. nec tamen ff. de damn. infect.* Et etiam hortus accessorius, & cõjunctus domui, ut tenent *Bart. & alii in L. olimpico ff servit. urban. prædior.* & in terminis maioratus tenent *Mier. de maiorat.* 4 *p. q* 33 *numer.* 8. *Gut. pract. lib.* 5. *q* 71 *num.* 15. ubi de melioramentis, *Castill. lib.* 5. *cap.* 52. *numer* 53. & vendita domo venit hortus conjunctus, *Gut. ubi supra numer.* 16. *Mier. d. q* 10. *numer.* 28. *Avendan. in L.* 46. *Taur. gloss.* 6. *numer.* 9. *Gom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 13. ubi multos refert *Aylon. Hermosill. in L.* 29 *tit.* 5 *part.* 5 *gloss. unic. num.* 11. *Aug. Barb. appell. verb pertinentiæ num.* 7. *Somoz. de reg.* 4. *p. cap.* 10. *n.* 102.

199 Quid autem dicendum sit in melioramentis factis in maioratus bonis, an maneant de maioratu, diximus *ad Ord. tom.* 1. *in præm. gloss.* 43 *num.* 124. *& seqq. pag.* 62. & ultra eos vide *Acost. de privileg. credit. reg.* 2 *ampl.* 3. *num.* 13. *& seqq. Burg. de Paz conf.* 3. *num.* 98. *& num.* 100. *&* 103. *Avendan. L.* 46. *gloss.* 2. *num.* 1. *Gut. pract. lib.* 3. *q.* 69 *num* 8. *& seqq. Castill. lib.* 5. *contr. cap.* 65. *numer.* 88 102. *& seqq. Matienç. in L.* 6 *tit.* 7. *lib.* 5. *gloss* 3 *num.* 22. *Mier. de maiorat.* 4 *p. q.* 33. *numer.* 7. *& q.* 32. *Valasc. de jur. emphyt. q.* 25. *num.* 29. *Molin tom* 3. *disp.* 644. *col.* 9. *Paz. de tenut.* 2. *p. cap.* 52. *Barbos. in L divortio p.* 1. *§. fin. ff. Jolut. num.* 117 *& seqq. Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. *& cap.* 26. *numer.* 13 *& seqq. Garcia de expens. cap.* 13. *numer.* 45 *& cap.* 14. *num.* 17. *& cap.* 16 *numer.* 10. *& de conjugal. ac quæst. numer.* 90 *Pereir. dec* 121. Et judicatum fuit in causa D. Francisco Mascarenhas, com Christovaõ de Almada, anno 1682. Escrivaõ Domingos Luiz de Oliveira.

Probatur etiam bona esse de maioratu, si aliquis fecit donationem simpliciter inter vivos, & postea fecit testamentum, in quo de dictis bonis fecit maioratum, vocans donatarium, & ille capiat possessionem virtute testamenti, aut faciat aliquem actum approbationis, tunc censentur bona donata esse de maioratu, & ex his actibus approbationis probatur, in terminis terminantibus tradunt *Jaz conf.* 148 *numer.* 30. *lib.* 2. *Dec conf.* 253. *post numer.* 2. *Paris conf.* 33. *numer.* 78. *lib.* 3. *Burg. de Paz. conf.* 14. *numer.* 54. *Curt. Jun. conf.* 120 *numer.* 9. *lib.* 2 *Paris conf.* 11 *per tot. vol.* 3. eleganter *Peregrin. de fideicommiss. art.* 6 *numer.* 6. *& conf.* 29. *vol.* 3 *num.* 10. *Fontanel de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4 *gloss.* 5. *num.* 31. *& seqq. & num* 47. Licet contrarium judicaretur in causa Petri Luis Arnaut, Escrivaõ Luis Correa de Torres.

200 Dominium alicujus maioratus, seu Capellæ, ex quibus probari possit fuisse de aliqua familia, & ex quibus præsumatur identitas familiæ, & an quando, & quibus competat actio, etiam contra titulum possidentem, pro eis recuperandis agit *Capyc. Latro conf.* 94. *tom.* 2 & alias multas quæstiones disputabimus *cap.* 4. *&* 5.

201 Acquisita per hæredem gravatum, aut possessorem maioratus ex causa transactionis, an sibi, vel hæreditati, fideicõmisso, vel maioratui, acquisiviisse dicatur, ita ut acquisita bona maioratus esse dicantur, post *Oleam Valeron, & alios* late tradit *Urseol de transact. q.* 82. *numer* 11. *&* 12. *& per tot. & forens. cap.* 70. *Rosa forens. contr.* 32. 33. *&* 36. ad varias quæstiones. Et vide sententiam sequent.

202 No feito de aggravo de Joaõ de Bem Salinas contra Luiz de Bem Salinas, Escrivaõ Do-

Domingos Luiz de Oliveira, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos, &c. Moſtraſe por parte do A. que no teſtamento com que faleceo Dona Brites Carneiro, inſtituira por ſeu herdeiro ao R. com condiçaõ, que por ſua morte reſtituiria a herança ao A. ficando ſendo uſufructuario da tal herança o dito R. Moſtraſe, que havendo litigio entre o R. e Joſeph da Cunha, ſobre a validade do dito teſtamento, por eſte dizer era filho da dita Dona Brites, que ella tivera ſendo ſolteira, ſe viera a cumprir, e fazer tranſacçaõ com o dito Joſeph da Cunha, em que renunciou todo o direito, que podia ter à dita herança, a qual tranſacçaõ ſe fez eſtando já a cauſa na inſtancia do aggravo havida a ſentença a favor do dito Joſeph da Cunha, em que ſe declarou lhe pertencia a tal herança. Moſtraſe, que o R. occultando a tal tranſacçaõ intentava proſeguir a cauſa, para que confirmada a ſentença no ſupremo Senado, ſe podeſſe prejudicar ao A. ao tempo da morte da R. excluindoo de poder pedir a tal herança em virtude do teſtamento, de que ſe trata: e reconhecendoſe o tal intento no Senado, ſe determinou, que o A. podeſſe tratar pelos meyos ordinarios de ſeu direito, em ordem a moſtrar, que lhe naõ prejudica a dita tranſacçaõ, e aſſim lhe naõ póde eſta prejudicar em couſa alguma, antes demitindo o dito Joſeph da Cunha o direito, que podia ter á herança, veyo a ficar o teſtamento, de que ſe trata, em ſeu vigor. Por parte do R. ſe moſtra, que ſendo ſolteira a dita Dona Brites Carneiro, tivera amizade illicita com Diogo da Cunha, tambem ſolteiro, de que naſceo Joſeph da Cunha, o qual foy bautizado por filho dos ſobreditos; por cuja cauſa era herdeiro forçado, na fórma de Direito, de Dona Brites, e preterindoo ella, como fez, ficou o dito teſtamento nullo, e ſuccedendolhe elle abinteſtado, por cuja cauſa o dito Joſeph da Cunha deu libello contra o R. para effeito de annullar o dito teſtamento, e primeira tranſacçaõ, que tinha feito com o dito R. e com effeito ſe deu ſentença a favor do dito Joſeph da Cunha no Juizo da Correiçaõ da Corte, em que ſe annullou o tal teſtamento, e ſe lhe mandou dar partilha dos ditos bens como herdeiro que era da defunta Dona Brites, e eſtando pendendo o aggravo deſta ſentença na inſtancia ſuperior do aggravo, ſe concordaraõ o dito Joſeph da Cunha com o R. e fizeraõ ſegunda tranſacçaõ, e eſcritura fol. 48. verſ. e pela quantia referida na tal eſcritura, deſiſtio o dito Joſeph da Cunha da tal demanda, e direito, que tinha á tal herança, e renunciou todo o que podia ter, e tinha na peſſoa do R. como ſe via fol. 51. com o que ceſſou a cauſa entre o dito Joſeph da Cunha, e R. e ſe lhe deixou ao A. o direito reſervado contra a tal tranſacçaõ. Moſtraſe, q̃ pela dita tranſacçaõ, e traſpaſſo ficou o R. repreſentado a peſſoa do dito Joſeph da Cunha, e por lhe ſer julgada a meaçaõ da defunta ſua mãy, que lhe tocava por conſeguinte fica pertencẽdo ao R. por ſer o dito teſtamento nullo, nem ſe poder ſuſtentar a cauſa, que a dita teſtadora deu para fazer a tal inſtituiçaõ, porque tendo ella dito, que naõ tinha herdeiros forçados, foy falſa cauſa, por ſer ſeu filho o dito Joſeph da Cunha, e aſſim lhe naõ podia aproveitar; pelo que por todas as vias ficou a dita trãſacçaõ ſendo valida. O que tudo viſto, e o mais dos autos, e com o ſuppoſto, que o R ſenaõ poſſa aproveitar da ſentença em que foy parte com Joſeph da Cunha, por ſer entre diverſas peſſoas, com tudo em razaõ da tranſacçaõ, em que o dito Joſeph da Cunha traſpaſſou no R. nem ſó toda a auçaõ, que tocava á herança, mas todo o direito, que a ella podia ter, como por palavras expreſſas conſta da dita tranſacçaõ fol. 51. verſ. ficou o R. tendo o direito, que o tal Joſeph da Cunha tinha á herança, e como o R. articulaſſe ſer o ſobredito filho da dita ſua mulher, o qual ouve antes de caſar com elle, ſendo ſolteira, e ſe prove concludentemente, aſſim pelas teſtemunhas a fol. 98. como pela que criou o dito Joſeph da Cunha fol. 111. e pela certidaõ do Bautiſmo fol. 12: licitamente podia fazer a tal tranſacçaõ, e ſuppoſto que os DD. commummente reſolvaõ, que pelo herdeiro ſenaõ póde fazer tranſacçaõ em prejuizo de fideicõmiſſario, pela razaõ de que aliás eſtaria na maõ do herdeiro demitir de ſi o direito pela tal tranſacçaõ, e prejudicar ao fideicõmiſſario, o que commummente conſideraõ, iſto naõ milita no caſo preſente, porque naõ ſó o herdeiro, naõ dimitio de ſi o direito, mas antes o treſpaſſou, e cedeo nelle o dito Joſeph da Cunha, o que ſe naõ acha prohibido em Direito, antes naõ ſeguindo da tranſacçaõ alheaçaõ que faça o herdeiro, como nos termos preſentes, fica valida. Pelo que julgo a dita tranſacçaõ por firme, e valida, e que nella naõ ouve coluzaõ alguma, mas antes ſer permitida, conſórme a Direito, nos ſobreditos termos E abſolvo o R. do pedido pelo A. cujo direito ſenaõ póde por hora tratar, por ſer de futuro, e ſómente ſe determinar a dita tranſacçaõ em razaõ da reſerva de direito, que lhe deu a ſentença da Relaçaõ. E pague o A os autos, em que o condeno. Liſboa de Junho 18. de 1679. E declaro, que da dita tranſacçaõ ſe poderá valer o R. contra o A. ſobre annullar o teſtamento, de que ſe trata,*

pelas

*pelas razoens referidas. Luiz Contador de Aragote.*

204 A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata ſententia ſequens.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he aggravado o aggravante por Corregedor do Civel da Cidade, em haver pelo nullo o teſtamento, em que o A foy inſtituido por herdeiro fideicõmiſſario, mas em o excluir dos bens da terça, foy por elle aggravado. Revogando neſta parte ſua ſentença, viſtos os autos, e como conforme a Direito, quando ſe annullaõ os teſtamentos por preteriçaõ dos herdeiros, a tal nullidade ſe naõ extende ás terças, principalmente ſendo como o teſtamento fideicommiſſarias. Julgaõ o teſtamento por nullo, por a teſtadora naõ poder desherdar a Joſeph tranſiguinte, por ſer ſeu filho natural, e pertencer ſómente a terça da herança ao A pela tranſacçaõ julgada por valida, nem a nullidade do teſtamento pela dita preteriçaõ ſe poder extender á dita terça. E condenaõ ao A nas duas partes das cuſtas dos autos, e ao R. na terça parte. Lisboa 20 de Julho de 1680. Andrade Rua. Baſto Pereyra. Lopes Oliveira.*

205 Hæc ſententia fuit fundata in deliberationibus ſequentibus.

Sententia diſſertiſſimi Correctoris, dum Actorem præmaturè agere decernit, juris regulis conſentanea primo intuitu videtur, conſideratis tamen hujus negotii circunſtantiis, ejusque viribus penitus inſpectis, diverſa mihi mens eſt, quamvis enim agnoſcam veriorem eorum opinionem, qui tenent, non poſſe fideicõmiſſarium poſt mortem hæredis vocatum, aut maioratus ſucceſſorem, in vita poſſeſſoris, ſeu hæredis de futura agere ſucceſſione, aut petere, ut declaretur ſibi ius de futuro in bonis fideicommiſſi, aut maioratus competere, juxta ea quæ latè *Molin. de primog. lib* 3. *cap.* 14. *ex num.* 10. *alter Molin de juſt. tom.* 3. *diſput.* 639. *Pinel. in L.* 1. *Cod de bon. matern p* 3. *numer.* 38. *Pereir. deciſ.* 129. *n.* 1. *Caſtill. contr. lib* 5. *cap.* 93. §. 14. *ex numer.* 7. *Larrea deciſ.* 38. *ex num.* 1. Attamen diffiteri non poſſum ſubſiſtente juſta cauſa, poſſe jus de futuro in judicium deduci, nulla autem à Doctoribus frequẽtius approbata, quam ſi fideicõmiſſi, aut maioratus poſſeſſor jactet, aut contendat bona eſſe libera, nullique vinculo, aut reſtitutioni ſubjecta, ut eleganter *Roderic. Soar. allegat.* 4. *ex num.* 2. *ad* 9. *Molin. dict. cap.* 14. *ex num.* 18. *Cephal. conſ.* 381. *lib.* 3. *ſub num.* 10. *Maſtrill. deciſ.* 118 *ex num.* 13. *Peregrin de fideicommiſſ. art.* 41. *ex num.* 5. *Caſtill. dict.* §. 14. *numer.* 24. confert *Pereir. dict. deciſ.* 129. *numer.* 2. & 3. *Larrea dict. deciſ.* 38 *ferè per tot.*

At vero inſpectis articulis Rei fol. 84 cum ſeqq. 88. verſ. 89. & 92. nemo eſt, qui non videat Reum bona omnia hæreditatis uxoris ad ſe pertinere aſſeverare, libera quidem à fideicommiſſo, & reſtitutione virtute tranſactionis, ceſſionisque ſibi factæ à Joſepho ejuſdem uxoris filio naturali, ſumus enim in eiſdemmet terminis, quibus de jure judicare tenemur, an Reus ipſe bona eadem non libere, ſed ſub reſtitutionis onere poſt mortem faciendæ poſſideat: quod ſane licet mihi certum videantur, certius autem profecto videbatur, ſi juxta teſtamenti verba in appendice fol. 189. verſ. cum non dominium, immo nec poſſeſſorem, ſed tamen hæreditatis uſufructuarium dicamus, ex quo ſequitur, quod non ſolum ſuper jure de futuro, ſed ſuper jure de præſenti, nempe ſuper hæreditate ipſa dempto uſufructu judicium procedere debet.

Ad rem igitur accedendo, mihi videtur Reum non ſolum valide, ſed & maxime utiliter tranſactionem celebraſſe fol 48. verſ.

Valide inquam, quia licet quæſtio ſit non parum difficilis, utrùm gravatus de fideicommiſſo reſtituendo poſſit ſuper bonis ejuſdem fideicõmiſſi cum tertio tranſigere, eſt tamen certiſſima concluſio, quod valet tranſactio, quando gravatus retinet penes ſe res fideicommiſſi ab adverſario petitas, ſoluta eidem aliqua ſumma, qua ſe à lite redimat, quippe hoc caſu non dicitur facta alienatio, *Doctores per text. ibi in L. ſi profundo Cod. de tranſaction. Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 9 *num.* 22. *Mier. de maiorat. p.* 4. *q.* 22. *ex num.* 8 & 60. *Valenzuel conſ.* 175. *ex num.* 16. *Carvalh. in cap Raynaldus p* 2. *num.* 364. *Fuſar. de ſubſt. q.* 708 *numer* 5. *Valer. de tranſact. tit.* 4 *q.* 2. *n.* 31. *Joſeph. Urſeol. eod. tract. q.* 50 *ex numer.* 29.

Utiliter etiam, ut dixeram, præfata tranſactio celebrata fuit, quia ſi ad cauſam, & negotium litis, quæ inter Joſephum, & Reum verſabatur, reſpiciamus, evidens periculum patenter ſe offert, quo ipſe Reus poſitus erat totius hæreditatis amittẽdæ, ſuper qua egregii quondam Curialis Præſidis validiſſimis fundamentis contra ſe ſententiam reportaverat fol. 38.

Surgit autem ex eadem tranſactione fortiſſimum argumentum, quo Reus Actorem non immerito pellere intendit, nimirum, quod Joſephus per illam omne jus ſuum in Reum tranſtulit, atque ita ſicut Joſephus ipſe, qui manifeſte, ſi filium naturalem teſtatricis oſtendit, teſtamentum, quo præteritus fuit, informare poterat, ac per conſequens fidei-

fideicõmiſſum ad nihilum reddere, ſic ſimiliter Reus, qui eodem jure utitur, prætertim inſpectis ejuſdem tranſactionis verbis fol. 51. verſ.

211 Neque obſtare videtur communis noſtrorum ſententia, qui tenent, quod quando tranſigens rem non transfert, ſed potius eam retinet aliquo dato, ut alter contrahens eam apud eum dimittat, tunc non dicitur ex novo titulo tranſactionis, ſed ex antiquo poſſidere, ſeu poſſeſſionem continuare, ex quo ſequitur Reum non ex tranſactione, ſed ex teſtatricis teſtamento poſſidere, quæ ei hæreditatẽ cum reſtitutionis onere reliquit, ad ea quæ *Doctores in L. ſi pro fundo Cod de tranſaction Surd conſ.* 418. *num* 17. *&* 18. *lib.* 3. *Mantic de tacit. convent. lib.* 26. *tit.* 7. *ex num.* 22. *Mar. Cutell. deciſ* 8 *num.* 19. *&* 10 *Gutierr. de Gabel. q.* 45. *ex num* 6. late *Noguerol allegat* 37 *ex num* 4 & alii apud ipſum, & apud *Pereir. de univerſ. inſtr. edit. tit.* 7. *reſolut.* 3. *n* 90.

212 Non, inquam, hoc obſtare videtur, quippe prætermiſſo, quod contrariam opinionem multis viribus, & authoritatibus firmare non improbabiliter nititur *idem Pareja ex n.* 29. mihi equidem ſuper re hac cogitanti magnopere arriſit declaratio, *Valer de tranſact. tit.* 5. *q.* 4. *num.* 8. non aliud eſſe inſpiciendum, niſi an is, qui rem ex tranſactione adquiſivit, vel ab adverſario dimiſſam, apud ſe retinuit juſto, & legitimo, vel ſaltem, prout ego addo, probabili titulo, nitebatur ante initam tranſactionem. tunc non ex novo, ſed ex antiquo poſſidere potius cenſendus eſt, ſi autem injuſte, & illegitimo titulo eam petebat, vel retinebat, tranſactio quidem à vero, & legitimo Domino, qui eam tradidit, vel dimiſit, præcipue cum ceſſione jurium, & actionum, tunc tranſactio novum titulum tribuit, expedit enim trãſigenti ex eo potius, quam ex antiquo ſe defendere, & ex priore non amplius poſſidere.

213 Quis autem eſt, qui non videat Reum injuſte poſſediſſe uxoris hæreditatẽ, quæ præterito filio naturali teſtamentum condidit, & extraneum hæredem inſtituit.

214 Reliquum eſt ergo, ut Reum, qui ejuſdem filii perſonam refert, non ſolum pronunc abſolvamus, ſeu correctori placuit, ſed abſolute eum hæreditatis bona libera poſſidere, in quo libenter convenirem, niſi obſtaret Reum ab eadem ſentẽtia gravamen ad nos non interpoſuiſſe juncta diſpoſitione *Ord. in* 3. *tit.* 84. §. 12. non tamen hactenus à nobis ſcripta ideirco otioſa exiſtimãda ſunt, illud non magni monumẽti efficiunt, ut cognoſcamus, Actori ſui gravaminis virtute, quoad hæreditatis beſlem non eſſe providendum, quippe qui non modo hic, & nunc, ſed neque ad tempus futuræ parentis mortem ad id venire non poteſt.

Quo vero ad ejuſdem hæreditatis trien- 215
tem ſentẽtiam pro eo dicere cogor, itaut declaretur, id illo tempore reſtituendum eſſe, quoniam teſtamẽtum habet clauſulam codicillarem, & clauſulam omni meliori modo in appendice fol. 190. verſ. & ideo non obſtante filii præteritione, dempta legitima, in reliquo ſuſtinetur, ſeu ſæpe judicavi cum *Merlin. de legit. lib* 5. *tit.* 2. *q.* 4. *Antonel. de temp. legat. lib.* 1. *cap.* 630. *num.* 3. *Fragoſ. de Regim. reip. p.* 3. *diſput.* 8. §. 4. *num.* 139. *&* 140. *Capic. Galeot. lib.* 2. *cont.* 31. *Tondut. reſolut. civil. cap* 93.

Confirmetur ergo Correctoris ſenten- 216
tia, quoad beſlem, revocetur autem quoad hæreditatis trientem. Ulyſſipone 11. Junii 1680. Lopes Oliveira.

Convenio. Baſto Pereira.

In præſenti, & nimis difficili diſcepta- 217
tione aliqua addere cogor, ne dicatur me in negotio tanti ponderis, non meo, ſed alieno judicio, quod ſemper odi, deliberare.

Oritur tota difficultas ex ſententia appen- 218
dicis fol. 277. verſ. ſuper jus Actori reſervatum ratione prejudicii ab tranſactione inter Reum, & Joſephum inita ei reſultantis, ex qua reſervatione vires aſſumit Actor ad eam non ſolum annullandam, ſed ad tuendam inſtitutionem ab D. Britis Rei uxore defuncta, ei factam poſt ejus obitum, cui totius hæreditatis uſumfructum, dum in humanis eſſet, reliquit, præterito ejus naturali filio Joſepho, & quamvis plurima animadvertere poſſim, quia proceſſus, & ejus materia verſurarum fertilis inculcatur, tantummodo, ut ſupra promiſi, ſequentes corroborationes taxarem.

Non dubito de nullitate teſtamenti cauſa 219
præteritionis, ad hoc ut judicatum à docto Prætore ſtatuetur, ſed ut præcedens dominus ſua ſolita eruditione deliberavit, teſtamentum Dominæ Britis eſſe nullum, quia in eo Joſephum filium ſuum naturalem præterivit, & hoc nullitatis vitio impugnavit.

Attamen Actor in teſtamento annullato 220
invenitur hæres fideicõmiſſarius per obitum Rei, & de jure fideicõmiſſum etiam univerſale ex teſtamento nullo ob præteritionem debet ei ex tertia bonorum Britis teſtatricis reſtitui, ut per *Jul. Clar.* §. *teſtamentum q.* 54. *num* 1. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 4 *num.* 16. *Emman. Soares Luſit. recept. ſentent. liter. E. num.* 120. *Viv. tom.* 2. *cõmun. opinionum lib.* 6 *tit.* 16. *num.* 116. *Anton.*

*ton. Fab. in suo Codice tit. de liber. præter. & exhæreditatis definit. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 2. num. 24. & cons. 81. num. 13. vol. 1. Val. consult. 54. num. 8.* & ad hoc fideicõmissum petendum competit Actori actio ex testamento, *Fachin. lib. 4. controvers. cap. 20. Bernard. Grever. ad practicam Cameræ Imp. lib. 2. conclus. 113. consil. 1. à principio.* Et igitur venit Actor laudandus in petendo suam hæreditatẽ fideicõmissariam, ne præscriptionis 30. annorum periculum, de quo loquitur *Val. consul. 178. num. 17.* diligere videatur.

221 Ex hac cõclusione mihi, & Doctoribus citatis indubitabili, infertur, quod fideicommissum in testamento nullo relictum, statim soluturum esset Actori, quin relictum per Rei obitum fatentis testamenti nullitatem per transactionem ejus factam, quæ fieri potest ante restitutam hæreditatem, *bonus text. in L. ante restitutam ff. de solution.* Ubi ante restitutionem hæreditatis valẽt deliberationes factæ ab hærede sub fideicõmisso subjecto ante adventum dicti fideicommissi, idem probat *text. in cap. Raynaldus in princ usque ad §. Porro de testament.* quibus juribus, & difficultatibus eleganter satisfit *Molin lib. 4. Hisp primogen. num 11. cum Cevall. com. contra com. q 781. num. 14.* Qui pro resolutione certa autumant transactionem in aliquibus casibus etiam fieri posse super rebus maioratus, & cum maioratus fideicõmissario æquiparatur, de transactionis cognitione cognoscendum est, maxime quando in sententia Actori fuit jus reservatum ad agendum circa eam de re dubia factam in terminis *text.* ut dicit *Angel. in L. 1. ff. de transactionib.*

Sed ne ultra petita judicemus, nec videtur nos Actorem edocere cum præcedenti Domino etiam quoad hæreditatem Prætorem causarum Civilium statuerem. Ulyssipone 19. Julii 1680. Andrade Rua.

Et quid in casu transactionis, & dimissio-
222 nis bonorum maioratus, aut impositionis oneris, an non ostante illa maneant bona maioratus, latè disputat *Valeron de transact. q. 50 per tot.* ad varias quæstiones *Valeron. de transact. tit. 4 q. 2. & tit. 4. q. 6. num. 48. & seqq. & tit. 5. q. 5. per tot.*

Possessor maioratus recuperans propria
223 industria, & pecunia bona moioratus, semel legitimè alienata, acquiret ea, ut libera, & alienabilia absque onere restitutionis, & ita in dubio intelligitur recuperasse, ut multis citatis tenet *Valeron. de transact. tit. 5. q. 6 n. 10. & 11.* Atque ita licet in institutione dicantur esse maioratus, per recuperationem dicuntur libera, ut in recuperatione census cum pacto de retro facto in maioratu facultate Regis interveniente consului illustrissimo Comiti de Val de Reys, de qua re vide idem *Valeron. num. seqq.* & constat *ex n. 203.* Et omne quod est intra limites bonorum maioratus, ipsius maioratus est, *Larr. alleg. 46. num. 21. Mier. 4. p. q 20. Gut. lib. 2. pract. q. 131. num. 1.* De qua re vide sententiam sequentem.

No feito de agravo dos Condes da Fei-2
ra com Dona Ignacia de Menezes, e Dom Henrique Henriques, Escrivaõ Domingos Luis de Oliveira, se deo a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, &c. Mostrase por parte dos AA. que Dom Joaõ de Menezes Sotomayor, Senhor que foy do Condado da Feira no anno de 1335. em 21. dias do mez de Dezembro do dito anno, dera em dote a sua filha Dona Joanna da Silva, para haver de casar com Dom Manoel Pereira, filho de Dom Diogo Forjaz Pereira, Conde da Feira, todos os bens que tinha situados na Villa de Olivença, e seu termo, e em Cossena, termo da Villa de Almada, em vinculo de morgado, como constava da instituiçaõ delle, cujo matrimonio tivera effeito, e desde entaõ té o presente sempre os ditos bens andáraõ unidos á Casa da Feira, como de morgado. Mostrase serem os bens situados em Olivença, hũa herdade chamada Vallosevadal, a qual toda redondamente he do dito morgado, sem pessoa algũa ter nella parte, e sempre os AA. e seus antecessores a possuiraõ, e lográraõ redondamente. Mostrase estarem no meyo da dita herdade hũas terras, chamadas as Silveirinhas, que levaõ de semeadura oito, ou dez moyos de trigo, que saõ parte, e pertença da dita herdade, e sempre assim foraõ tidas, e havidas pelos presentes, e passados, das quaes os RR. se meteraõ de posse, sem titulo, que valido, ou justo seja, cobrando dellas os rendimẽtos de muitos annos a esta parte, porque devem ser condemnados as restituaõ aos AA com todos seus rendimentos da individua occupaçaõ té real entrega Por parte dos RR. se mostra fazer Dona Maria de Vilbena no anno de 1362. hum morgado de todos seus bens, e vincular entre elles os que tinha na Villa de Olivença, em que entraraõ as terras, de que se trata, de que fora primeiro possuidor Sancho do Faria, o segundo Francisco de Faria, por cujo fallecimento succedéraõ Antaõ de Faria, Prior Mór de Palmella, por cuja morte entrára na dita successaõ Dona Ignacia de Menezes sua irmaã. de quem os RR. as houveraõ por sentença da Relaçaõ, que contra ella alcançáraõ, porque to-*

*mdrão poſſe das ditas terras, e dos mais bens do dito morgado. Moſtraſe,que aſſim os AA. eſeus anteceſſores, como os RR. eſeus deceſſores moraraõ, e eſtiveraõ ſempre neſta Corte, e na Villa de Palmella, ſem nnnca ſobre as ditas terras ſe mover demanda,ſendo paſſados mais de cem annos, que por parte dos RR eſeus anteceſſores ſe poſſuem, com que caſo negado, que os AA. tiveraõ acçaõ para as pedir, eſtava preſcripta.Moſtraſe mais dotar Dona Leonor de Vilhena no anno de 1533. a ſua irmaã Dona Mecia de Vilhena, para haver de caſar com Simaõ da Silveira, vinte e cinco cacizes de trigo, que vem a ſer cincoenta alqueires por caliz por huma eſcritura publica, os quaes eraõ procedidos das terras, de que ſe trata, que a dita Dona Maria de Vilhena vinculou ao morgado.que fez por ſua morte porque ſe convencia naõ ſerem as ditas terras da inſtituiçaõ do morgado, de que os AA. trataõ de que devem ſer abſolutos O que tudo viſto, e o mais que dos autos conſta, diſpoſiçaõ de Direito, e como por parte dos AA. ſe naõ moſtra legitimamente provado, ſerem as terras,de que ſe trata parte da dita herdade, nem pertença do dito morgado, e naõ conſtar da inſtituiçaõ fol. 22. nem por documento algum porque ſe faça expreſſa mençaõ, e declaraçaõ dellas, nem ſe moſtra haverẽ ſido do dito inſtituidor do dito morgado,nem que ſucceſſor algum delle as poſſuiſſe, nem que em tempo algum andaſſem annexas á dita herdade, e naõ baſtaõ as teſtemmnhas da inquiriçaõ dos AA por ſerem de ouvida, que conforme a Direito naõ fazem prova, e ſuppoſto a façaõ, conforme a Direito,nas materias antigas, com tudo ſegundo a melhor opiniaõ, naõ tem eſtas lugar para fazerẽ prova nas cauſas da preſente qualidade, em que ſe pertende acquirir dominio com prejuizo de parte, ſalvo quando eſtas ſaõ adminiculadas, e depoem da maioridade de cem annos, e de fama conſtante, e que no caſo preſente ſe naõ acha, para ſe entender feita prova por ellas, termos em que ſe naõ pódem as ditas terras cõſiderar de morgado dos AA. por conforme a Direito, todas as couſas preſumiremſe livres, mayormẽte provando os RR.por ſua inquiriçaõ, que de mais de oitenta annos a eſta parte ſempre as ditas terras andáraõ ſeparadas, e que eraõ húa herdade diſtinta com monte, e lavrador á parte,de que os anteceſſores dos RR. andáraõ de poſſe, ſem no diſcurſo do dito tempo ſe lhe mover demanda. Por tanto abſolvo aos RR. do pedido pelos AA. a quem condeno nas cuſtas deſtes autos. Lisboa 23. de Fevereiro de 1683. Franciſco Ximeno de Lacerda.*

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum. Ubi fuit confirmata, & fundata in deliberatione ſequenti.

Illuſtriſſimus Comes prædium, vulgo da Silveirinha nuncupatum,vendicare intendit tanquam partem maioratus ab ejus anteceſſoribus inſtituti, cujus ſucceſſor extat legitimus; Illuſtriſſimi verò Rei ſua nituntur defenſione,in eo ſcilicet,quod per ſe,ſuosque anteceſſores dicti prædii poſſeſſionem occupant, quam juſtificari affirmant titulo maioratus, cujus legitimam ſucceſſionem adepti ſunt; in tantorum igitur contendentium pugna, quis eorum inducat arma, videamus.

Ad reivendicationem conſequendam duo in jure deſiderantur, dominium ſcilicet, ex parte Actoris, & ex parte reorum poſſeſſio tantum, in præſenti de poſſeſſione Reorum non dubitatur, ſi quidem Rei illam fatentur, imo illa ſe tueri intendunt, & ideo circa dominii probationem tota nunc verſatur quæſtio.

Sed viſis actis ex teſtibus ſedulò examinatis,ſi meum me non fallit arbitrium, ex parte Actoris dominium non plene probatur,ex eo quia ad probationem dominii, & in antiquis ſaltem requiritur fama, *Maſcard. de probat. concl. 154. num.4.inſignis Barboſ.in L.ſi aliena 12. num. 86. ff. ſolut. matr.* Et quamvis Actoris teſtes á fol. 83. deponant ſe á perſonis antiquis publicè audiviſſe prædium, vulgo da Silveirinha, ad Actorem pertinere, & partem eſſe alterius prædii vulgo do Cevadal, cujus dominium reſpectu Actoris, ejuſque anteceſſorum,plene probatur, attamẽ ex illorum dictis plena famæ non reſultat probatio, dicta namque illorum quatenus affirmant,ſe publicè à perſonis antiquis audiviſſe prædium, de quo agitur, ad Actorem, illiuſque anteceſſores pertinere, partemque eſſe alterius prædii, vulgo do Cevadal, verificari poſſunt in una, duobus, vel tribus perſonis, ut in terminis cum *Bart.* & magis DD. communi opinione tenet *Maſcard. concl.* 250. *à num.* 1. *cum ſeqq.Grat.ſorenſ. cap.*29. *aliàs* 79. *num.* 39. Quidquid ipſe ſentiat *à n.* 40. cujus opinio minime ſequi poteſt, quia in contrarium adeſt *Barb.* & communis opinio, quam explicat *Fuſar. quæſt.*68. *num.*23. 226

Parum etiam officit prædium,vulgo da Silveirinha in medio prædii do Cevadal, ſitum inveniri, quia inde non ſequitur,qnod unum efficiant, & in unius dominio tantum ſint, imo potius diſtincta præſumuntur, quia nomina habent diſtincta, & à diverſis perſonis poſſidentur, *L. ſi idem Cod. de codicil. Bald. & alii,* quos refert, & ſequitur *Barb. axiom. 77. num.* 1. 227

228 Præterquam quod licet dominium plenè probaretur, adhuc illuſtriſſimus actor victoriam conſequi non poterat, ex teſtium namque dictis ad plurimum dominium ſimpliciter probatur, quod non erat ſufficiens in præſenti ad obtinẽdum, ſiquidem neceſſario deſiderabatur probatio, quæ concluderet, prædictum prædium ad A. ejuſque anteceſſores titulo maioratus pertinere, & tanquam maioratus ſucceſſores illius dominium obtinere, ad hoc ut illi, ceteriſque maioratus ſucceſſoribus præſcriptio etiam longiſſima nocere non poſſit, & ut locum haberet cõmunis opinio, de qua *Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 10 *Cyriac. tom.* 1. *contr.* 3. *num.* 63. *& 69. cum ſeqq. Barb. in L. cum notiſſimi* 7. §. *illud num.* 95. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. Pereir. deciſ.* 32. *Caſtill. lib.* 5. *contr. cap.* 93. §. 8. *num.* 10. *Salgad. in Labyrinth. cred. p.* 1. *cap.* 40. *num.* 43. eleganter *Vela diſſert.* 48. videndus precipuè *à n.* 66. *cum ſeqq.*

229 Probatur namque ſimpliciter dominium, & abſque maioratus qualitate prædictum prædium potius allodiale, quam vinculatum præſumitur, ex his quæ lata manu tradit *Valaſc. de jur. emphyt. q.* 51. *per tot. Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. & ideo prædictum prædium legitimè præſcribi poterat, & ſine titulo ſaltem tempore longiſſimo ex *regul. text. in L. ſicut* 3. *& per totum tit. Cod. de præſcript. trigint. vel quadrag. annor. Vela diſſert.* 48. *n.* 8.

230 Et viſis iterum actis, iterumque teſtibus examinatis, non plenè probatur prædium da Silveirinha, partem eſſe maioratus, de quo fol. 30. neque alii vinculo obnoxium, & parvi pendi debent teſtes fol. 71. tum quia nullam præſtant rationem, tum quia omni exceptione non ſunt maiores, & tandem ſi ſimilibus teſtibus crederetur, maior fides adhibenda erat teſtibus fol. 97. qui deponunt, prædium da Silveirinha partẽ eſſe Reorum maioratus; præſtant namque prædicti teſtes rationem ſcientiæ, de qua deponunt, & non ſunt Reorum familiares, & tamen plenam illis non adhibeo fidem, & tantummodo ſententiam confirmarem ex præſcriptione, qua Rei nituntur, probãt enim longiſſimam poſſeſſionem, immo contrarium, & mala fides ſaltem non adeſt, quod ſufficit, ut præſcriptio procedat, ut eſt vulgare. Ulyſſipone 12. Decembris 1683. Sampayo.

231 Ego etiam ſententiam doctiſſimi Præſidis confirmandam eſſe exiſtimo, quippe reivendicare deſiderans agrum, vel fundum tanquam partem ſui maioratus, quem Reus extraneus poſſidet tanquam tertius poſſeſſor, debet principaliter probare, inſtitutorem fuiſſe dominum illius rei, ut in terminis *Menoch. conſ.* 207. *num.* 3. *& ſeq. conſ.* 704. *n.* 2. *& ſeqq. conſ.* 740. *num.* 13. *Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *n.* 5. *Maſcard. de probat. concluſ.* 777. *num.* 5 *Peregr. de fideicomm. art.* 44. *num.* 6. *in fin.* 14. *& 26. cum multis Fuſar. de ſubſt. q.* 616. *n.* 4. quia ita expoſtulat natura actionis reivendicationis, *L. in rem actio, L. officium ff. reivendicat. Mareſcot.* 1. *var. cap.* 85. *à num.* 1. *Barb. in L. ſi alienam num.* 74. *ff. ſolut. matr. Mend. à Caſtr.* 1. *p. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 1.

Ideo cum in noſtra hypotheſi illuſtriſſimi 232
Actores reivendicare deſiderent fundum, de quo agitur, tanquam partem ſui maioratus, quem illuſtriſſimi Rei extranei poſſident, ut pote rertii poſſeſſores, debebant principaliter probare, inſtitutorem fuiſſe dominum præfati fundi, quoniam ita expoſtulat natura actionis.

Sed inſpectis actis, & teſtibus ſemel, atque 233
iterum ſedulò examinatis minimè probant, inſtitutorem fuiſſe dominum hujus fundi, quare deficiente probatione dominii, Rei veniunt abſolvendi: & ſi teſtes non poſſent de propria ſcientia teſtificari, quia factum eſt adeo antiquum, quod memoriam hominum ſuperat, tunc deponere debebant famam eſſe, quòd fundus contentionis fuit illius quondam inſtitutoris, probatio hæc utilis, & efficax erat, quia in his, quæ memoriam hominum excedunt, per famam probatio ſufficiens eſt, *Peregrin de fideicõmiſſ. dict. art.* 44. *num.* 17. *Mantic. dict. tit.* 6. *num.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 778. *num.* 3. cum pluribus *Fuſar. de ſubſt. q.* 618. *num.* 22. igitur cum teſtes neque de fama deponant, nullatenus dominium inſtitutoris probatur, neque etiam deponunt per famam, fundum fuiſſe in bonis illius; & licèt aliqui Actorum teſtes deponant, ſe publicè à perſonis antiquis audiviſſe, fundum contentionis ad eos pertinere, & partem eſſe alterius prædii vinculo maioratus obnoxii, attamen ex ſuis dictis non reſultat plena probatio famæ, cum verificari poſſint in una, duabus, vel tribus perſonis, ut tenet communis opinio, quam explicat *Fuſar. dict. q.* 618. *num.* 24. & eleganter oſtendit ſapientiſſimus Dominus in ſua doctiſſima deliberatione. Ulyſſipone 30. Decembris 1683. Quifel.

Et quando bona dicantur de maioratu, & 234
probentur eſſe illius, & de illorum identitate, & recuperatione, dicendum eſt, quòd cum bona præſumantur libera, & non ſubjecta vinculo maioratus, ut multis diximus *Forenſ. reſol. cap.* 4. ad hoc ut bona de maioratu

ratu dicantur, debet de identitate constare plene, & concludenter, & debet fieri specifica ab eo, qui identitatem allegat, & per signa, & demonstrationes certas, & infallibiles, non vero per vagas, incertas, communes, aut generales, ut eleganter consuluit *Corneus cons.* 111. *num.* 14 *vers. secus videtur lib.* 1. *Ludovic. dec.* 455. *num.* 10. *& ibi Add. Beltramin. Rot. Roman. dec.* 295. *num.* 8. *& 9. p.* 1. *in recent. Farin. Surd. cons.* 235. *n.* 17. *& seqq.*

Et quando concurrunt plures demonstrationes, non sufficit, quod probentur aliquæ ex illis, & si deficit individualis, & magis specifica, non attenditur probatio, ut in exemplo *Gloss. in L. si quis fundi vocabulo ff. leg.* 1. *Scholio* 2. quæ docet, *quod si qualitates fundi concordant cum re, de qua agitur, illæ qualitates potius attendantur, quam vocabulum loci, seu fundi Surd. d. cons.* 235. *n.* 20. *&* 21 & ideo dixit eleganter *Dec.* 91. *& cons.* 500. *num.* 3. *quod sola mensura, vel numerus mensuræ non probat identitatem, & Cravet. cons.* 198. *num.* 2. inquit, *quod licet probata qualitate, quæ convenit rei, dicatur probata identitas, hoc tamen restringitur, ut non procedat, quando demonstrationes possunt convenire aliis rebus, quia ut probent identitatem necesse est, quod conveniant rei, de qua agitur. Aflict. dec.* 13. *Magon dec.* 2. *num.* 2. *num.* 10. *Cornaz. dec.* 7. *numer.* 4. *Tusch. verb. identitas concl.* 3. *&* 4. *Mascard. concl.* 874. *num* 10. *&* 11. *Faber. in Cod. Fabrian. lib.* 4. *tit.* 14. *de probat. defin.* 34.

Unde merito resolvit *Alex. cons.* 34. *lib.* 2. *num.* 3. *&* 5. quod in hac materia testes debent deponere expresse, & in specie de identitate, & reddere plenas, & sufficientes rationes suæ depositionis, adeo, ut licet dicant: *Se credere, quod res sit eadem*: immo etsi addant, *se pro certo credere*, nihil probent iuxta *text. in cap quoties captam ex literis de testib. Tusch verb. testis concl.* 182.

Neque etiam quãdo dicunt se videre possideri, quia hic deponendi modus minimè probat identitatem, dominium, nec civilem possessionem, quia adid probandum requiritur, quod probetur causa vera, & titulus habilis ad acquisionem, & non sufficit articulare, & probare, quod tenuit, & possedit rem, ut per hæc verba inquit *Alex. cons.* 98. *col. penult. vol.* 2. *& cons.* 24. *n.* 13. *vol.* 7. *& cons.* 182. *col.* 2. *eod. vol.* de qua re *Farin. de testib. q.* 69. *n.* 6. *&* 10.

Atque ita debet probari identitas concludenter ab allegante ex dictis.

Quia non præsumitur talis identitas, *L. plane* 34. § 1 *ff. leg.* 1. cum aliis *Sous. de Maced. dec.* 38. *num.* 1.

Et ideo debet probari, aut ex confinibus, aut ex demonstrationibus aliis, *Glos. in L. si quis fundi vocabulo verb. nominaverit ff. leg.* 1. *Bart. in L. demonstratio q.* 7. *num.* 24 *ff. cond. & demonstr. Roland cons.* 67. *num.* 15. *Decian. cons.* 109 *num.* 1. Ubi etiam, quod si non ostendatur alia proprietas cum eisdem demonstrationibus, præsumitur pro identitate, *Paul. de Castr. cons.* 193. *in princip. & cons.* 298. *num.* 1. *lib.* 2. *Sylvan. cons.* 57. *num.* 14. *Farin. in fragm. lit I. num.* 52. *& 59. optime Menoch. cons.* 704 *sub num.* 7. *vers. primo* demonstratur, *Decian. cons.* 27. *num.* 12. *& 16. lib.* 3. 240

Atque ita si non probentur, hæ identitates, & demonstrationes, non potest dici bona esse maioratus, aut fideicõmissi, *Torre de pact. fut succes. dec.* 227. *num.* 3. & si probentur, dicuntur de maioratu, ut si probetur identitas ex divisione, *Torre de pact. fut succes. dec* 50 *n.* 4. *& dec.* 85. *n.* 9. 241

Et etiam probatur identitas, quando quis possidet bona in loco, ubi possidebant ascendentes ab eo, à quo possessor habet causam, *Torre sup. dec.* 72. *num.* 13. *& dec.* 82. *n.* 24. Quod probatur ex possessione aliorum bonorum in loco. 242

Justificatur etiam ex cõfessione partis petentis bona, ut maioratus, aut uti talia, *Torre supra dec.* 72. *num.* 14. *& num.* 16. quod probatur ex assertione judiciali, *& dec.* 85. *num.* 4. quod probatur ex inventario, *& n.* 10. ex divisione, *& dec.* 86. *num.* 2. Quod probatur ex adnotatione in ejus bonis, & per divisionem ab eo factam, *& n.* 5. quod probatur ex æstimo Civitatis. 243

Et quando res est antiqua, identitas est difficilis probationis, *Bald. in L. Theopompus ff. de dot. præleg. n.* 4. *in fin. Decian. respons.* 74. *n.* 16. *lib.* 5. 244

*fazer sempre boa a dita venda, e escritura della, e se prova do escrito fol. 70. em que para maior firmeza não só assinou o dito vendedor mas sua mãy, e pay, e depoem as testemunhas da R. que o dito vendedor se obrigára a haver Provisaõ de subrogaçaõ para mais segurança da dita venda. Mostra se comprar a R. e seu marido Gonçalo Vaz Coutinho as ditas casas aos herdeiros do dito Vigario, e passarlhas com a mesma obrigaçaõ, e condiçaõ, que as havia comprado ao dito Gaspar de Faria Severim, de quem o A. foy herdeiro, e successor do dito morgado. Provase, que as casas da contenda eraõ limitadas, e de pedra, e barro, e por estarem junto de outras da R. tanto que as comprára, as mandára derribar, e edificar outras muito nobres, que valem mais de seis mil Cruzados, ficando todas unidas, em que naõ póde haver commoda divisaõ sem grande ruina das casas da quinta da R. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposiçaõ de Direito, e mais commum opiniaõ dos DD. da melhor nota, e se provar ser o A herdeiro do dito seu avó, primeiro vendedor, em muito consideravel fazẽda que annexou ao dito morgado com que o ficou accrescẽtando em muita utilidade do dito Autor, e de seus successores, e vista a boa fé com que a R. está de posse das ditas casas, e titulo de venda dellas á vista, e presença do mesmo primeiro vendedor, sem a contradizer, antes approvando as obras, que nella se faziaõ, consta que o A. ficou herdeiro do dito seu avó na maior parte de seus bens, e como tal naõ poder contravir a venda pelo dito seu avó celebrada, e naõ ter auçaõ para a impugnar. Absolvo a R. do contra ella pedido pelo A. e o condemno faça boa a venda destas casas, e escritura della á R. na fórma do escrito do dito seu avó, e haja Provisaõ de subrogaçaõ para validade do dito contrato a respeito das partes hereditarias, q̃ a elle, e aos mais coherdeiros tocarem. E pague outrosim as custas dos autos Lisboa 23. de Março de 1673 Antonio Lobo de Torneo.*

A qua sententia fuit gravamen interpositum, & fuit confirmata, fundata in deliberationibus sequentibus. 439

Satis, abundeque elaboratum est per doctissimos patronos in re tam parvi momenti, ut per oculorum inspectionem satis nobis visum fuit, in facto nulla est dubitatio, fatetur namque in loco controversiæ, extare duas domos, parvulamque vineam pertinentem ad maioratum A. domosque fuisse totaliter destructas, nobileque ædificium à primis fundamentis instructum, vineamque partim fuisse cõmixtam cum alia R. partimque relictam infructiferam extra muros R. hoc satis, abundeque probatum extat; & per vocatas in oculorum inspectione plenarie dictũ fuit præsentibus partibus, seu illorum procuratoribus: denique in maioratu A. quamplurimas melioratione factas ab illius avo, originario vẽditore, confessum fuit, præsente scriba, & testibus per A. qui recusavit inspectionem faciendam in prædictis melioratio-nibus A. sic præmissis in facto ad jus sermonem dirigamus.

Nemo juris peritus ignorat maioratuum prohibitionem circa bonorum venditionem, & alienationem, darique nullitatem in vẽditione rei maioratus obligatæ, neque in hoc negotio necessarium est recurrere ad prohibitionem propositam in institutione, cũ maioratus per se, & de jure hanc habeat prohibitionem, quare cum constet, bona, de quibus contenditur, esse maioratus, recte sequitur venditionem fuisse nullam, posseque A. reivendicare à quocumque possessore. 440

Utique etiam indubitale apparet apud hostrates, secundum Regiam sanctionem, nullitatem induci in venditione, ob non solutã gabellã, de qua solutione in præsenti non constat, quare videtur dicendum ex prædictis fundamentis esse revocandam nostri meritissimi præsidis sententiam, ut A. instanter proclamet in suis ratiocinationibus, in quibus, plurima cumulat, quæ passim videri possunt. 441

Pro sustinenda vera sententia quamplurima affert R. & quamvis fateatur bona controversa esse maioratus, A. tamen sustinendam esse venditionem, tenerique A. illam servare tanquam hæredem Avi, quamvis solummodo hæres sit pro portione hæreditaria, & illa controvertitur quæstio, utrùm hæres, & simul successor possit reivendicare rem venditam à maioratus possessore, & pro utraque parte plurima à DD. proponuntur, quæ maximam constituũt dubitationem, ut ex allegatis in perorationibus videri potest, quas non recenseo, ne dicta transcribam, & in illorum controversia, si meum licet interponere judicium; puto negantes venditionis firmitatẽ loqui, casu quo ex parte maioratus aliquod resultat incommodum, & ad minus commodum non resultat, cum per nostram Regiam sanctionem non possint vendi bona maioratus, nisi interveniente ipsius maioratus interesse. At vero casu, quo datur utilitas ex parte maioratus, tunc procederet doctrina illorum, qui constituant talem venditionem, quare totum hujus machinæ pondus consistit in scrutanda utilitate ex parte maioratus, seu incommodo.

Dari nullitatem ex parte maioratus nobis patescit, quia bona, de quibus contenditur, 443

sunt

ſunt ſeparata à maioratu A. intermediatque via publica,& maxima datur diſtantia;neque proinde bona ſunt inter muros maioratus A. imo potius ſunt contigua cum vinea R. & domus præmixtæ cum R. quare commodum reſultat A. & R. in ſuſtinenda venditione A. quia poſſunt ſubrogari meliorationes ab Avo factæ intra muros illius maioratus, & jam apparet utilitas Deinde cum vinea A. vendita ſit inſeparabilis à vinea R. poteſt diſfrutari ex vinea R. quod non fiet in bonis ſubrogatis intra muros ipſius A. unde datur utilitas ex parte A.deinde ob rixas bona violenter venduntur, ut tritum eſt in jure; Principis namque & Reipublicæ intereſt rixas vitare. Si bona ſint cõmixta,quotidie rixæ extabunt, unde commodum reſultat A. in venditione R. facta, & nullum ſibi præſtatur incommodum, quia bona vendita ſunt parvi momenti,& nil boni in illis continetur;unde jam nobis videtur teneri venditionem præcipue cum ex parte R. maxima detur utilitas, quia ædificium nobile videtur ædificatum,& non poteſt commoda dari de vitio, quin tale deſtruatur ædificium: ſubintratque in hoc caſu non ſolum utilitas privata R.ſed Reipublicæ, intereſt namque Reipublicæ, ædificia habere ſublimia, ut notum apud omnes videtur, & ne iſta deſtruantur, quamplurima conceduntur in jure, deinde jam non appareret, neque apparere poteſt forma antiquorum ædificiorum, unde datur impoſſibile, ut noviter fiat res, ſicut antea erat, deinde plurimi ſunt caſus, in quibus maioratus poſſeſſores coguntur vẽdere res maioratus ſubrogatas in aliis rebus, unde in hoc caſu per vim fieri poteſt venditio: ulterius, venditio conſtat ex domibus, ſubrogatio conſtat ex melioratiõnibus in vinea A.unde jam apparet utilitas ex qualitate bonorum, ulterius R. maxima datur utilitas, A. nullum præſtatur incommodum, unde ſubintrat regula illa; quod tibi non nocet, &c. Utique difficultas propoſita ex conceſſione Principis nil inducit, cum R. efferatur ad illius conceſſionem obtinendam, quare per ea quæ inſpicimus,& conſtito quod A. meliorationes habeat ab Avo conſtitutas, in quibus bona libera habet ipſius Avi, in quibus dari poteſt ſubrogatio, ſententiam confirmarem,quin obſtet nullitas ex gabella inducta, quia conſtat venditorem fuiſſe commendatarium, emptoremque Sacerdotem,unde Gabella neque ex una,neque ex alia parte debetur, quare rejecta hac allegatione teneat noſtri meritiſſimi Præſidis ſententia,& teneat venditio,obligetur tamen R. ad proviſionem Principis conſequendam, ut teneat ſubrogatio. Ulyſſipone 20. Novembris 1673. Doctor Carvalho.

Quamvis facto teſtatoris ſtare teneatur hæres, maioratus ſucceſſor illum inſtituentis leges ad unguem obſervare,& bona vinculata non ſolum conſervare, ſed meliorare. Illuſtriſſimus Actor in hac hypotheſi duarum perſonarum vices gerit, hæredis nempe, & ſucceſſoris defuncti, & ita ut hæres facto ipſius ſtare tenetur,ut ſucceſſor non utique: his ita prænotatis inter hæredem & ſucceſſorem alia non parva datur differentia. nempe quod hæres per aditionem, aut immixtionem dominus efficitur,ideo facto hæredis, quem repræſentat, ſtare tenetur. Succeſſor vero non niſi adminiſtrator tantum bonorum maioratus,hacque ex cauſa facto alterius adminiſtratoris regulariter ſtare non cogitur. Ex quo fit planum, quod licet pater, vel alius aſcendens maioratus adminiſtrator aliquid ex ipſo alienet, nunquam ut Dominus,ideſt vitus facere. 444

His ita prænotatis cum ad deciſionem procedere voluiſſem, aliud inſurgens dubium ſuſpendit greſſus meos,advertendo, quod illud tãtum factum dicitur, in quo nil ſupereſt agendum, & in facto, de quo agimus, & ad quod prætenditur, ut teneatur Actor ſicut hæres, aut ſucceſſor defuncti venditoris, notandum eſt, quod uſque nunc in illa venditione domuum quidquam actum eſt, quod actum dici queat,neque actus nomen mereatur, ſiquidem venditio illa rei maioratus, ut venditio nulla erat, & ut ſubrogatio inutilis, & inefficax, debebat namque ante omnia Principi per ſacrum Tribunal licentia peti ad ſubrogationem faciendam declarando rem, quæ à maioratu diſtrahi prætendebatur, & illam, quæ in ejus loco ſubroganda erat, ut præcedentibus informationibus conſtito de utriuſque rei valore,& de maiori utilitate, & convenientia maioratus, accedenteque immediati ſucceſſoris placito, & notitia,informatus valeret Princeps petitam licentiam ad ſubrogationem concedere, quæ omnia cum defeciſſẽt, & Senatus noſter ea ſupplere non valeat,& abſque dicta præambula licentia,nil quod decidatur aliquem effectum habere poſſit,resque in primævo ſtatu conſideratur, non auderem ego, quin prius dicta ſubrogationis diligentia fiat,quidquam in hac materia decidere, & minus ſicut præcedens ſap. D. jubet aliquem ex contendentibus cogere ad dictam ſubrogationem licẽtiam impetrãdam ex poſt facto, quæ ſi tamen adepta fuerit,tunc poterunt acta ad nos reverti, in hac namque quod ex voluntate Principis pendet, non eſt noſtrum quidquam judicare, quando ſententia ſuper re certa cadere debet. Ulyſſi- 445

pone

pone 6. Decembris 1673. Oliveira.

446 Petitæ ædes venditæ proponuntur fol. 70. ea tamen declaratione, ut ex testibus elicitur, quod cum essent vinculatæ ad perfectionem, venditionis consequeretur ab invictissimo Principe subrogationis diploma,& cum hoc deficeret, venditorque decederet, quæritur, an maioratus successor illustriss. A. sit, & hæres venditoris, teneatur stare conventioni,ut consequuto diplomate venditio perficiatur.

447 Et certe si aliud non obstet secundum juris dispositionem in serie proposita indubius tenerem, quod successor tenebatur minime stare conventioni, nec patientiam præstare ad consequendum regalem assensum,ut venditio consumetur.

448 Nam cum maioratus bona ex sui natura sint inalienabilia sine Principis assensu, facta alienatione sub spe consequendæ regiæ licētiæ invenitur contractus conditionalis, immo & nullas ante beneplacitum consequutum,& poterat pars ipsa, quæ contraxit, pœnitere, ut in specie resolvit *Molin. lib. 4 cap. 3. num.* 48. latè *Salgad. in labyrint. p. 1. cap. 33. num.* 21. *& 2. p cap.* 21. *num.* 40. *Mier. de maior. 1. p. q. 2. num.* 48. *Barb. lib. 3. vot.* 126. *num.* 68.

Ergo á fortiori, si successor mortuo alie-
449 nante nolit alienationi stare, non est cogendus,quia cum ille contractus alienationis per mortem alienātis resolveretur, cum deficiat alienantis voluntas per ipsius obitum, illa enim voluntas debebat concurrere confirmationis tempore, cum propter nullitatem, & prohibitionem confirmetur,prout ex nūc, non verò prout ex tunc, & cum hoc tempore defuerat voluntas, assensus regalis postea adeptus non potest sine successoris voluntate aliquid operari, cum non inveniat actum confirmabilem,deficiente illo tempore partis consensu, & ita simpliciter resolvit *Molin. lib. 2 cap. 7 num* 20. *melius Salgad. d. cap.* 33. *á num* 20.

450 Neque moveor ex eo, quod illustriss. A. hæres sit alienantis,& qua talis stare teneatur alienationi à defuncto factæ de rebus maioratus, ut plures communiter autumant, sed contraria sententia mihi solidioribus nititur fundamentis,& in praxi receptior, ex *Valasc. cons.* 69. *Molin. lib* 4. *cap.* 1. *num* 30. & fortasse quia A. pro parte tantum hæres extitit, & quando ut hæres non possit contravenire alienationem pro parte, qua extitit hæres, pro aliis non prohibetur, ex his quæ not. in *L. cum à morte per text. ibi Cod. reivend.* ¦ *Pat. Pinheiro de emph. disp. 5. sect. 3. numer.* 73. Et licet ex parte D. Reæ replicetur Actorem plura bona, & augmentum in vinculo recepisse à defuncto, non tamen ostenditur,quod habeat ultra quod jure deberetur ex annexationis obligatione.

Hæc sane in pūcto juris videtur verissi- 451
ma,& si aliud non obstare, ut supra tetigi, bono jure nitebatur A. non conveniunt tamen casui præsenti,nam in præsenti tumus in alienatione rei maioratus,quæ postquam extitit,licet non aliter facta,pervenit ad casum, quo vindicari nequit.

Nam ædes contentionis post primam, & 452
secundam venditionem à primis fundamētis diruæ fuere,& confusa extitit area cum fundo R. & in utroque sit fabricatum à R. nobile ædificium, sine eo quod remaneret vestigium aliquod antiquæ alienatæ domus, itaut sit difficile, seu penes impossibile post utriusque areæ confusionem cognosci, & discerni quo dividerentur, ut ex inspectione oculari mihi liquida innotuit; unde cum ædes devenissent ad casum, quo non solum amitterent formam per totalem destructionem, sed immo ad statum, quo illarum area cognosci valeat,certe in hoc casu cessant supra positæ juris dispositiones, cum illæ obtinere debeant suppositis terminis habilibus, quando ipsa res remansit in suo statu,& cognosci facile valet, ut restituatur, secus tamen si cognitio ad separationem sit impossibilis, cū tunc neque interrogati consulti aliter decidерēt, *ex text. in L qui testam. 20 ff testam.* ibi: *Si aliud eos nihil impediat*, *L. ut gradatim ff. munerib. & honorib.* Et si de hujusmodi casu non sit jure cautum, cum neque omnes comprehendi legibus valerent, ut inquit *Julian. in L. neque leges* 10. *ff. de legib.* oportet tamen, ut interpretatione secūdum quod lex in illo disponeret, decidatur *ex L. & ideo* 11. *ff. eod tit. L.* 2 *ff. const. Princip.* Quod fortius adstruitur,quia cum nobile R. ædificium attingat illam partem areæ, in qua ædes contentionis erant, non possent ædes, seu area separari sine dāno maximo novi nobilis ædificii, ut plene apparuit in oculari inspectione, atque secundum ius, quando divisio rei dividuæ non potest fieri sine damno, & incommodo subjecti, redditur res indivisibilis, & ad æstimationem devenitur ex eleganti *Pompon dec. in L non amplius § fin.* ibi: *Quæ sine damno divisio earum fieri non potest, æstimatio ab hærede omni modo præstā da est ff. de leg.* 1. *& bene Cujac. in L.* 23. *ff eod. tit. Castrensis in d § fin n ult. Ripa de dividuis, & individ. sect. 6 n.* 105.

Hinc procedit,quod in judicio famil.erciscund. fit in divisibilis hæreditaria, quæ sine damno dividi nequit, & circa æqualitatem 453
servan-

ſervandam non ſolum de jure communi cautum eſt, ut per *Valaſc. de part. cap. 22. â n. 6.* ſed de jure Luſitano, ut per *Ord. lib. 4. tit. 96. §. 5.* Sic enim providerunt cauti legislatores circa commoditatem hominum;& in præſenti fortiori cum ratione ſtatuerunt, ob favorem ædificiorum, ne deformaretur aſpectus, eum ne ob id ne demolirentur, varias evulgarunt leges, ut *in L. 2. Cod. ædif. privat. & in L. 2. § ſiquis à nemine ff. damn. infect. L. fin. ne quid in loco publico.*

454 Præcipue cum facta comparatione damni, quod ædes nobiles ſuſtinerent, ſi deſtruerentur ad diviſionem cum damno, quod pareretur Actoris maioratus, ſi non reſtituerentur ædes, ſine dubio evidenter pateſcit multo maius ſuſtinere debere nobiles ædes, ſi ſeparentur, quam maioratus, cum ædes antiquæ partis eſſent valores, ut ex pretio, & illarum parvitate liquet, & cũ utilitas maioratus poteſt ſuppleri per ſubrogationem alterius rei æque bonæ, ſeu melioris, quæ ſubrogatio in ædibus novis dari nequit; neſcio ſane, quo jure vendicari ædes valeant cum deſtructione aliarum, juxta *regulam quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, de facili eſt concedendum, Bart. in L. & pupil. ff. de rerum diviſione per text. in L 2 §. item Varrus ff. aqua pluvia arcend. Menoch. de arbitr. caſ. 237. n. 19.*

455 Accedit, quia ſi ædium reſtitutio fieri deberet, deberent reponi in antiquo, & humiliori ſtatu, quo antea erant, & tunc dabitur confuſio circa formam antiquam, quod quidem eſt vitandum, eo vel maxime, quia per adquiſitionem novæ ſentẽtiæ fierent individuæ, ut cum *Tiraq. & Jaſone notat Ripa de individ. ſect. 22. num. 54.* Tandem quia per ædes detegeretur hortum Reæ, & alia penetralia domus ſuæ, & hinc diſſentiones poſſent eo iri, & oportent vitari ad vulgaria.

456 Ex quibus Ego quoad ædes libenter convenio, quod Actor illas vindicare nequeat, immo teneatur patiẽtiam præſtare ad conſequendum ſubrogationis diploma, anteaque fileat vendicatio; quia licet voluntas ſucceſſoris ſit neceſſaria ad aſſenſum illum, neceſſitas conſiderata urget, ut conſentire jubeatur.

457 Quoad hortum maius eſt dubium, cum in eo ceſſent fortiores rationes in ædibus conſideratæ, & diviſio parum minusve ſine damno conſiderabili fieri valet; licet iam ſit cõmixtum cum horto Reæ, attamen quia terrula eſt parvæ latitudinis, & neque A. illuſtriſſimus ſine ædibus illam vellet, unde ego deliberarem, quod hortum ſequatur eandem fortunam ædum, cum ilis ſit annexum, niſi alia aſſeratur maior ratio. Ulyſſipone 11. Decembris 1673. Doctor Freire.

Deinde poteſt allegare, & opponere con- 458
tra reivendicationem, & dicere Actorem non oſtendere inſtitutionem originalem, & non ſufficere exemplum abſque juris requiſitis, ac etiam nõ probari bona eſſe maioratus ſufficientibus conjecturis, ſed potius bona diviſa fuiſſe in partitionibus, ut judicatum fuit in cauſa ſequenti unius mei conſanguinei amãtiſſimi Emmanuelis Pegas de Vaſconcellos, de qua *cap. 6. n 10.*

Poteſt etiam opponere, ſi agatur de jure 459
de futuro, non poſſe agi de reivendicatione ab illo, cui poſt poſſeſſoris mortem ſucceſſurus eſt, ut multis rationibus reſolvunt *Molin de primogen. lib. 3. cap. 14. num. 17. & ibi Addentes, Flores ad Gam. dec. 6. num. 6. Pereir. dec. 129. num. 1. Caſtill. lib. 5. contr. cap. 93. §. 14. num. 7. & 19. Valaſc. conſult. 184.* ex rationibus de quibus *Valeron. de tranſact. tit. 2. q. 2. num. 2. & ſeqq.* Et judicatum fuit in cauſa Bernardi Orfaõ contra Ambroſio de Meirelles, Eſcrivaõ o da Coroa anno 1637. & 1678. in cauſa Vicecomitiſſæ de Fõte Arcada, cum Henrique Jaques, apud eundem Notarium.

Niſi ſit lis ſuper libertate bonorum, vel 460
ultimus poſſeſſor tamquam libera alienare cœperit, quia tunc hac materia poteſt maioratus futurus ſucceſſor agere non obſtante hac allegatione Rei conventi per reivendicationis actionem, quia tunc agi poteſt etiam in vita poſſeſſoris de reivẽdicatione eo invito, ut reſolvuntur *Molin. d cap. 14. num. 32. & ibi Addentes*, ſequitur *Guterr. conſ. 13. n. 1. Garcia de nobilit. gloſſ 47. num. 14. & 16. Valaſc. conſult. 184. num. 10. & 11. Seſſ. dec. 115. num. 53. & 80 Font anell de pact. nupt. clauſ. 4 gloſſ 9. p. 5. num. 27. Paſc. de virib. patriæ poteſtat. 4 p. cap. 10. num. 34. Caſtill. d. cap. 93 §. 14. num. 24.* ex rationibus, de quibus *Valeron. de tranſact. tit. 2. q. 2. n. 15. & ſeqq. Larrea dec. 38.*

Vel etiam quando in inſtitutione detur 461
prohibitio expreſſa non alienandi, quia tunc ſtatim ſit locus ſequenti ſucceſſori, & poteſt revocare alienationẽ, & vita poſſeſſoris alienantis reivẽdicationem intẽtare contra poſſeſſorem, ut eſt *textus in L. cum pater 77. §. libertis ubi gloſſ. & Bartol. ff. legat. 2. L peto 69 §. fratre ff. eodem, Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. num. 32. & lib. 4. cap. 1. num. 4. Fuſar. q. 554. num. 6. Phæb. 1. p. dec. 6 num. 8.* Niſi fuerit alius conſanguineus propinquior, quia tunc non admittitur contra alienationem remotus, ut judicatum fuit in cauſa Bernardi Orfaõ contra Ambroſio de Meireles;

reles, anno 1637. apud Notarium Coronæ de qua sup.

462 Potest etiam Reus conventus allegare Actorem reivendicantem esse hæredem ultimi possessoris alienantis,& non posse admitti,ut multis citatis *ex L cum à matre Cod. de reivendicat.* tradit *Molin. de primogen. lib. 4. cap 1.num. 16 20. & seqq & ibi Addentes, Fusar q 557 num 1.& 3 Virgil de legitimat. personæ cap. 12.n. 14 Cyriac. contr. 160. n. 86 cum seqq. & contr. 303. num. 6. Cald. de renovat. q. 16. num 33 Mier de maiorat 4 p. q. 16. n 33.* cum multis *Valeron. de transact. tit. 4 q 2. num. 40. usque ad 46. Roxas de incompatibilit. maiorat. p. 5 cap. 6. n. 13.*

463 Sed Actor reivendicationis potest replicare contrariam sentẽtiam esse veriorem, judicatum fuit in causa, de qua supra 283. & in sequenti.

464 No feito de Roque Archioli de Vasconcellos contra o Capitaõ Diogo Fernandes Branco, Escrivaõ Antonio de Siqueira da Gama, se deo a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello do A Roque Archioli de Vasconcellos,cõtrariedade do R Diogo Fernandes Branco, mais artigos recebidos. prova por hũa, e outra parte dada, testamentos, certidoens, e mais papeis, e documentos juntos. Mostrase Simaõ Achioli visavo do A. fazer morgado dos bens da sua terça, na qual succedeo seu filho Francisco Achioli, e a elle Zanobrio Achioli, os quaes ambos fizeraõ tambem morgado de suas terças annexandoas ao dito Simaõ Achioli com a mesma vocaçaõ, e successaõ, e mais condiçoens declaradas nos ditos testamentos Mostrase que na partilha, que se fez dos bens de Simaõ Achioli serem dados em pagamento da terça a metade da casa, aonde vivia, e a metade do engenho, sito tudo na Rua dos Ferreiros, detraz da Igreja de S. Sebastiaõ, e a outra ametade das ditas casas, e engenho aconteceo tambem no pagamento das terças, e mais bens, em que instituiraõ morgado Francisco Achioli, e Zanobrio Achioli. Mostrase possuir os ditos bens Zanobrio Achioli, e fazer tambem morgado de sua terça, como dito he, annexado ao dito morgado, e ficarem assim as ditas casas, e engenho sendo de morgado, e como taes nelles seu filho Dom Francisco Achioli. Mostrase, que estandoos assim possuindo, as vendeo o pay do R. sem declarar serem de morgado pela escritura feita em trinta de Junho de 1634. e em 10. de Dezembro de 1635. fazerse outra, declarãdo serem de morgado com pâcto de retro, por preço de tres mil Cruzados. Mostrase o dito Francisco Achioli fazer petiçaõ a Sua Magestade, narrandolhe ter feito a dita venda pelas ditas casas estarem para arruinar, e naõ ter possibilidades para as reparar, nem reedificar e arruinando ser em muita perda total do dito morgado, e outrosim de immediato successor seu filho D. Antonio de Roxàs, para póderem requerer o morgado de Lãçarote, a quem competia, e naõ ter possibilidade, celebrára o preço da dita venda para os gastos da dita demanda, aonde fora assistir na Corte de Madrid, e precedendo informaçaõ, assim do Juiz das Capellas da Cidade de Lisboa, como do Juiz dos Residuos desta Ilha, e ouvido o immediato successor, e os mais descendentes, por naõ terem duvida a se fazer a dita venda na dita fórma pelos ditos respeitos foy o dito Senhor servido confirmar por sua Real provisaõ, que anda nestes autos, a dita venda, e que naõ seraõ tiradas ao dito comprador, nem a seus herdeiros, sem se lhe pagar o preço dellas, e mais bemfeitorias, que nas ditas casas tivesse feito. O que tudo visto, e o mais dos autos, e como se mostra o estado das ditas casas, e engenhos, estarem para arruinar, e o engenho já feito pardieiro, e totalmente arruinariaõ, se lhe naõ acudissem, como a pay do R. acudio fazẽdo nellas muitas bemfeitorias, e a despeza que da dita compra fez o immediato successor, viria em grande utilidade, e augmẽto de estado aos successores do dito morgado, descendentes do dito vendedor, e havendo as ditas causas uteis para o dito morgado, e seus successores immediatos, podia o Principe justamente dispensar na dita venda: e se naõ mostra, q̃ houvesse obrepçaõ nem subrepçaõ, que possa viciar a dita Provisaõ, nem o naõ ser ouvido o A que lora succeder no dito morgado, nem cousa para o poder viciar, por naõ ser necessario ser ouvido, nem seu pay que no tal tempo dizera vivo por serem transversaes, e estarem no tal tempo precedidos dos filhos do dito vendedor, que eraõ muitos, e sem direito, e a esperança ser remotissima, e basta para sua validade serem ouvidos os immediatos. Absolvo ao Reo da restituiçaõ das ditas casas na fórma que o A lhas pede, com declaraçaõ, que querendo distratar a dita escritura, pagandolhe o preço da venda, e das bemfeitorias uteis que constarem do tempo do distrato, sendo primeiro liquidadas, será o R. obrigado a distratar a dita escritura, e restituirlhe as ditas casas, e engenho, excepto a logea, e sobrado della, em que o pay do R. tem feito escritorio, que consta naõ serem do morgado, e o pay do R. os haver altos, e baixos por titulo de compra de outras pessoas, e a parte que coube em legitima a Simaõ Achioli, que tambem lha comprou, como consta da escritura junta. E poguem os Autores as custas,*

em

*em que os condemno. Funchal 20. de Junho de 1670. Pedro Barboſa.*

465 A qua ſententia fuit appellatum ad Auditorem. Ubi fuit confirmata. Poſtea vero interpoſita fuit appellatio ad Supplicationis Senatum, & fuit lata ſententia ſequens.

*Acordei, &c. Bem julgado foy pelo Juiz, e Ouvidor, em abſolverem ao R. do pedido pelo A. no que toca aos bens livres, mas no que toca aos bens do morgado naõ foy por elles bem julgado, revogando neſta parte ſuas ſentenças, cumpraſe o confirmado por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos, os quaes viſtos, e como delles ſe moſtra ſerem os bens vendidos, de morgado, e ſuppoſto houveſſe Proviſaõ para a venda com tudo naõ houve utilidade, que reſultaſſe da venda para o dito morgado, por quanto o morgado a naõ teve da venda das caſas, de que totalmente ficou deſtituido, o que nunca fora, ainda que de todo ſe arruináraõ, pois ainda lhe ficava o chaõ para poderem reedificarſe, o que naõ podia ſer, precedendo a venda, nem tambem havia utilidade da demanda do Marquezado de Lançarote, por naõ ſer dos ſucceſſores do morgado, e vir por outra via, nem eſta demanda ſe poder continuar em caſo que della reſultára utilidade ao morgado, por ſer Alvará concedido depois da felice Acclamaçaõ, e o dito morgado no Reyno de Caſtella, aonde ſe naõ podia requerer. Condemno ao R que reſtitua ao A as ditas caſas, e o A pagará ao R as bemfeitorias, que ſe acharem uteis, e neceſſarias nas ditas caſas, que ſe liquidaráõ na execuçaõ da ſentença, e no que toca ao dinheiro principal preço das ditas caſas, deixo ao R. ſeu direito reſervado para o poder haver pelos bens livres dos vendedores, que ſe acharem hypothecados na eſcritura de venda, e pelos herdeiros do defunto vendedor, ſe para iſſo lhe parecer que tem direito. E pague o R as tres partes das cuſtas, e o A. a quarta parte das cuſtas, hũas, e outras dos autos. Lisboa 28. de Janeiro de 1673. Doutor Carvalho. Velléz Cerqueira. Doutor Alvarez Coelho. Doutor Gouvea.*

466 Quæ deciſio fuit in fortioribus terminis, & præcedente facultate Regia, & in aliis multis caſibus judicatum ita fuit, & in caſu de quo *Ego ipſe forenſ reſolut. p. 1. cap. 4. n. 57. & ſeqq.* & hæc opinio eſt veriſſima, & nedum æquitate, ſed juris etiam ratione nititur, ut eleganter fundat reſpondendo ad contraria ex utroque *Pinel. Valaſc. Matienſ. Brit. Surd. Lanar. Petra, Franch. Cancer. Maſtrill. Cutelt. Fachin. Menoch. Parlador. Fuſar. Valeron. de tranſact. tit. 4 q. 2. num. 48. & ſeqq. Carvalh. in cap. Raynald. de teſtam. 2. p. num. 353. & ſeqq.* de qua re eſt videndus noviſſime *Urſeol de tranſact. q. 50 per totam, & vide ſupra n. 360. & ſeqq.*

Poteſt etiam allegare Reus, Actorem non 467
eſſe conſanguineum proximiorem, nec qualitatem requiſitam ab inſtitutore habere, nec eſſe de ſanguine inſtitutoris, prout requiritur ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* nec debere admitti, ſed potius excludi á reivẽdicationis actione, ut tradit *Gut conſ. 1 num. 45. Pereir. dec. 5.* & late dicemus *in tract. de excluſ. vel incluſ ſucceſſ. maior.*

Vel eſſe in inſtitutione expreſſe excluſum, 468
quia tunc etiam excluditur à ſucceſſione, & reivendicationis actione, ut tenet *Geovanon. conſ. 1. num. 34 lib. 1. & conſ. 2. num. 5. & 24.* Excluſus non habetur, ac ſi enim exiſteret, *Geovanon. d. conſ. 1. num. 34 ex L. ſuus hæres Cod. repud. hæred. Reminald conſ. 31. num. 44. tom. 1.*

Paria enim ſunt à nemine præcedi, vel ab 469
eo, qui non poteſt ſuccedere. *Surd conſ 517. num. 19. Molin. de primog lib. 1. cap. 9 n. 29. Caſtill. tom. 3. cap 15 num. 46. Giurb. de feud. §. 2. gloſſ. 4. num. 10. Noguerol alleg 23 num. 173. Altograd conſ. 13. lib 2. n. 33. & 35. Valenz. conſ. 83. n. 126.*

Atque ita optimo jure excluditur actor à 470
reivendicationis actione, quia cum non poſſit ſuccedere propter excluſionem, non conſtituit lineam, neque gradum, ad hoc enim requiritur capacitas, & ſuccedendi potentia, *Cap. 1. de ſucceſſ. fratr. Molin de primog. lib. 3. cap. 5. num. 34. & 37. Menoch. conſ. 1082. num. 13. Paz de tenut. cap. 35. num. 11. Caſtill. tom. 6. cap. 168. num. 15. & 18. Larrea dec. 53. n. 23. & 24. & Nos late diximus ſupra. & dicemus infra.*

Poteſt etiam Reus opponere non conſtare de probatione dominii ãteceſſoris per alia documenta ultra inſtrumenta emptionis factæ ab eo, prout tenent *quos allegavimus forenſ. cap. 5. num. 54. & in noviſſima impreſſione,* & non habet dominium bonorum, ſed ille ex emptione, quia tunc habet Reus pro ſe præſumptionẽ, & requiritur plena dominii probationẽ, licet Actor alleget diviſiones, aut emptiones, quia tenetur probare plene res fuiſſe in bonis, & dominio Inſtitutoris, qui illa reliquit, alias venit Reus abſolvendus, ut multis tenet in ſpecie *Vella diſſert. 46. num. 3. 4. 5. & 6. & ultra eos Cyriac forenſ. contr. 204. n. 3. & 4. & dicemus infra.*

Poteſt etiam opponere Reus contra rei- 471
vendicationem intentatam à ſucceſſore maioratus, validum eſſe alienationem, quia facta fuit cum facultate regia, ut diximus *in commentar. ad Ord. tom. 2. ad § 39. & etiam tom. 7.*

*ad tract. Regiminis Senat. Aulici cap. 31. & seqq.* Sed actor potest replicare, deficere solemnitates, de quibus ibi diximus, & facultatem esse nullam & tunc non obstante facultate est admittendus ad reivēdicationem, licet sit proprius contrahens, & etiam quando accepit aliquam quantitatem pro contractus celebratione, ut judicatum fuit in causa Dorotheæ Conforte, de qua statim, vel etiam, quod possessor erat intrusus, & putativus, quibus in terminis non habebat locum alienatio etiam præcedente facultate Regia, ut ex *Noguerol. Paz & aliis* tenet *Olea de cess jur. & act. tit. 5 q 9 num 8 late Valeron. de transact. tit. 4 q 6. per tot.* Ubi multos refert. Et judicatum in causa sequenti, de qua proxime.

No feito de appellaçaõ de Francisco Caldeiraõ da Veiga, contra Dorothea Conforte, Escrivaõ Manoel Ferreira de Lemos, se deo a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, &c. Nelles se trata da nullidade, ou reciſaõ de tres contractos, primeiro, o arrendamento de tres nove annos das casas grandes; segundo, o emprazamento das casas pequenas; terceiro, do emprazamento do Jardim. E deferindo por sua ordem quanto ao primeiro das casas grandes. Julgo, que naõ tem lugar, nem se deve annullar o dito arrendamento com o fundamento de serem as ditas casas de morgado; por quanto para o tal arrendamento, se impetrou a proviſaõ necessaria, assinada pela maõ real, precedendo a informaçaõ do Ministro, a que foy cometida, e com consentimento do immediato succeſſor: e pelo theor da mesma Proviſaõ se mostra, que foy o Principe plenamēte informado das clausulas da instituiçaõ, e de todas as mais circunstancias, e assim se presume, maiormente naõ se mostrando o contrario, e resolvendo o mesmo Principe, que as causas que se lhe allegaraõ, eraõ bastantes para a dita conceſſaõ, na fé da qual o defunto Barnabé Cofral contratou, resulta de Direito que se naõ póde, ou deve disputar sobre a sufficiencia das ditas causas, pois o dito Senhor que podia, as houve por boas. E assim passando a outra nullidade, que se oppoem sobre a lesaõ enormissima. Mostra-se, que as ditas casas foraõ alugadas em preço de cincoenta e cinco mil reis cada anno, pagos de antemaõ pelo modo declarado na escritura fol. 5. o qual se acaba no fim do anno de 1689. sendo que as ditas casas, he hum aposento nobilissimo, o qual ainda que as testemunhas depoem com alguma variedade, se prova, que rende mais de cento e cincoenta mil reis, porque ainda que as mais das ditas testemunhas depoem de maior preço, com tudo respeitādo á certidaõ fol. 174. e a outra fol. 505 nas quaes se naõ faz mençaõ de hum quarto grande, que a R. com seus filhos occupa, e dando tambem algumas quebras aos annos, que algumas dellas poderiaõ ficar sem morador Julgo, que rēdem cada hum anno a dita quantia de cento e cincoenta mil reis, com que arrendandose por cincoenta e cinco mil reis evidentemente se mostra, que naõ sómente houve lesaõ em menos da ametade do justo preço, mas ainda enormissima, pois ficou sendo quasi nas duas partes menos do justo valor, e rendimento dos alugueres dellas. Porém com a anticipaçaõ do pagamento se ficou evitando, porque assim como o A. alugando as casas nas pogas ordinarias, poderia lucrar os ditos cento e cincoenta mil reis, assim tambem o marido da R. poderia com o seu dinheiro lucrar o que os outros semelhantes homens de negocio costumaõ, ou ao menos os ganhos ordinarios de seis, e quatro por cento, e tanto lhe havia o A. de pagar, se lhe pedira o dito dinheiro a juro, e he certo, conforme a todo o Direito, que este interusario de tempo tem estimaçaõ e a esse respeito o A. naõ sómente ficou dando os ditos cincoenta e cinco mil reis cada anno, mas tudo o mais, que com o seu dinheiro poderia lucrar, ao menos sendo dada a razaõ de juro nos annos da anticipaçaõ e tanto mais ficou o A. recebendo, pois isto mesmo havia de pagar, se o tomára em outra parte, quanto mais, que sendo certo, que o defunto marido da A se quizesse dar o dinheiro, que pela escritura dispendeo ao A a razaõ de juro, lhe havia elle de pagar mais de noventa mil reis, que tanto vem a importar o juro de 1485U. reis, que logo desembolsou, e se por estes alugára as casas, naõ havia lesaõ, que annullasse, ou recindisse o contrato, ficando porém ao defunto, e seus herdeiros a sua sorte principal salva, e segura: assim muito menos a fica havendo, quando da mesma sorte, que por tantos annos anticipou, se vay diminuindo cincoenta e cinco mil reis cada anno pelo que absolvo a R. do pedido pelo A. quanto a esta parte do contrato feito sobre as casas grādes, e naõ se faz caso da allegaçaõ, de que o A dava quitaçoens de muito mais dinheiro do que recebia, porque tal naõ se prova nos autos. E deferindo ao outro contrato do aforamento das casas mais pequenas, posto que este se ha feito com todas as solemnidades, e com Proviſaõ Real, pregoens, e arrematação na praça, como se mostra do instrumento fol. 101. todavia pelo outro fol. 58. se prova, que por lhe fazer o dito aforamento deo o defunto ao A. duzentos mil reis em dinheiro, e se deixou de fazer menção desta circunstancia a Sua Alteza, a qual totalmente apartára, ou o dificultára muito na conceſſaõ, pois consta, que*

*que naõ quiz o dito Senhor fazella, ſe naõ na ſuppoſiçaõ de que as ditas caſas eſtavaõ arruinadas, e incapazes de ter morador, e ainda aſſim mandou, que naõ ſe aforaſſem, ſenaõ a quem mais na praça lançaſſe, e porém o defunto tinha conluyado com o A. pelos ditos duzentos mil reis, e eſte os recebeo, e conſumio ſem nenhũa utilidade do morgado, mas antes dahi menos ſe colhe com evidencia, que por eſta razaõ ſe fez o contrato ſem aquella boa fé, que o dito Senhor quiz, e quando eſtes fundamentos naõ houvera, baſtaria a diſpoſiçaõ expreſſa da Ley do Reyno* lib. 4. tit. 41 *que annulla ſemelhantes aforamentos, e tornaõ as caſas ao meſmo ſenhorio, que he o A. a quem os julgo com os fructos da indevida occupaçaõ, com declaraçaõ, que elle reſtitua o dinheiro, que confeſſou receber com os redditos de cinco por cento, e com os foros, que houver recebido E deferindo finalmente ao terceiro cõtrato do aforamento do jardim, o julgo por legitimo, viſto ſe haver feito pelo inſtrumento fol. 46. tambem com os requiſitos neceſſarios. Porẽm declaro, que ſem embargo do outro inſtrumento de venda do foro, e direito ſenhorio fol. 55. deve a R pagar o dito foro, e reconhecer ao morgado por ſenhorio direito, e por ella á A. Dona Joanna da Veiga Cabral, filha primogenita da A qual por hora ſe moſtra ſer a immediata ſucceſſora, e bem aſſim dahi por diante todos os mais, que ſe lhe ſeguirem, por ſer conforme a Direito que nos morgados, em que ha expreſſa probibiçaõ de alheaçaõ, ao ſeguinte ſucceſſor ſe deve reſtituir a fazenda alheada, ainda que ſeja em vida do poſſuidor, que fez a alheaçaõ, e naõ póde vir contra ſeu proprio facto, e ainda ſem a tal expreſſaõ ſe admitte a meſma reſoluçaõ ẽ todos os morgados conforme a opiniaõ de alguns Doutores, a qual reſtituiçaõ lhe fará a R com os fructos do tempo da venda, e lhe deixo ſeu direito reſervado, para haver do A. e ſua mulher o preço reſpectivo a eſte foro, que deo pelo dito inſtrumento, e naõ mando ſemelhantemente reſtituir á dita Dona Joãna as caſas mais pequenas, mas ao meſmo A. ſeu pay, que as aforou, porque a reſpeito dellas ha ley expreſſa, que naõ ſómente annulla o aforamento, mas manda, que os bens aforados tornem ao meſmo que aforou, qual a dita* Ord. lib. 4. tit. 41. *E pague o A tres partes das cuſtas e a R huma. Lisboa 3. de Janeiro de 1681. Manoel Lopes de Oliveira.*

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum. Ubi lata fuit ſententia ſequens.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Bem julgado foy pelo Juiz Conſervador dos Ingleſes, em abſolver a R. do pedido pelo A. no que toca ás caſas grandes, e no que tambem toca ás pequenas declarando por nullo o aforamento, que dellas ſe fez, e mandando, que as caſas ſe reſtituaõ ao A. que as aforou, com os fructos da indevida occupaçaõ té real entrega, com declaraçaõ, que elle reſtitua o dinheiro, que confeſſou receber, e os foros, que tiver cobrado, com os redditos do dinheiro a cinco por cento, porém em naõ julgar tambem por nullo o aforamento do jardim, e em naõ mandar do meſmo modo fazer delle, dos foros, e dinheiro recebido a meſma reſtituiçaõ, foy por elle menos bem julgado, revogando neſta parte ſua ſentença, cumpraſe o confirmado por algũs de ſeus fundamentos e o mais dos autos, os quaes viſtos, e como delles conſta levar o A. entrada pelo aforamento do jardim, além do foro oitenta e quatro mil reis, nos quaes termos, conforme aos de Direito, ficou o dito aforamento nullo, por tal o declaraõ, e mandaõ, que o R. reſtitua ao A. o dito quintal, ou jardim, com os fructos da indevida occupaçaõ até real entrega, e eſte lhe reſtitua os ditos oitenta e quatro mil reis, com os redditos a cinco por cento. E paguem eſtas partes as cuſtas dos autos de permeyo em que os condẽnaõ. Lisboa 8. de Janeiro de 1683. Maya. Pereira. Freire.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Adverſus domuum, de quibus agitur, locationem, duplici medio actor inſurgit, & nullitatem arguit, & enormiſſimam objicit læſionem. Nullitatem arguit ex inſtitutoris diſpoſitione, qua expreſſe locationem repræſentata mercede ultra biennium prohibuit, quaſi vulnus hoc non bene, regiæ promiſſionis pharmaco ad cicatricem deductum, nunc ſubreptionis vitio periculoſius reverdeſcat. Ad cauſæ hujus deciſionem prænotare oportet, domum iſtam, actoris bona adminiſtrante ejus matre anno 1644. Martino cuidam mercede 55U. fuiſſe locatam, conſtat ex inſtrumento fol. 204. eadem locatio eidem Martino in aliud novennium, eadem mercede, prorogata eſt, conſtat inſtrumento fol. 91 hujus ſecundæ locationis, durante tempore Martinus deceſſit, & eadem pacta mercede in Reæ virum, eadem locatio fine anni 1657. translata eſt, ut fol. 9. poſtquam alio inſtrumento fol. 83. actor, & varias locationes, à ſe eidem Reæ viro factas, ratas habuit, & omnium, tam præteritorum, quam ſequentium mercedes ſe recepiſſe profeſſus fuit, eadem receptionis mercedum confeſſio inſtumento fol. 12. verſ. invenitur repetita, omnes iſtæ locationes Regio aſſenſu confirmatæ ſunt, ut

constat fol. 19. & 209. Regiæ concessionis causa, ruinæ evidens periculum reparanda domus urgens necessitas & actoris inopia, & ad expensas in reparanda domo impotentia, quæ causæ,& actoris confessione fol. 10.& informatione Senatoris, cui res commissa fuit, ut fol. 12.imo ex testibus ab ipso Actore productis luculenter comprobantur. Subreptio tunc cõmuniter, cum aut falsum narratur, aut verum supprimitur, quod si referretur, concessionem aut impediret, aut retardaret, *Ord.in 2. tit.43. in princip Valasc.cons.* 130. *num. 9. Phæb. decis.* 165. *num.* 17. at in præsenti cura narrata sunt,nempe, & domus periculum,& actoris paupertas,ergo ex hoc capite subreptionem inductam fuisse dici nequit, maxime cum informatio præcederet, quæ vitium illud excludit, *DD.in cap.si quãdo de rescript.& in cap eum teneamur de præbend. Phæb. decis.* 113. *á num.* 4 *Barbos. de claus. clausul. ex certa scient. numer.* 50. & non audiendam hujus tertii allegationem questus ante rescripti allegationem par erudita est, docet *Pinel.in rub.p.* 1. *cap.*2 *numer.* 28. *vers. vera autem Cod de rescindend. vend.* & faciunt, quæ *Giurb. decis.* 37. *ad fin.*

Ast objicitur, expressam institutoris prohibitionem, ne scilicet domus ultra biẽnium locaretur, fuisse suppressam, ex quo nullam reddi concessionem pertenditur cum *Salgad. in labyrint. p.* 1. *cap.* 37. *á num.* 20. Sed præterquam magni illius viri doctrina hæc controversa est, & ab alia parte stet *Molin. de primog.lib.*4,*cap.* 3. *num.* 37. & plures alii, & supposito quod de Principis potestate, in hac parte, disputare penè sacrilegum sit, ut idem agnoscit *Salgad.* ad supradicta reddeamus: imminens ruina, & actoris ad reparationem impossibilitas constant,quis ergo asserat, hoc casu voluisse testatorem dictam prohibitionem cum maioratus extinctione observari, dum illum ad memoriæ suæ conservationem instituere, nemo utique *argumento text. in L. qui jure militari ff. de militar. testament. Gam. decis.*206.*num.*4 *ad finem*, neque etiam credendum est maluisse Principem, etiam si dicta prohibitio perspicuè exponeretur, ob illius scrupulosam observantiam non reparari domum, ex quo maioratus funditus destrueretur, maxime in dictam locationem mediato successore conveniente *ex text. in reg. scienti de reg. jur. lib.* 6.

Jam ad læsionis discussionem accedamus. Contractus tempus inspiciendum est, *Ord. in* 4.*tit.* 13. *in princip. L. si voluntate Cod. de rescind. Valeron de transact tit.*6.*q.*2.*num.* 3. plane & contractus tempore, & duodecim retro annis constat ex instrumento fol. 91. dictam domum constanti illa mercede 55U. fuisse locatam:sed objici potest illam non esse justam mercedem,ad actoris probationem recurramus, testis fol. 443. dicit antequam Reæ vir domum conduxisset, illam 300U. locari testis fol.447.de auditu deponit 260U. convenit testis fol.456. cum teste fol. 450. & de auditu attestari, & testis fol. 454. testis fol. 456. dicit 720U. cum viridario domum tunc temporis locari id asserit testis fol.458. & 460. vers. & testis fol. 463. id publice notorium esse asseverat, omnes isti testes falsissimi sunt, ex instrumentis retro adnotatis convincuntur,deinde observandum illos non dicere domum illo tempore 260U. æstimari, sed locari: quod non potentiam, sed actum supponit,& nihilominus contrarium constat, ulterius illo prætio dictæ domus habitationem æstimant, insimul cum viridario,& aliis ædibus Vici do Patraõ,constat autem jam ante locationem, dicta, domos Vici, & Viridarium, Reæ viro in emphyteusim datas fuisse. Deus bone, quam temere, tremenda jurisjurandi religio violatur, hoc fine modo, & jure læsiones probantur! Consule *Gam. decis.* 37.*num.*4 sed sedamus neutiquam concedendum, illam nimirum esse veram, & justam mercedem 260U. summæ 35U. in singulos annos solvendo, decimæ tributum adjiciamus, & censum pro sacrificiis, singulis annis dependendum, & repræsentatæ pecuniæ (fol. 12. vers.confitetur A. contractus tempore, & summam 1485U. acceptam habere) commodum per 27.annos, quod æstimabile esse luculenter docet *Paulus I. C. in L.* 1. §. *siquis creditori* 2. *p. ff. ad L. falsid.* de cujus interpretatione, si vacat, & libet,vide *Bart. Jason.Duaren.& Cujac. in L.si creditori* 28. *ff. de legat.* 1. *idem Cujac. ad L. creditorem* 82.*ff. de legat.* 2. *& ad L.* 5 *ff. ad L.falsid. Donel. lib.* 8. *comment.cap.*11.*& ibi Osuald. P.Fabian. lib.*4. *conject.cap.*12. *Gom.* 1. *var.cap fin.num.*26.*Institutarii ad* §.*siquis creditori inst. de legat.* neque obicem ponit usuras non stipulatas non deberi *ex regul. text. in L.quamvis usuræ Cod. de usur.* Respondetur enim non agi hic de usuris rigore actionis, sed ex æquitate reputandis, *argumento text. in L.curabit Cod.de action empt.* & supponamus, quia A. domum cum integris pensionibus juxta æstimationem suam petit, nos idem decernere, & Reos diminutionem mercedis ab Actore petitæ componere; num illud interusurium, quod æstimabile demõstravi, actori cedet,non utique, non enim debet A. cum Reorum jactura locupletari,ergo vel reddẽdum est,vel in locationis pretium imputandum, ergo si interusurium

uſurium imputetur,& tributum decimæ, ubi nam læſio non enorniſſima jam, ſed enormis? Hæc diſcuſſa gratia dicta ſint, veritas autem eſt, quod ſupra dictum cedit, non ſcilicet probari juſtam mercedem contractus tempore, neque actoris teſtium temeritatem eſſe tolerandam,& ſi ad probationes Reorum attendamus, adhuc huic reſolutioni firmius adhærebimus.

Quod domus Vici, & Viridarium ſententiam ſapientiſſimi Conſervatoris ſodalis noſtri obſervandiſſimi expeditiſſimam ſequor, ex ejus fundamentis ſupererat tamen adhuc unus ſcrupulus, nempe an firma maneret Viridarii emphyteuticatio, cum non conſtet ſummam illam 84U. interventu Proviſorum Capellarum fuiſſe expenſam; uti jubet Regium diploma fol. 53.verſ.ſed ſcrupulum depono, ex eo quod dicto diplomati, nullam præter ſolutionis obligationem, nullam curam dicto Reæ viro injungitur, & ſuccedit doctrina *Giurb. deciſ.* 88. *num.* 15. ubi plures adducit,& inter eos *Molin. de primogen. lib.4 cap.* 4. *num.* 20. qui *num.* 21.*verſ. ſed vinus*,emptorem abſolvit caſu,quo in diplomate pecuniam deponi non mãdetur, ut ibidem jure *num.* 23. Ex his itaque meritiſſimi Conſervatoris ſententiam laudo. Ulyſſipone 16. Junii 1682. Pereira.

Placet in omnibus ſapientiſſimi Domini ſententia, & mihi tantum obſtat non levis ſcrupulus ſuper emphyteuticatione viridarii, quem non depono, nam illud idem fundamentum, propter quod nulla reditur Viridarii emphyteuſis, militat etiam in emphyteuticatione Viridarii,cum ſcriptura conſtet A. ultra penſionem accepiſſe 84U. adverſus citatam,& expreſſam *Ord.lib.*4.*tit.*41. quæ ſimiles emphyteuticationes nullas reddit, notant *Valaſc.de jur.emphyt.q* 10 *Gam. dec* 55. *Vas alleg.*28. *à num.* 42. Nec aliquid intereſt Regia proviſio, quæ hunc contractum expreſſe confirmavit, quæ nullius roboris eſt, cum expreſſe non deroget citatam legem, juxta *Ord. lib.* 2. *tit.* 44 Igitur non Dominæ Joannæ, ſed A. reſtituatur Viridarium cum fructibus à tempore emphyteuticationis, & A. refundat pretium cum uſuris ab eodem tempore ſic quoad hanc partem revocata doctiſſima ſcientiſſimi Sodalis ſententia.Ulyſſipone 17. Novembris 1682. Carneiro.

Circa nullitatem cõtractus Viridarii cum ſecundo amantiſſimo Domino convenio, in aliis diverſa eſt mens mea non ſolum ex nullitatibus,& ſubreptionibus deductis in libello,& optime comprobatis à doctiſſimo A.patrono fol.590. uſque 595. ſed etiam ex læſione ab Actore propoſita tali modo,& declaratione intra expoſita.

Conſtat ex actis per certitudinem fol.176. ab actis extractam domos, de quibus agitur, aſcendere uſque ad ſummam 270U. facta ſolum æſtimatione domuum,in quibus Rea habitat 20U. quod etiam probatur ex teſtibus fol. 460. verſ. & fol. 463. ad finem, quamvis illa aſſerat illius redditus tantum 20U aſcendere;mihi videtur maiorem valorem habere, & valere 50U.& ut evitetur ſcrupulus,etiam cõſtare poteſt ex inſpectione peritorum, qui videant dictas domos, in quibus Rea vivit, & valorem reddituum declarent, & in computatione ſupra expoſita, mentio facta non eſt reddituum domuum plateæ do Patraõ,qui erant 30U. & Viridarii 20V.junctis his parcellis cum cõputatione 270U. aſcendunt ad ſummam 350U. & pretium locationis fuit 55U. & 18U. oneris miſſarum, & intereſſe 1485U. ad quinque pro centum eſt 74U250. junctis cum 55U. & 18U. ſunt 147U250. & cum in primo anno locationis maritus Reæ recepiſſet 350U. modo ſupra declarato,neceſſario ex ſumma principali ab ea expreſſa deducenda ſunt dicta 350U. & ideo ex dictis 1485U. tantum reſtant 1135U. ſoluto intereſſe,ut dictum manet ad quinque pro centum in forma legis, de qua *Pheb.* 2. *p. deciſ.* 205. in ſecundo anno dictæ locationis, eodem modo debet fieri diminutio 350U. quæ Reæ maritus recepit,remanerent 785U. in tertio anno facta iterum diminutione 350. ex dictis 785U. reſtant 435. in quarto anno deductis 350U. ſolum manent 85U. & cum in locatione domuum,quamvis ſit facta per plures annos, pro quolibet anno iſta intelligitur,& hæc eſt differentia, quæ datur inter locationem ruſticorum prædiorum, & urbanorum, ut tenet *Giurb cum DD. ibi adductis obſerv.* 24. *n.* 21.

Ex dictis manifeſte patet enormiſſimam læſionem interveniſſe in quinto anno locationis, & in aliis ſequentibus uſque ad præſens tempus,ut tenent communiter *DD cum Pinel.in L.* 2. *Cod. de reſcindend. Cabed. dec.* 70 *Gam. deciſ.* 198 *num.* 3. eleganter *Caſtill. lib.* 6.*de tertiis cap.* 18. *num.* 85. *Valaſc. de part.cap.*39.*num.*54. *cum ſeqq Font. dec.*66. *Hermoſill.in L.*56.*tit.*5.*part.*5. *gloſſ.* 4.*num.* 11.*cum ſeqq.* Ubi optime totam materiam complectitur cum ſuis ampliationibus, & limitationibus *Auguſt Barb in collect.ad text. in L.* 2. *Cod. de reſcind. vend. num.* 107. *cum ſeqq.*

Nec in contrarium me movent allegationes Reæ circa expenſas meliorationum, de quibus præſentavit quitationes fol. 250. hæ mihi nullam præſtant fidem, quamvis eſſent

veræ,

veræ, quia non fuerunt factæ authoritate Proviſoris, ut in diplomate Regio decretum erat, quæ ad quitationes fol. 513. incredibili dolo, & malitia fuerunt adductæ, & digna eſt Rea maximo mulctu, quæ, ſi ſequẽtibus Dominis placuerit, in Senatu conferam; non ex illis cernitur, quod ſcriptæ fuerunt ante confectionem ſcripturæ locationis fol. 9. & in illa fol. 17. jam dictæ expenſæ fuerunt comprehenſæ ad complementum 1485U. ut domonſtratur ex verbis ibi: *Com que ſe ajuſtou a dita quantia de hum conto quatrocentos, e oitenta e cinco mil reis*, Ex hoc bene præſumitur ignorantia actoris in confeſſione dictæ ſcripturæ, & dolus Reæ mariti, non tradendo Actori omnes dictas .quitationes; quoad quitationes hoſpitalis nil eſt curandum, quia in principali pretio locationis jam ſunt comprehenſæ.

His ſic declaratis, ſi Rea tempore executionis, & liquidationis probaverit actore audito, quod in dictis annis aliquæ domus non fuerunt locatæ, & expenſas, de quibus fol. 250 uſque fol. 258. vere fuiſſe factas, & alias fabricatas in domibus, & viridario, omnes etiam expenſas decimarum compẽſandas eſſe dicerem, ſic revocata amantiſſimi Sodalis ſententiæ. Ulyſſipone 3. Januarii 1682. Freire.

Pro una, & altera parte ab amantiſſimis Sodalibus ingeniosè. & non levi labore deliberatum invenio, & ſolum mihi reſtat dicere, quid magis adæquatum juris, & rationi, mentiæ videatur, & ſatisfaciendo circa contractum viridarii cum ſecundo, & tertio Dominis convenio, at vero circa reliqua deliberationi tertii Domini adhæreo. Ulyſſipone 3. Octobris 1683. Monteiro.

Cum primo Domino colendiſſimo ex juris prudentiſſime in ſua aurea deliberatione exaratis libenter cõvenio, ſolum tamen idem ſcrupulus, qui ſecundi Domini religioſam juris provocavit obſervantiam, me tangit, viſa namque ſcriptura fol. 47. octoginta & quatuor mille teruntios non tantum promiſſos, ſed in effectu pro emphyteuticatione traditos fuiſſe conſtat, in quibus terminis ſicut in inferioris domus emphyteuticatione ſuccedit, *Ordinat. in* 4. *tit.* 41. juxta quam ſolum quoad hanc partem judicatum reformarem, idemque de viridario, ac de prædictis inferioribus ædibus judicare placet. Ulyſſipone 29. Decembris 1683. Doctor Maya.

Et de hac re dicemus infra n. 505.

472 Vel eſſe ultimum de familia, in cujus perſona bona manent libera, ut tenet *Salgad. in labyrinth. cred.* 4. *p. cap.* 10.

473 Poteſt etiam poſſeſſor maioratus intentare reivendicationem, ſi bona illius fuerunt in emphyteuſi conceſſa, quia talis emphyteuticatio eſt prohibita, & nulla, & pro illa revocanda competit ſucceſſori reivẽdicatio, ut vidi judicatum in cauſis multis de Egas Monis da Sylva, ut ſucceſſor maioratus & eſt communis reſolutio, de qua cum multis *Carvalh. in cap. Raynaldus de teſtam.* 2. *p. num.* 311. *& ſeqq. Pinheir. de cenſ. & emphyt.* 2 *p. diſp.* 2. *ſect.* 3. *num.* 32. de qua re diximus *in comment. ad Ord. tom.* 4. *ad tit.* 50 *pag.* 201. *n.* 70. Et judicatum fuit in cauſa ſeq.

No feito de Alvaro Pires de Tavora, cõtra Brites Alvarez, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos, libello do A. contrariado pela R. mais artigos recebidos, prova dada. Moſtraſe da inſtituiçaõ a fol.* 18 *inſtituirem Lourenço Pires de Tavora, e Dona Catharina de Tavora hum morgado dos bens, de que na dita inſtituiçaõ ſe trata, entre os quaes fol.* 20 *conſta ſer vinculado ao dito Morgado o Caſal do Bobalho, e as terras a elle annexas, nas quaes entraõ eſtas da contẽda, que eſtaõ no termo da Villa de Almada. Moſtraſe ſer o dito morgado inſtituido juntamẽte pelos ditos Lourenço Pires de Tavora, e Dona Catharina de Tavora, por contrato irrevogavel entre vivos, e entre as condiçoens delle he huma, que eſtá fol.* 22. *porque ſe diſpoem, que naõ poderiaõ os bens do dito morgado, nem parte delles alguma ſerem emprazados em perpetuo, nem em vidas, a qual condiçaõ he licita, e permittida, e conforme a Direito, e natureza dos bens de morgado. Moſtraſe mais ſer condiçaõ do dito contrato, que nenhum dos inſtituentes poderia por ſi obviꝰ contra a dita inſtituiçaõ em parte, nem em todo, nem revogar, ou alterar parte delle ſem expreſſo conſentimento do outro inſtituente, como ſe vé fol.* 26. *Moſtraſe, que ſem embargo da dita clauſula a dita Dona Catharina depois da morte do dito Lourenço Pires de Tavora emprazou humas terras pertencentes a eſte morgado á mãy da R. como ſe vé do aforamento a fol.* 43. *o que a dita Dona Catharina naõ podia fazer, encontrando a clauſula expreſſa do dito morgado, a qual além de ſer de contrato, e ſe dever guardar por eſta via, he tambẽ conforme a Direito, ſegundo a diſpoſiçaõ do qual, o morgado inſtituido entre vivos, e irrevogavel, como eſte he, feito por dous inſtituidores naõ póde ſer revogado, nem as clauſulas delle em parte, nem em todo ſem conſentimẽto expreſſo do outro inſtituente*, Azeved. lib. 5. tit. 6. L. 1. à num. 22. cum ſeqq. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 84. *E ſuppoſto que conforme a Direito introduzido pelo coſtume deſte Reyno contra o*

rigor

*vigor ao Direito commum,os bens de morgado ſe poſſaõ emprazar. Com tudo eſta doutrina naõ tem, nem póde ter lugar, havendo expreſſa prohibiçaõ do inſtituidores, e neſta fórma ſe julgou por muitas ſentenças do Reyno,* expreſſe Gam.deciſ. Luſitan.192. *Porque entaõ concorrendo vinculos, que ſaõ a natureza dos bens de morgado, e a prohibiçaõ expreſſa dos inſtituidores, fica ſem duvida naõ ſe poderem emprazar os ditos bens de morgado: e naõ achey Doutor algum do Reyno, nem eſtrangeiro dos de fóra delle,que o contrario diga neſtes termos, quãdo ha prohibiçaõ expreſſa, antes todos dizem ſer nullo, e de nenhum effeito o emprazamento. Nem faz pela R. dizer, que eſtas terras foraõ trocadas com outras, e com humas caſas, que foraõ da mãy da dita R. porque alem de naõ provar iſto por eſcritura publica, e ſe naõ poder admittir outra prova pela Ley do Reyno, e a que ſe deu por teſtimunhas neſte ponto ſer de nenhum effeito; ainda em termos de Direito a dita permutaçaõ de hũas terras por outras era nulla, por o poſſuidor do morgado naõ poder permutar humas couſas por outras ſem licença do Principe, precedendo as informaçoens neceſſarias,* Gom. L. 40. Taur. numer. 82. Cabed. dec 176. Parlad. quotid. diſt. different.24. *E no caſo preſente tem iſto menos duvida, por quanto a dita permutaçaõ foy prohibida pelos inſtituidores expreſſamente fol.22 a qual prohibiçaõ a dita Dona Catherina naõ podia quebrantar, nem fazer a dita permutaçaõ, ſem licença, e conſentimento do dito Lourenço Pires de Tavora, como fica dito; e muito menos obſta a preſcripçaõ de quarenta annos, a que a R. recorre, porque para ella ter lugar, conforme a Direito nos bens de morgado, era neceſſario provar a R. que preſcrevera pelo dito tempo, poſſuindo pelo eſpaço delle em vida do A* Matienç lib.5. tit.7. l. 8.gloſſ.5.num. 23 Gom. L.40.Taur. numer. 90. Senator Pereir.dec.Luſitan.52. Valaſc.conſ.133.num.fin. 2.tom. alias conſult. 132. *a quem naõ pódem prejudicar os annos, que a R. poſſuio antes de elle ter auçaõ para poder demandar a dita R. por o morgado ſer poſſuido por outrem, e o A. naõ ter auçaõ para mover eſta demanda, ſenaõ depois de ſucceder no dito morgado, e de entaõ começa a correr o tempo da preſcripçaõ contra o A. e ſe naõ prova, que depois de o A.ſucceder no dito morgado,correſſem os ditos quarenta annos, antes o contrario, e além diſſo ſer conforme a Direito commum, aſſim eſtá julgado por deciſoens do Reyno,* Pereir. d.dec. 52. *O que viſto, e o mais dos autos, e diſpoſiçaõ de Direito no caſo, e como por parte da R. ſenaõ prova couſa relevante,condemno a R. que largue ao A.as ditas terras do morgado, com os fructos da lide conteſtada em diante. E pague a dita R. as cuſtas dos autos. Lisboa 12. de Outubro de 1636. Luiz Gomes do Baſto.*

Ab hac ſententia cum appellaretur ad Supplicationis Senatum, ibi fuit confirmata à Judicibus Vieira. Pinheiro. Meſquita.

Et fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

Maioratum, de quo in præſenti proceſſu, inſtitutum fuiſſe per actum inter vivos, ſeu contractum, nullum mihi dubium, inſpecto documento illius fol. 19. ubi illuſtres conjuges ad invicem reciprocam fidem præſtitere pro adimplemento voluntatis ibi expreſſæ, & ſolemni ſtipulatione reciproca promiſerunt non revocare ſinguli, idque in favorẽ totius agnationis, & familiæ, & pro ejus conſervatione, idque ſub obligatione reciproca ſuorum bonorum, ut videre eſt fol. 26. ac ſubinde cum quælibet actio quæſita contra alium, immo & toti familiæ, & irrevocabilis cenſeri debet, prout omnes aliæ ex contractu, & actu inter vivos productæ, ex vulgata *L. perfecta donatio, & L. quoties Cod. de donation. quæ ſub mod. Pereir. dec. 48. numer. 8.* magis in ſpecie ad noſtrum caſum *Caſtilh. quotid.lib.2.cap.18. num.34.* maxime *num.36. & 37.* reſolvens, quod ſi ex ſcriptura maioratus conſtituti ab utraque conjuge conſtet, quod unus ſine altero maioratum illum non conſtituiſſet, neque alioquin feciſſet, vel ſi unus alteri invicem promittit, quod nunquam diſcedet à tali contractu, his duobus caſibus non potuit conjux ſuperſtes revocare, plane omnia hæc verificamus in præſenti maioratu,unde ex hoc capite deſtituitur Reæ juſtitia, ſiquidem ex ipſa inſtitutione conſtat nulliter fuiſſe emphyteuticatum prædium ab uno ex inſtitutoribus tantum non ſervata promiſſione ſub pæna nullitatis, ſiquidem emphyteuticatio illa non ſolum ſub generali prohibitione alienationis fuit interdicta, ſed potius in individuo, patet ex ipſo inſtrumento fol. 22. nec favet Reæ allegata permutatio, de qua non conſtat ex ipſo inſtrumẽto,immo nec teſtes firmiter deponunt,ſed ſolum de auditu, unde aliunde ſibi conſulat Rea, ſi permutatum prædium velit recuperare,nam ex hoc proceſſu obtinere nequit ex dictis.

Nec allegata præſcriptio prodeſt Reæ, nam præterquam quod præſcriptio longiſſima in maioratibus non admittatur ad præjudicium ſequentium ſucceſſorum, prout late dictum apparet, & verum etiam ſit, quod præſcriptio inchoata contra inſtitutorẽ per-

ficiatur contra successorem ex dictis *à Pereir. dec. 52. num. 1.* id procedit, quando titulus habitus sit à tertio, ut *ipse Pereir. d. n.* 18. quod non contingit in præsenti. Tandem quod dicitur de condemnatione fructuum,& reddituum à lite contestata,intempestive allegatur,cum respiciat tempus liquidationis faciendæ, ubi constabit, qui fructus sint percepti, vel non sint restituendi. Sic confirmo judicatum. Ulyssipone 16. Maii de 1636. Joaõ Pinheiro.

Pro allegatione sufficit sententia Judicis doctissimi approbata per superiorem Dominum jurisprudentissimum, ex quibus confirmo in totum. Ulyssipone 20. Maii 1636. Mesquita.

Etiam indubius confirmarem visa forma institutionis maioratus fol. 19 & emphyteuticationis à fol. 43. Ulyssipone 22. Maii de 1636. Vieyra.

At Reus potest se defendere,bona fuisse concessa in emphyteusim virtute Regiæ facultatis, aut institutoris, quia tunc est permissa, ut vidi multoties judicatum, & tenet *Carvalh. d. 2. p. numer.* 312. Vel etiam quod bona ad culturam redegit, vel datur utilitas maioratus, quo in casu excluditur successor maioratus ab actione, ut vidi judicatum, & tradit *Pereir.dec.* 37. *Reynos. observ.*70. *n.*28. *& ibi Add.* multos refert.

474 Vel etiam quod bona maioratus sunt solita emphyteuticari, tunc etiam excluditur successor ab hac actione, & per reconventionem, si vitæ sunt extinctæ, cogendus est ad renovationem faciendam, ut judicatum fuit in causa D Mariæ Perestella deCoimbra com Gabriel Dias, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, & approbant *Cald.de renov.q.*16.*n.* 1.*& seqq.Reynos.observ.*70.*numer.*39.*& seqq. & ibi Add.* tunc etiam concessio bonorum maioratus omnibus successoribus præjudicat, *ex Reynos & Pereir. d.dec* 37. *&* 52 *n.*2. Licet contrarium judicaretur in causa Emmanuelis de Sousa Pinheiro contra Manoel Baldaya, apud eundem Notarium, de qua re *Reynos.sup.numer.*28 *Carv.in cap.Raynaldus numer.*315.*& Nos* diximus 4.*tom.d.pag.*201. *n.*70.*vers. Nisi.*

475 Vel potest allegare successori non competere actionem,quia fraudulenter, vel dolose, vel male dissipat bona maioratus in evidentem successoris jacturam, quo casu privatus est à successione maioratus, & tenetur ante mortem restituere bona maioratus successori. *ex text. expresso in L. Imperator* 50.*ff. ad Trebell.cum multis Salgad. in labyrinth. credit.*4.*p.cap.* 15.*num.* 1.*& seqq.* & cum sit exclusus,non potest reivendicationis actionem intentare, ut diximus supra.

Sed actor potest replicare non esse privatum per sententiam, atque ita debere admitti, quia in hoc casu est necessaria declaratoria pœnæ, ut tenet *Roxas de incompatib. maiorat.*3 *p.cap.*1.*n.*32.*& seqq.*

Potest etiam allegare non teneri demittere bona maioratus, quia sunt locata, & post locationẽ consensum præstitit successor, accipiendo pensionem, vel esse hæredem, quia licet successor maioratus non teneatur stare locationi bonorum,ut inquit *Aug.Barb.vot.* 44. neque ex ipso sua debita solvere conductori retinenti.Attamen si est hæres,tenetur, *Barb ubi sup. num.*6. ac etiam si post mortem ultimi possessoris pretium locationis accepit, *Molin. de primog. lib.*1. *cap.*21 *num.*6. Secus si non consentit, quia in hoc casu non potest conductor retinere propter tacitam reconductionem, quæ non habet locum contra successorem, neque etiam contra hæredem, neque ex illa potest se defendere contra successorem intentantem reivendicationem, ut judicatum fuit in causa Doctoris Joannis Monteiro de Faria contra Antonium Jorge, & in alia Didaci Luis Ribeiro, apud Notarium Dominicum Ludovicum,& Emmanuelem Pinheiro da Costa, ex *L. qui ad certum* 14.*vers.ideo ff.locat.Cancer.p.*1. *var.cap.*14.*n.* 59.

Vel etiam poterit Reus allegare bona esse libera,& ut talia possessa per spatium quadraginta annorum per diversos successores,quia tunc licet ostendatur esse maioratus, venit Reus absolvendus à reivendicatione,ut judicatum fuit in causa D. Catharinæ da Sylva Telles com Bras da Costa, Escrivaõ Pedro Machado Lobo, anno 1664. Quia quando bona maioratus, ut allodialia, & libera possidentur spatio quadraginta annorum,naturam inducunt rei liberæ, *Molin. de primog. lib.*2. *cap* 6 *numer.*26.*Gam dec.*341 *Mier. de maior.* 4.*p. q.*20 *numer ult.Reynos.observ.*22. *numer.* 22.*Valasc.conf.*95.*num.*4.*& conf.*132.*num* 20. *&* 21. Quæ decisio mihi non placet ex dictis *à nobis tom.*2. *ad Ord. ad Reg Senatus Auditi* §.39.

Si autem filius maioratns successor, & nominatus intentet reivendicationem contra matrem possessorem maioratus tantum civiliter, quia in maioratu inveniuntur meliorationes,quam naturaliter,quia apprehẽdit possessionẽ,non procedit actio,donec convincatur,& ei solvãtur meliorationes,propter quas non solũ habet retentionẽ,sed possessionẽ civilissimam,& in capite casalis est. ut judicatũ fuit in causa Aslenso Pereira da Sylva contra matrem suam Sebastiana Leitaõ do Lago, anno

anno 1665. apud Notarium Emmanuelem de Goes Pinheiro, ex diſpoſitione *Ord. lib. 4 tit. 95. § 1. Valaſc. de part. cap. 22. Cald. de empt. cap. 27. numer. 35. Pinel. de bonis mater. 2. p.* quem, & alios refert *Brito de locat. 3. p. cap. 2. num. 31 ad fin. & numer. 35. & Valaſc. conſ. 111.*

Poteſt etiam opponere Reus rem emiſſe ſub haſta, quia vendita fuit pro debitis inſtitutoris, quo in caſu non competit reivendicatio ſucceſſori, & ſi ita probaverit, obtinebit, quia pro debitis inſtitutoris poſſunt bona maioratus vendi, & pro illis non competit reivendicatio contra emptorem, ut judicavit Senatus in cauſa Illuſtriſſimi Comitis do Vimioſo cum Antonio de Albuquerque. Et in cauſa D. Julianæ de Noronha cum D. Iſabel de Brito, apud Notarium Agoſtinho Rodrigues de Siqueira. Et in cauſa Illuſtriſſimæ Comitiſſæ de Alegrete cum Illuſtriſſimo Comite do Vimioſo, apud Notarium Antonio Tavares, anno 1679. Et ita tenent *DD.* quos allegavimus *cap. 4. n. 56 & 57. in noviſſima impreſſ. pag.* 309.

Poteſt etiam opponere, bona eſſe emphyteutica, & non poſſe vinculari abſque Domini conſenſu, ut diximus *tom. 2. forenſ. cap. 9. num. 28. & ſeqq.* & poteſt etiam opponere non probatam eſſe mortem poſſeſſoris, licet probetur ex teſtibus interrogatis abſque partis citatione, quia nihil in hac materia probant, ut judicatum fuit in cauſa ſeq.

No feito de aggravo de Juſta de Faria com Manoel Fernandes, e Franciſco Simoens, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Aggravada foy a aggravante pelos Deſembargadores da Relaçaõ do Porto, em confirmarem a ſentença do Provedor da Comarca de Vianna, julgando por provados os embargos, de que ſe trata. Provendo em ſeu aggravo, viſtos os autos, e como as teſtemunhas naõ depoem em fórma concludente, que morréra o pay do aggravado, e as da inquiriçaõ foraõ perguntadas ſem citaçaõ da parte para as ver jurar, nos quaes termos, ſeus ditos ſaõ de nenhum effeito, por ſer aſſim conforme a Direito, e Ordenaçaõ do Reyno expreſſa. Julgaõ os ditos embargos por naõ provados, e reſervaõ ſeu direito ao aggravado, para poder tratar da ſucceſſaõ da Capella, de que ſe trata, provando a morte de ſeu pay. E pague as cuſtas dos autos Lisboa 17 de Novembro de 1676. Doutor Portugal. Vellez Quifel.*

483 Et hæc ſententia fuit fundata in delibe-rationibus ſequentibus.

Ego non dubito de jure filii, cujus ejus pater indignus factus fuit ob immane parricidii ſcelus, cum non à ſceleſtiſſimo, & nefario patre primogenium capiat, ſed ab illius conditore, *L. cobæredi § cum filiæ ff. de vulg. & pup. L. unum ex familia § ſi de falſidia ff. de legat. 2. Molin de primog. lib. 1. cap. 8 num. 2 & lib. 4. cap 11. numer. 51. Gutierr pract. lib. 3 q. 66. numer. 13. Valenzuel conſ. 7 numer* 3. & ex proprio, non ex patris jure, ex propria & non ex aliena vocatione, idem *Molin. lib. 1. cap. 1. n. 17. Gutierr. pract. lib. 3 q. 55. n. 15. Valenz. conſ. 96. n. 24.*

Nec etiam de morte patris dubitarem, ex facto, quod navis, quæ in Angolam vela dederat, naufraga ſcopulis illideret, quin aliquis lethum evaderet, ut dicunt teſtes fol. 73. cum ſeqq. quia ubi primum conſtat, quod Titius aderat in exercitu, qui cæſus, & pene delectus eſt, enim in prælio occubuiſſe recte probatur, *L. fin. §. ſiquis in bello ff. de his qui not. infam.* idem eſt, ſi conſtet aliquem navem aſcendiſſe, quæ naufragio communi perdita ſit, cui ſimile eſt incendium, & urbis depopulatio, ſicut in ſpecie ex infinitis propemodum tenet *Surd conſ. 109. ex num. 10. cum ſeqq.* ſequitur *Valaſc. conſult. 71. num. 4.* ubi dicit, quod licet hæc probatio ſit præſumptiva, ſatis eſt, quando de bonis agitur. 484

Quod difficultatem, & non mediocrem, mihi objicit, eſt citationis defectus, quando illi teſtes fuerunt interrogati, & ea deficiente, nihil probant, etiamſi mille eſſent, ſicut ex multis probat *Valenz. conſ. 90. num. 117.* & eſt *text. in L. ſi quando, & in auth. ibi, poſita, ubi gloſſ. & omnes Cod. de teſtib.* & idem profitetur *Bart. in L. maritus numer. 3. in fine ff. de quæſt.* & licet Decius in contrarium conſuluiſſet, quando judicatur ſola facti veritate inſpecta, vel ſecundum jus genitum, ommiſſa iuris Civilis ſolemnitate, hoc conſilium, falſum, ab omnibus exiſtimatum eſt, ut egregie firmat, & docet *Surd. conſ. 29. numer. 33.* & apud nos in criminalibus etiam ſancitum eſt, & ideo Rei teſtium examen, ratum poſtea habent, quia eis non citatis, eorum interrogatio facta eſt, & ideo nulliter in tantum, quod ſi examini non conſentiant, ſententia ex illo prolata, erit omnino nulla, ſicut ex praxi obſervat *Caſtr. 1. p. lib. 5. cap. 1. n. 75.* 485

Unde fluit, quod hæc concluſio habet pro ſe *text. gloſſ. Bart.* & communem omnium ſententiam, & propterea nos etiam in criminalibus ex praxi eam inviolabiliter cuſtodimus, & cuſtodire potiſſimum debemus ex *Ord. lib. 3. tit. 64.* quia alia diſpoſitio contraria conſtituta non eſt in noſtris legibus, quare à Portuenſis Senatus placito longe recedo. Cum probatio hæc præſumptiva ſit, & 486

aliqui ex illo naufragio superstites evaderēt, & partis citatio deficeret, quibus ingens specialium congregatio congeritur, quod jus, non parum, odit *L.1. in fin. Cod. de dot. promiss. Surd. cons.34. numer.46.* Nec hi testes nulliter examinati juvari possunt ex testibus fol. 44 quia hi nihil ad rem attestati sunt, quod si eam concluderent, frustra subsequentium auxilium imploraretur, & ideo cavendum puto à Domino sapientissimo fol. 104. qui putavit, illos his cohærere, & multo magis, dum existimat, posse ommitti citationem partis, quando testes non possunt faciliter reperiri, quia hæc limitatio nullo jure, aut Doctore ab eo fulcitur, & ego apud eos, quos vidi, eam non inveni, & in hoc magis probo sapientissimi Domini votum fol. 94. Ulyssipone 10. Junii 1676. Vellèz. Convenio Quifel.

487 Licet ad testes interrogandos regulariter partis citatio sit necessaria ad videndum eos jurare, habemus tamen legem ad hunc defectum supplendum remedium proferentem *in Ord. lib.3.tit.62.§.1.* videlicet, ut judex faciat iterum interrogare testes citata parte, & si forte aliqui ex interrogatis testibus, sine partis citatione mortui, vel extra Regnum absentes sint, eorum dictis plena fides adhibeatur, datis tamen parti nominibus testium, ut contra eorum personas repulsare possit ex causis *in Ord lib.3.tit.58.* descriptis, & jam de jure communi ad similem defectum supplendum prodita est *L. ultim. Cod. de testib.* Quare deliberationibus dicerem fore interrogandos testes, qui sine partis citatione fuere producti, & si aliqui ex eis mortui, vel extra Regnum sint, hoc doceat supplicatus parte citata. Ulyssipone 4. Novembris 1676. Vanvesiem.

488 *Ordinatio Regia lib.3.tit.1.§.13.* nullam fidem tribuere jubet testibus examinatis sine partis citatione, exornat *Reynos. obs.51. n.29.* & quamplurimis firmat doctissimus Collega primo loco deliberans, *Ord. vero dict. lib. 3.tit.62.§.1.* aliud mihi non suadet, loquitur enim quando lis progreditur ante conclusionem in causa, ut ex illius tenore deducitur, & meo judicio non valet applicari ad præsētem speciem, ubi jam una & alia sententia finalis inspicitur pronunciata, quare cum prioribus suffragiis convenire non dubito. Ulyssipone 17. Novembris anno 1676. Doctor Portugal.

489 Et si petantur bona maioratus concessa in emphyteusi nulliter, quia non possunt regulariter concedi, ut tenet *Carvalho in cap. Raynaldus de testam. 2. p. num. 205. & seqq.* potest Reus opponere Institutorē concessisse talem facultatem, & si ita ostenderit, absolvendus erit Reus, ut judicatum fuit in causa sequenti.

No feito de Manoel de Caldas, contra Gabriel de Caldas, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ foy* 48
*pelo Ouvidor bem julgado em revogar a sentença do Juiz de Fóra, e declarar por nullo o prazo, de que se trata, feito á mulher do appellante, revogando sua sentença, confirmaõ a do Juis de Fóra, vistos os autos, dos quaes se mostra que aindaque os bens, de que se trata, sejaõ vinculados, nem por isso deixaõ de poder ser emprazados pela faculdade dos instituidores da dita instituiçaõ, sendo em utilidade do vinculo, como com effeito foy no caso presente, visto o accrescentamento da pensaõ. E dado que naõ ouvera a dita faculdade, sempre o aforamento sendo util ao vinculo, se devia sustētar, quanto mais que sendo o appellado filho, e herdeiro do emphyteuticante, naõ podia impugnar o dito emprazamento. E condemnaõ ao appellado nas custas dos autos de todas as instancias. Porto 15. de Fevereiro de 1676. Lomba. Borges.*

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Bona, de quibus in præsenti, à Petro Ro- 49
derico, ut libera, & allodialia empta fuere, & eorum possessionem, quæ virtute instrumenti vēditionis judicialiter tradita fuit, accepit, postea in ultimo elogio de manu communi conditio transactis aliquibus annis maioratus vinculo adjicitur ab omni reali obligatione libera, & sic in favōrem libertatis in dubio præsumitur, *L. ædibus, L altius Cod de servit Valasc. consult. 81. nob. Menoch. præsumption. 89. & 91 n.1.*

Et certum est maioratus bona non posse in 49
emphyteusim concedi, *L fin Cod. reb. eccles. non alienandis, Mol. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 31. Cald. de extensione cap. 5. n. 33. Carvalh. ad cap. Raynal. 2. p. num. 305. vers. occasionem, Barb. in L. 2. num. 27. Cod. præscript. 30.* eleganter respondens argumentis, *Caroli 5.* contrarium tenentis *cap. 65. num. 1.* præcipue *à num. 11. & 59* quæ emphyteuticatio alienatio est, & potest non solum à successore alienantis revocari, *Pereir. decis. 25. num. 15.* sed ab eodem alienante, *Reynos. observat. 73. num. 15. & seqq.* Tamen ex præsenti contrarium decretum ad emphyteusim concessum ab arbitratore rejectari non posse ex sequentibus.

Et primo, quia licet in institutione maio- 49
ratus, de quo agitur, prohibita sit expressa alienatio, ut fol. 11. in principio existerunt, eam

eam ſucceſſoribus conceſſit, ſi facta cenſet in utilitatem maioratus, de cujus voluntate, & facultate non eſt dubitandum ex *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 3. *Mend. in prax. 1. p. lib. 3. cap. 11. num.* 8 adeo quod licet in inſtitutione ea facultas alienandi conceſſa non eſſet, ſemper alienatio facta in utilitatem ſuſtineri poteſt, ex *Reynoſ. deciſ.* 70 *num.* 28. *cum ſeqq* & quos refert optime *Salgad. in labyrint. 2. p. cap.* 17. *n.* 82.

494 Quod an & emphyteuticatio facta fuerit in utilitatem maioratus, apparet ex augmẽto quo jus meliorum milii, & quinquaginta manipulii paleæ fol. 16. verſ. cum tantum emphyteuticationem minus ſolvent, tempore quo ab inſtitutione vinculata fuerunt ea: hoc autem ſolum fundamentum indubitanter ſuſtinere debeat emphyteuticatio, & alium exiſteret.

495 Secundo, quia ex altera ratione non minus potentiori non poteſt revocari emphyteuticatio, quia Author hæres eſt parẽtis, ſic bona in emphyteuticum concedentis, & ut talia non poteſt ejus factum impugnare, *Valaſc. conſultatione* 69. *num* 7. *Barboſ. in leg* 2. § *pater num.* 32 *ff. de ſolutionibus matrimon* optime videndus, in ſpecie *Molin. de primog. lib. 7. cap.* 1 *n.* 27. *cum ſeqq. ex limitat. n.* 2.

Quod autem Author ſit hæres patris alienantis, ſeu emphyteuticantis, manifeſte oſtenditur, & comprobatur per omnes fere teſtes inquiſitionis Rei fol. 28. verſ. 29. verſ. 31. verſ. 32. verſ.

496 Ex quibus dicerem emphyteuticationem non eſſe revocandam à poteſtate emphyteuticato, ſic in confirmationem Judicis revocato Auditore. Portu 7. Februarii 1626. Borges.

497 Suppoſita communi ſententia, quod res maioratus in emphyteuticum dari nequeunt, quampluribus relatis fundat *Carvalh. in cap. Raynald. de teſtament. p. 2. num.* 311. *poſt Valaſc. conſ.* 95 *numer.* 2. *Reynoſ. obſervat.* 70. *numer.* 1. *Pinheir. de cenſib. & emphyteuſ. p.* 2. *dec.* 2 *ſect.* 3 *numer.* 32. plures referens *Pegas forenſ. cap.* 4 *numer.* 51 *Cyriac. contr.* 23. *n.* 27. itaut, & in vita poſſeſſoris, ſi prohibitio expreſſa intercedat, poſſit ſucceſſor maioratus alienationem infringere, & rem vendicare, & quilibet alius de familia ſuo ordine, ut poſt *Mieres Molinam*, & alios, quos refert, tenet *Noguerol. alleg.* 19 *n.* 13. *& ſeqq.*

498 Ego nihilominus meritiſſimi Judicis ſententiam confirmarem, revocato Auditore eo præcipuo irrefragabili fundamento!, quia prædicta communis ſententia ſupponit in conſtitutione maioratus prohibitionẽ abſolutam alienationis, vel tacitam ex natura maioratus, vel expreſſam ex proviſione inſtitutoris, aliter tamen inſtituatur, caſu aliquo alienationes permiſerit, ejus namque diſpoſitio in caſu permiſſo ſervanda erit, & ſi maioratus naturam derroget, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 2. num. 27. alias* 24. *ad fin. ubi Maldonadus, ex Rovito conſ. 1. n. 1 lib. 1 & melius n.* 12. *Ord. optima in 4. tit.* 100. §. *ubi Barboſ. DD. refert.*

Plane, ut ex ſcriptura fol. 12. cernitur, in- 499
ſtitutores cum præſentiarum non abſolute ſucceſſoribus alienationes interdixerunt, prohibentes tantummodo, niſi cum maioratus utilitate fierent in verbis ibi: *Naõ poder vender, nem alhear elle nem ſeus adminiſtradores trocar, nem deſcambar, ſenaõ com melhoria da dita.* Data ergo utilitate alienatio permittitur, enim vero prohibitum ſub una conditione, ſub contraria permiſſum cenſetur, *text. in L. ſi legatum pure* 10. *ff. de adim. legat. L. aliquando* 107. *in fine ff. condit. & demonſtrat. L. pecuniam, quam* 36. *ff. ſi certum petatur cum ſeqq. Cyriac. contr.* 207. *num.* 22. *q.* 23. notat dictionem, niſi quæ poſita eſt per prohibitionem, & negativam ponere, & permittere in caſu excepto contrarium ejus, quod denegatum eſt per *text. in L. actione* 4. *& ibi Bart. Cod. de tranſact. cap. unic.* Ubi omnes præcipue iterum, qui ſucceſſor teneat titulum in uſibus feudorum, *Menoch. conſ.* 228. *n.* 33. *& conſ.* 989. *n.* 11.

Nec adaptari poteſt intellectus, quam ap- 500
pellati patronus inculcare neſcit in perorationibus fol. 77. verſ. §. fin. Scilicet quod in prædicta clauſula ſolũ permittitur alienatio in permutatione, & ſi enim regulariter relatio fiat ad proxima, verius eſt relationẽ fieri ad omnia præcedentia, quando non poteſt aſſignari diverſa ratio, cur magis ad unum, quam ad aliud fiat, & quando omnia reguntur ab unico verbo orationis prout præſenti, ubi verbum, *naõ poderá*, orationem regit, *uſque ad verba trocar nem deſcambar, ſenaõ com melhoria.* Late ex multorum ſententia probat *Galganet. de condit. p.* 2. *cap* 6. *lib.* 7. *numer.* 2. *&* 4. *cum ſeqq. Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 102. *cum ſeqq Cyriac. contr.* 247. *num.* 44. & cum inſtitutores retento eodem themate alienationis ſpecies connecterent ſub dicta conditione, niſi titulo prohibendo connexorum, ſeu cohærentium, idem debet eſſe judicium, idem *Cyriac. contr.* 276. *n.* 43.

Ex ſcriptura inſtitutionis fol. 8. conſtat; 501
bona, de quibus contentio 24. modicis ſervandarum teſtatos tantummodo eo tempore penſionare dictis inſtitutoribus, nunc vero

per scripturam emphyteuticationis 28. modios, & insuper quinquaginta manipolos paleæ, & quartarium botyri: ex notoria ergo maioratus utilitate, quæ versatur, inter unas, & alias pensiones, cum ea differētia, quod antea ex incerta locatione, ut Actor autumat, nunc ex certa, & infalibilli emphyteuticationis petitione solvuntur, cum primo Domino conveniens sententiam Judicis confirmans Auditoris sententiam revocarem, absoluto Reo. Portu 12. Februarii 1676.

502 A qua sententia fuit gravamen iuterpositum ad Supplicationis Senatum. Ubi fuit confirmata, Judices: Pinheiro. Portugal.

Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

503 Inferioris Senatus placitum indubius confirmarem, eo tantum fundamento, quod in maioratus institutione fol. 12. permissa fuit successoribus alienatio, ex qua maioratui sequatur utilitas, quibus in terminis data prædicta utilitate dubium non est limitari regulam dictantē alienari non posse bona vinculo subjecta, docet in fortioribus terminis *Reynos. observ. 70. numer. 28. & seqq.* Ubi plures refert: de utilitate edocemur, ex pensionis augmento, & in dictis suffragiis fol 79 manifeste enervantur Auditoris fundamenta, & roborantur lucidis, quibus aliquid addere erit otiosum. Ulyssipone 17. Septembris anno 1676. Doctor Portugal.

504 Libenter inferioris Senatus laudo sententiam, &c. ab ea ut recedere non possum, potissimum est supra proxime relatum fundamentum, quod scilicet emphyteutica renovatio in utilitatem maioratus facta appareat, quibus interminis juxta mente instituentium, & clausula institutionis sustineri debet, ut late delineatum manet. Ulyssipone 14. Novembris 1676. Pinheiro.

505 Nisi aliquid recipiat successor pro concessione, quia tunc est nulla concessio, & competit reivenditio, *ex Ord. lib. 4. tit. 41.* ut diximus in alia causa supra hoc capite n. 464. & judicatum fuit in casu sequenti.

506 No feito de Joaõ Pereira de Tavora com Catharina da Costa, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

*Julgo os embargos fol. 60. recebidos, por naõ provados, vistos os autos, e mostrarse delles naõ serem os embargos com que veyo o A. fol. 50. e offereceo aos da R. embargante por contrariedade, artigos accumulativos, antes se mostra serē sómēte embargos de nullidade opposta aos prazos juntos pela R. embargante depois de abertas, e publicadas fol. 33. termos em que confórme a Direito, e Ordenaçaõ se naõ poder dizer accumulativos, por se naõ poder impugnar, nem allegar nullidade contra os ditos prazos, senaõ depois de postos em juizo: e com maior razaõ no caso presente á vista do protesto, e requerimento, q̄ o A originario fez no libello, e termo fol. 17. e nesta fórma senaõ póde considerar prova de novo depois de abertas, e publicadas, por ser feita sobre artigos omnino diversos, e naõ ter articulado o A. a materia dos embargos, com que veyo fol. 50. nem o poder fazer senaõ postos, e apresentados em juizo os ditos prazos, e visto outrosim. Mostrase, que falecendo Estevaõ Lourenço de Miranda, possuidor que foy do morgado, de cuja pertença he o casal do Carvalhal da contenda. Se meteraõ de posse das propriedades do dito morgado Patricio Machado, e Cosme Machado, o qual entre os mais bens, que possuia, possuia o dito casal, cobrādo as rendas delle o dito Patricio Machado, sem estar de posse do dito casal, fizera delle prazo a Guimar Vieira, mulher do dito Estevaõ Lourenço de Miranda, por ella o ajudar na demanda sobre o morgado, em cujos termos ficou sendo o tal prazo nullo, como feito em prejuizo dos bens do morgado, e naõ se mostrar em fórma juridica o dito casal fosse costumado a emprazar, nem delle houvesse prazo antecedēte, nem com elles, ainda que estivera de posse do casal o dito Patricio Machado, podia prejudicar aos futuros successores do morgado, naõ sendo contra elles completo, e se interromper por cada hum dos novos successores, e se provar largamente, que depois da morte de Estevaõ Lourenço de Miranda ouve porfiadas demandas sobre a successaõ dos morgados, senaõ correr tempo contra os successores: além de q̄ se mostra, que Pedro Machado possuidor deste morgado, dera libello contra o marido da R. sobre este casal, quanto mais, que se mostra, que o prazo fol. 33. que fez ao marido da R foy feito por elle dar, ou perdoar ao possuidor do morgado, que lhe fez, quarenta mil reis, como depoem a dito fol. 80. que por ser medianeiro do tal contrato, faz confórme a Direito inteira prova junta a confissaõ, e queixa da R. embargante, de q̄ depoem a fol. 61. e ficou o dito prazo sendo nullo, e devoluto o dito direito senhorio, por intervir dinheiro na feitura delle, e ser em prejuizo dos futuros successores, e se verifica nos termos presentes, mostrandose pagarse do dito casal muito maior renda antes do emprazamento. O que visto, julgo os ditos embargos por naõ provados, e por provados os com que o A. veyo contrariando, custas a final. Guimaraens 3. de Novembro de 1678. Medeiros.*

A qua sententia fuit appellatum ad Sena- 507
tum

tum Portuenſem. Ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus ſequentibus.

Per ea, quæ ex inquiſitione Actoris, & certitudinis Catalogi terrarum maioratus apparent, conſtat, quod dictus Actor, ſive Dominus, & vere ſucceſſor dicti maioratus per Gilium Laurentium de Miranda inſtituti, & ejus poſſeſſor: & quod inter alia bona ipſi maioratui pertinentia eſt contentionis prædium do Carvalhal, ex quo ordinaria penſio maioratus ſucceſſori ſolvitur, & quod etiam ipſi maioratui pertinet campus, vulgo do Porto, & da Fruta, alii prædii vulgo do Carregal cum penſione in libello deducta, & quod Rea ſit in poſſeſſione utriuſque fundi, ſeu prædii, & quod per denegationem penſionis unius ex dictis prædiis Rea violentiam committat, & ſit in reſtitutione penſionis, *ex cap. reintegrandæ 3. q. 1.*

8 Attamen cum ex certitudine terrarum Catalogi oſtendatur, quod terræ dicti maioratus poſſint in emphyteuſim concedi, & ſint ſolitæ emphyteuticari, in quibus terminis limitatur maioratuum natura, & qualitas ex doctrina *Valaſc. conſ. 95. numer. 2. Gam. deciſ. 342. num. fin.* ex quo evincitur juſta Reæ poſſeſſio, bene in hoc caſu videtur per Judicem judicatum fuiſſe.

9 Quod quidem corroboratur, cum conſtet, quod dictus fundus do Carvalhal Guiomari Vieira fuiſſet renovatus anno 1599. & fuit & in emphyteuſim conceſſus Gundiſalvo Dias Leite, & conſtat de conceſſione inſtitutoris ejuſdem maioratus fol. 100. & ſic ſuccedit diſpoſitio *noſtræ Ord. in 4. tit. 62. §. 46.* & doctrina *Reynoſ. obſ. 70. num. 26. & 49. cum DD. ſupra.*

10 Hæc ſuper prædio do Carvalhal, & quod attinet ad fundum do Carregal attenta Actoris probatione, & nihil in contrarium Rea adducat, bene, & per Judicem videtur judicatum, & ſic illum confirmarem, & ſic & gravamini in proceſſu deferri videtur. Portu 21. Auguſti 1670. Guevara.

11 Legitimè ſe defendit Rea per inſtrumenta emphyteutica à fol. 20 ad hoc ut reivendicationem elidat, nam cum per illa oſtendatur prædium do Carvalhal ſolitum eſſe emphyteuticari ab antiquo, ut ex certitudine fol 98. pateſcit; & ipſa Rea eodem titulo prædium habeat prætextu injuſtæ alienationis, & infraudem maioratus factæ, à poſſeſſore vindicari nequit, *Reynoſ. obſ. 70 num. 39. & 48. Valaſc. conſ. 95. numer 9. Gam. deciſ. 342. in fin. Pinheir. de emphyt. dict. p. 2. ſect. 3. num. 34.* Et quamvis Actor vellet prædicta inſtrumenta infringere ratione ſimulationis, & fraudis, id tam legaliter non probavit, ſicut ſolutionem maioris penſionis, quam in terminis contentæ non oſtendit novus, juſteque Præſes in decreto fol. 82. impedimenta quoad hanc partem probata pronunciavit, propter quod gravamini fol. 109. cum proviſione delatum eſt, & Ream à reſtitutione emphyteuſis abſolverem. Quoad actionem ſpolii ex Actoris parte inveniuntur probata requiſita interdicti unde vi, in totum ſententiam Præſidis confirmarem. Portu 21. Auguſti 1670. Doctor Meirelles.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum. Ubi fuit confirmata, & fundata in deliberatione ſequenti. 512

Quamvis certum ſit non poſſe maioratus bona in emphyteuſim concedi, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. numer. 33. Pinel. in L. 1. Cod. de bon. mater. 3. p. numer. 65. Gam. dec. 16. numer. 3. & deciſ. 192. Cald. de nominat. q. 16. ex numer. 2. Pereir. de Caſtr. deciſ. 26 per tot. Carvalh. in cap. Raynaldus de teſtam. p. 2. n. 311.* 513

Attamen bonorum maioratus in emphyteuſim conceſſio valet, ſi ea bona ſint ſolita emphyteuticari, *Gam. deciſ. 342. numer. 4. Valaſc. conſ 95. numer. 2. Pinheir. de cenſib. 2. p. diſput. 2. ſect. 3. n. 34, Reynoſ. obſ. 70. n. 39. Phæb. 1. p. deciſ. 6. n. 9.* 514

Unde cum prædium do Carvalhal, licet ſit maioratui obnoxium, ſolitum ſit emphyteuticari, ut apparet fol. 29. indubium eſt præfati prædii in emphyteuſim conceſſionē valere. 515

Præſertim, quando datur expreſſa licentia inſtituentis, ut bona maioratus poſſint emphyteuticari, ut in noſtro caſu evidenter conſtat ex conſtitutione maioratus fol. 100. *Ord. lib. 1. tit. 62. § 45. & 46 & lib. 4. tit. 31. Carvalh in cap. Raynald. de teſtam. p. 2. numer. 312. Reynoſ. obſ. 70. numer. 26. & 49. Pinheir. de cenſib. 2. p. diſp. 2. ſect. 3. numer. 32. & 33.* 516

Allegatio læſionis circa penſionem centus convincitur per ſcripturas emphyteuſis fol. 30. & ſemper penſio fuit impoſita in renovationibus in forma conſuetudinis ſervatæ, *Gam. deciſ 222 numer. 1. & 8 Val conſ. 88. & conſ. 28. in princip. Pinheir. de cenſib. 2. p diſput 7 n. 66.* 517

Et nunquam poterat dolus, & fraus conſiderari in renovationibus, cum dominus directus teneatur finitis vitis renovationem facere, non ſolum de æquitate, ſed de rigore ſtyli, *Phæb. 2 p deciſ. 161. n. 36. Pereir. de Caſtr. deciſ. 31. n. 4.* 518

Deinde per teſtes fol. 51. evidenter colligitur maiorem penſionem ab Actore allega- 519

tam

tam non esse censum, sed reditum, qui emphyteutæ solvebatur, ut ipsemet Actor multoties in his actis fatetur.

520 Et dispositio *Ord. lib. 4. tit.* 41. non militat in nostro casu, cum Actor in probatione defeciset, & argumentis, & rationibus in contrarium adductis per Actorem eleganter, & eruditè satisfacit Patronus R.

521 Igitur his omnibus perpensis judicatum in Senatu inferiori libenter amplector. Ulyssipone 23. Aprilis 1671. Quisel.

Convenio Oliveyra.

522 Et si masculus frater intentet reivendicationem contra sororem, & habeat præferentiam in successione in terminis *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 1. potest soror opponere, habere cessionem fratris senioris, & non habere actionem dum vivit, & si ita probaverit, obtinebit, non solum quia est valida talis cessio fructuum in vita, ut diximus *forens. cap. 4. num. 39. & seqq.* sed quia ita judicatum fuit in causa seq.

523 No feito de Pedro Gomes com Anna Rodrigues, Escrivaõ Manoel de Goes, se deu a sentença seguinte.

*Vistos estes autos, libello dos AA. Pedro Gomes, e sua mulher Isabel Fernandes, de quem pela contestaçaõ da R. Anna Rodrigues menor de vinte e cinco annos, filha de Francisco Rodrigues do Arcusello, e mais artigos recebidos, papeis, provas dadas, e documentos juntos. Por parte do A. se mostra vincular o Padre Simaõ Pires do Arcusello certos bens com obrigaçaõ de Capella para sempre, e chamar em primeiro lugar a Francisco Rodrigues do Arcusello, casado com Maria Fernandes, e faltandolhe herdeiros, venha ao parente Clerigo mais chegado. Pela parte materna do instituidor mostrase succeder nos ditos bẽs vinculados o primeiro nomeado Francisco Rodrigues, e fazer nelles patrimonio a seu filho o Padre Francisco Rodrignes para se ordenar, e depois de feito Clerigo fez o dito Padre Frãcisco Rodrigues nomeaçaõ, e traspassaçaõ dos ditos bens em a R. sua irmã. Outrosim se mostra ser a A. Isabel Fernandes filha mais velha de Francisco Rodrigues primeiro nomeado. Por parte da R. se mostra fazer o Padre Simaõ Pires vinculo dos bens, e chamar a Francisco Rodrigues, e naõ tendo filhos, succedesse o Clerigo parente mais chegado. Pela parte materna do instituidor, cõ poderes de nomear, mostrase succeder no dito vinculo Francisco Rodrigues primeiro nomeado, e ficaremlhe filhos, a saber a A. e a R. e o Padre Francisco Rodrigues, a qual succedendo por varaõ no dito vinculo, lhe fez patrimonio nos ditos bens seu pay Francisco Rodrigues primeiro nomeado. Mostrase nomear, e ceder o dito Padre Francisco Rodrigues em a R. sua irmã os ditos bens vinculados, e de presente possuidos. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposiçaõ de Direito, como por parte da R. se mostre fazer o Padre Simaõ Pires capella leigal, e nomear a Francisco Rodrigues por primeiro administrador della, e que faltandolhe herdeiros, viesse a dita Capella ao Clerigo parente mais chegado pela linha materna do instituidor, e por naõ faltarem herdeiros ao dito Franc.sco Rodrigues, primeiro administrador, e primeiro nomeado, pois morreo com filhos, e de todos elles ser varaõ o Padre Francisco Rodrigues, e naõ alterar o instituidor cousa alguma contra as regras de Direito, e visto conformarse com ellas, que daõ preferencia nos bens vinculados ao varaõ, inda que mais novo, e como tal juridicamente succedeo o dito Padre Francisco Rodrigues na dita Capella, e por nomear, ceder, e traspassar todo o direito que nella tinha a A. á R. sua irmã, e visto cederlhe o que podia, que he taõ sómente o usufruto della, pois na propriedade naõ podia nomear, senaõ no caso que faltassem filhos ao primeiro nomeado Francisco Rodrigues. Julgo ser a R taõ sómente usufrutuaria dos bens da dita Capella em vida do dito Padre seu irmaõ sómente nomeante, que por morte de qualquer delles se consolidará com as propriedades, e fique seu direito reservado á A. por ser filha mais velha do primeiro nomeado, para depois da morte do Padre Francisco Rodrigues seu irmaõ. E paguem os AA. os autos. Rua em 14. de Novembro de 1671. Antonio de Aranjo Vasconcellos.*

A qua sententia fuit appellatum ad Sena- 52
tum Portuensem. Ubi fuit confirmata, Judices: Cazado. Ribeyro. Doctor Alvarez Coelho. Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus

Iste Clericus frater horum collitigantium capax erat succedendi in hoc vinculo, quia erat filios legitimi possessoris: neque qualitas Clericalis ei impedimento erat, quoniam Clerici sunt capaces ad succedendum in maioratibus, si ab institutoribus (quorum voluntas attenditur) non excludantur. Neque *Ord. d. lib. 2 tit.* 18. eos removet, immo §. 5. disponit, quod Clerici sine aliqua Principis licentia liberè possunt bona immobilia emere, quovisve titulo acquirere, dummodo morte illa sæcularibus relinquant.

Neque institutor hujus maioratus hunc Clericum excludit, imo ex capite filii sui patris ad maioratum vocavit, & cum in defectum hæredum hujus primi vocati vocasset Clericum, signum est, quod Clericos dilexit, & non

& non excluſit: quapropter cum duplex qualitas in noſtro Clerico inveniatur, igitur ille erat legitimus ſucceſſor.

525 Unde infertur, quod in vita ſua bene poterat ad libitum diſponere, præcipue renuntiando, transferendo, & cedendo in favorem ſororis filiæ hujus primi vocati; nam licet iſta translatio, utpote facta ſorori juniori videatur non poſſe ſuſtineri; attamen ſuſtinetur, utpote facta à non vero ſucceſſore, faciunt tradita *per Cabed. p.*II. *deciſ.* 96. *n.* 7. ratio eſt, quia in vita quilibet poſſeſſor maioratus poteſt de eo diſponere, dummodo non diſponat in præjudicium futuri legitimi ſucceſſoris. Videmus equidem, quod patres non poſſunt maioratibus renuntiare in præjudicium filij primogeniti, *Cabed.* 2. *p. deciſ.* 30. *num.* 7. *Gam. deciſ* 59. *n.* 5. Quapropter cum in iſta translatione nullum detur præjudicium AA. dum vivit iſte Clericus frater, igitur ſuſtinenda eſt, confirmato Jucice in hac parte.

526 Sicut etiam in ea parte, qua reſervat jus AA. ut poſt mortem hujus Clerici fratris agere valeant circa ſucceſſionem hujus maioratus, ita judicarem. Portu 22. Martij 1672. Doctor Coelho.

527 Non dubito, quod Franciſcus, qui renuntiationem fecit, haberet jus in hoc maioratu, ſeu vinculo ab inſtitutore facto, non in ſecunda vocatione facta Clericorum in defectum filiorum primi vocati, ſed ex eo quia filius maſculus illius erat, & ut talis, ei debebatur ſucceſſio *in Ord. lib.* 4. *tit.* 1. non quando obſtet qualitas Clericatus, cum ab inſtitutore excluſi non reperiantur Clerici, imo ſint expreſſe vocati: nec etiam diffiteor, quod iſti poſſunt commoditatem hujus maioratus in ſororem transferre, licet juniori actrici jam bona prohibita alienari poſſint in vita, immo poſſeſſoris non ſolum in cognatos, ſed etiam in extraneos, & etiam in eis fieri executio, ex his, quæ *Mieres de maiorat.* 3. *p. q.* 9 *à n.* 106. *Fontanell. de pact. tom.* 1 *clauſul.* 4 *gloſſ.* 9. *p.* 5. *n.* 24. *Cancer. var.* 1. *tom. cap.* 8. *num.* 99. & 100. Inſpecta tantum renuntiatione facta à dicto Franciſco ſorori ſuæ juniori fol. 24 in qua tranſtulit omne jus, dominium, & poſſeſſionem in illam cum poteſtate nominandi dictum vinculum in aliam perſonam, quam voluiſſet, & cum in ſororem maiorem natu hæc ſucceſſio poſt mortem dicti fratris Franciſci ſpectet; non levis quoad me reſultat quæſtio, nam cum iſte pater renuntiaverit omne jus in Ream, aſſumens Judicis officium circa hanc ſucceſſionem introverti videtur modum ſuccedendi, quem inſtitutor diſpoſuit in ſuo teſtamento, adhærens Juri Civili, & Ord. noſtræ, qui dictant, quod filius, aut filia maior deficiente maſculo ſuccedant in maioratu; in quibus terminis non ſolum poteſt Actrix tamquam ſoror maior natu agere de futura ſucceſſione, ut tenet *Pereir. dec. ult. per tot.* propter rationes ab ipſo conſideratas *num.* 3. ſed etiam reivendicare dominium, & poſſeſſionem iſtius maioratus, data tali alienatione, & renuntiatione illius, *ex Paul. in leg. qui abſenti* §. 1. *ff. acquirend. poſſ. Pariſio conſ.* 69. *Menoch. conſ.* 325. *num.* 70. & *ſeqq. Fuſar. de ſubſtitutionib. q.* 597. & plures alios, quos ipſe *Pereir.* refert. Ex quibus Ream condemnarem, ut dimitteret poſſeſſionem Actricis cum fructibus à lite conteſtata, aut ſaltem, ut ipſa declaretur, & maioratum poſt mortem fratris renuntiantis ejus filiis, & deſcendentibus ex vi repræſentationis pertinere, ſic revocato permanente Judice. Portu 28. Martii 1672. Ribeiro.

Poſitus in bivio, quo me vertam neſcio, 528
æqualiter namque urgent doctiſſimæ aſſertiones, & doctrina præcedentium Dominorum, ſed dicam vel coactus.

Suppoſito ſine dubio, quod pater Franciſcus Rodrigues fuit adminiſtrator hujus maioratus, non pro nunc, quia Pater, & Prebyter, ſed quia maſculus, & unicus, in domo parentis cum ſucceſſit ex prærogativa ſexus; in ea ſum ſententia, quod iſte ſucceſſor non perdidit adminiſtrationem, & ſaltem dum vivit, non poſſe ſororem Ream, in cujus favorem dimiſit maioratum, inquietare. Fundamentum hujus aſſertionis eſt, quia illam ceſſionem, & dimiſſionem fecit frater poſſeſſor per metum, compulſus legis timore, quia forſan ei fuit perſuaſum, non poſſe bona ſtabilia poſſidere ultra annum, & eſſe comprehenſum in diſpoſitione *Ord. lib.* 2. *tit.* 18 § 5. ex doctrina *Gam. deciſ.* 341. ex quo juſte timuit, cum fuerit inſtitutor Clericus, & Clerici ſint vocati, licet in ſubſidium, ut patet fol. 17. ac proinde dimiſit maioratum ſorori. De metu conſtat ex verbis ſcripturæ fol. 24. ibi: *O qual treſpaſſo, e nomeaçaõ faz em tempo devido*, intra annum ſcilicet, *na fórma da Ordenaçaõ &c.*

Deceptus quidem fuit iſte cedens legis 529
clypeo, contra clauſulam *text. in L. Paul. ff. prat ſtip.* ac proinde dum metus dedit cauſam ceſſioni, illa non eſt momenti, & poteſt cedens ex hoc capite reaſſumere, reſciſſo contractu tamquam nullius effectus, remanſit enim cum jure adminiſtrationis, ut antea, quod poteſt concedere ſorori juniori, ut conceſſit, & alii cui voluerit, dum vivit, ut probatum remanet late de jure.

Sed maxime adverſantur prædictæ *Bartoli* doctrinæ ſacratiſſima Imperatoris *Sanctio in §. ex contrario in illis verbis*, ibi: *Si debitor creditori ſuo, quem debet, legaverit, inutile eſt legatum. Inſt. de legat. & Pauli deciſio in ſpecie text. in L. legavit 25. §. fin. in illis verbis*, ibi: *Quod ſi centum aureos, quos ſe debere dixit, legaverit. ſi quidem debet inutile eſt legatum ff. de liberat. legat.* quæ jura expreſſe loquuntur in terminis, quibus deagimus, nam Domina Eliſabetha debitrix 576

proponitur maioratui da Landeira, eidemque legavit, quod debere se confitebatur, ut patet ex ipsius testamento fol. 27. ibi: *Deixo ao morgado de Landeira aquella parte de bens, que se achar, que lhe devo de deixar, conforme ao compromisso, que primeiro se verá.* In qua quidem specie, cum legatum inutile sit, consequenter recte sequitur non bene receptam esse *Bartoli* doctrinam contra definitionem legati *in L. legatum 36. ff. de legat.* 2. §. 1. *inst. eod. tit. de legat. Pich. in dict.* §. 1. *num.* 12. *& ibi Anton. Peres. num.* 1. insignis primarius *Veiga in L. sin autem 29. ff. de legat.* 1.

577 Verum enim vero facile intelligemus *Bartoli* doctrinam recte procedere, si rite attendamus, quod non generaliter, nec absolute *Justinianus in dict. §. ex contrario constituit & I. C. in dict. L. legavi § fin.* decidit, inutile esse legatum, quando debitor creditori suo, quod debet, legavit, sed restricte, & cum distinctione, ita ut sensus sit, tunc demum inutile esse, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius per legatum creditor habet, ut ipse Imperator ibi declarat, & *Paulus in dict. §. fin.* ibi, nullam utilitatem video, & ibi, nulla utilitas est: ex quibus verbis manifeste convincitur, quod si aliquam utilitatem, sive aliquod commodum creditor ex legato reportaret, illud erit utile, ac proficuum, ut eleganter resolvit *Balduin. in d. §. ex contrario num.* 3. *Donel. in L. Divortio num.* 3. *ff. de verbor.* primarius insignis *Anton. Laur.* qui plures refert *ad L. Titio centum num. mihi 40 ff. de condit. & demonstr.* alter primarius omni ævo memorandus *Rodericus Lopes à Veiga ad L. si creditori 28. num. 66. ff. de legat.* 1. & hujus rei plura in jure nostro reperiuntur exempla, unum tantum referam, quod optime adaptatur casui, quo deagimus, nempe responsum *Salvii Juliani*, qui in eleganti specie, *text. in L. si debitor* 11. his affatur verbis, quoties debitor creditori suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset creditoris ex testamēto potius agere, quam ex pristina obligatione *ff. de liberat legat.* quem explicat doctissimus *Jacob. Cujac. lib.* 36. *forum. Salvii. Juliani*: ac proinde *Balduin. ubi supra num.* 6. inquit, quod non est facile proponere exemplum, ubi non plus sit in legato, quam in debito. Igitur cum plus interfit possessoris maioratus ex debitricis testamento potius agere, quam ex pristina obligatione. procul dubio manet bene receptam esse *Bartoli* doctrinam.

758 Ex dictis jam apparet inter alias actiones, quæ ex legato proveniunt, hypothecariam etiam maioratui competere, id est illius successori, *ex text. in L. 1. Cod. com. de legat.* §. *nostra autem Inst. cod. tit. de legat.* ubi communiter scribentes, & hanc actionem posse Actorem intendere, non tamen adversus debitricis hæreditatem, ut tenet *Mascard. de probat. conclus. 359 num. 1 Burd. decis. 285. n.* 2 *Merlin. contr. centur.* 1. *cap.* 85. *n.* 7. *Tusc. concl.* 639. *num.* 5. Verum etiam adversus Reum tertium possessorem pro villa, qua deagitur, ut per *Menoch. cons* 51. *num.* 5. *Merlin. lib.* 3. *q.* 14 *num* 17. *Fujar cons.* 52. *à num.* 19. qui alios cumulat, præcipue cum Domina Elisabetha in suo testamento obligationem solvendi tertiam, suæ tertiæ, cui se adstrictam agnoscebat, constituerit super omnibus bonis, quæ mortis tempore possidebat, liquet ex verbis disponentis dict. fol. 27. quæ quidem important specialem, & expressam hypothecam rerum ibi expressarum, & generalem, ac tacitam cæterorum, ut per *Amat. cons.* 68 *num.* 11. *August. Barbos de dictionibus usufrequentibus dict.* 394. *à num.* 1. *præcipue num.* 6. primarius *Veiga* qui plures citat *in §. omnium num.* 31 *inst de action* & hoc ideo, quia illa dictio, de qua debitrix utitur ibi, *Do resto da minha fazenda*, hoc est, de bonis meis, denotat causam proximam, & immediatam legandi, *Mont. de conjectur. ult. vol. lib.* 11 *tit.* 12 *num.* 17. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4 *præsumpt* 81. *n.* 13. & cum de legatis agitur, dictio, de pro dictione super usurpatur, *Puteus decis.* 39 *num.* 1 *Boer. decis.* 44. *numer.* 29. *August. Barbos. de dict. dict.* 76. *n.* 16.

Quæ in causa sunt, ut nunc Actor adversus R. hypothecaria, quam eius pater antea intentaverat, ut demonstrat libelli conclusio fol. 2. & illam reddere inanem R. opposita præscriptionis exceptione cernitur fol. 184. confirmata illius sententia in nostro Senatu, quam exceptionem Prætor Curialis meretissimus probatam judicavit. neque impedimētorum remedium aliquid evincere potuit fol. 223. vers. Quare revisionis beneficio implorato, ā exceptio præscriptionis prævalere debeat? nunc quæritur: & de hoc ad nos dicendi munus expectat, ut ita Senatus sententia suo robore permaneat, an annulletur.

Jus exceptionis peremptoriæ fundat Reus in temporis decursu, ob quam non tamen præscriptionem decem, vel viginti annorum, ut requirit nostra *L. Regia lib.* 4. *tit.* 3. §. 1. Imo potius quadraginta cum titulo, & bona fide, quæ æquipollet immemoriali, probat, tam per scripturam fol. 144. quam etiam per testes fol. 168. & illa se securum putabat, numerando tamen tempus à die emptionis villæ, prout prima facie deducitur ex verbis nostræ Regiæ. *Legis in dict. §. 1. vers. Os quaes dez annos, e vinte se contarão do primeiro dia,*

*dia,&c.* ut reſolvuntur *Aymon. conſ.* 263. *col. fin.in princ. Pinel.* qui plures adducit *in auth. Niſi triennale n.* 48. *Cod. de bon. matern.* inſignis *Barb.ad leg ſicut* 3. *Cod.de præſcript. trigint. vel quadragint. annor.*

Attamen ſalva pace tantorum virorum plus mihi arridet ſententia doctiſſimi *Gam deciſ.* 21. *num.* 5. *& deciſ.* 99 *n. etiam* 5. qui tempus ad præſcribendum neceſſarium reſolvit numerandum eſſe non à die,quo creditor agere potuit adverſus ipſum emptorem tertium poſſeſſorem; quam opinionem tamquam juris veritati conformem,& magis genuinam probant *Alex.conſ.*58. *num.* 9. *lib.* 5. *Aſſict.deciſ.*39. *num.* 7. *Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr.* 11. §. 2. *num.* 56. *Molin. de juſt. diſput.* 96. *col. fin. Crot. in L. ſi is qui n.* 207. *ff. de uſucap. Parlador. rer.quotid. lib.* 1. *cap.* 1. §. 16. *in fin. Azeved. L.* 6. *tit.* 15. *lib* 4. *Ordin. num.* 69. Quia de jure communi ante principalis debitoris excuſſionẽ,tertium poſſeſſorem convenire non poſſe creditorem vita, *Auth hoc ſi debitor Cod. de pignor. Lara de capellan. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 1. primarius *Veiga in dict.* § *omnium num.* 32. *inſt. de act.* Sic intelligens Legem Regiam deſumptam *ex dict. Auth.in princ.dict tit.* 3. ubi in finalibus verbis legitur, *demandando porém o credor primeiro o ſeu devedor*: quod verbum, *porém*, continet decretum irritans, ita ut nullo alio modo agere poſſit creditor adverſus tertium, niſi prius principali excuſſo, ejus fidejuſſore, ſeu hærede, ergo contra creditorem litigantem imperante lege nulla præſcriptio currere poteſt, ſiquidem impeditus legitime eſt, & contra impeditum non currit tempus juxta vulgaria, & ideo *Menoch. dict. conſ.* 51. *num.* 5. dicet, quod legatarius non agit adverſus tertium ad bona obligata non excuſſo hærede, eo maxime, quia cum hoc impedimentum juris ſit,in poteſtate creditoris non fuit illud removere, bonus de jure *text. in L quibus diebus ff de condit. & demonſtrat.* ergo ſtante impedimento à jure infito judicem adeundo, illud admovere non potuit creditor, ſive Actor, cum ab anno 1606. uſque ad 81. in quo die 16. Martii ejus pater actionem propoſuit adverſus R. anteceſſores,prædicti Actoris hujuſmodi maioratus ſucceſſores perpetuo litibus occupati impedirentur, ut ſatis conſtat ex hoc proceſſu, & ex doctis patrum deliberationibus. Igitur intellecta Lege noſtra Regia *in dict.* §.1. *verſ. Os quaes dez annos* per eandem legem,de qua in principio *dict.tit.*3. nam leges legibus conciliari debent,ad ulteriora procedere videntur doctiſſimi Senatores judicãdo præſcriptionem Rei perfectam ad expellendam Actoris actionem, & conſequenter exceptionem probatam, cum prius diſcuti debuerat, quam ob rem eorum ſententiam reviſionis dignam judico. Ulyſſipone 25. Januarii 1658. Joſeph de Matos da Veiga.

Sed his non obſtantibus lata fuit ſenten- 582
tia ſequens.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes autos petiçaõ do ſupplicante, proviſaõ do dito Senhor porque manaou rever o feito appenſo declaraõa na dita petiçaõ. Naõ he aggravado o ſupplicante pelos Deſembargadores dos aggravos, cumpraſe ſua ſentença por ſeus fundamentos. E condenaõ ao ſupplicante nas cuſtas dos autos. Lisboa* 31. *de Março de* 1662. *Teixeira. Pinheiro. Bacellar. Pinheiro de Brito. Dorta. Privado. Fonſeca.*

Sed quando competit actio ſucceſſori ma- 583
ioratus,debet agere perſonaliter,aut per procuratorem, & non cum cautione de rato: & ſi pertineat ad mulierem uxoratam, tenetur maritus eſtẽdere mandatum procuratorium ſpeciale ad agendum, & non ſufficit procuratio ſua: nec ejus conſanguineus admittitur cum cautione de rato ad agendum ſuper ſucceſſione maioratus, ut judicatum fuit in cauſa D. Francitci Maſcarenhas cum Nonio de Mendoça, & Albuquerque, apud Notarium Manoel Rodrigues de Moraes,in Judicio Prætoris Curialis.

Et debet agere, & actionem proponere 584
conſanguineus proximior, aut co renuente, & renunciante, aut cedente, ſequens in gradu, cui competit reivendicationis actio pro conſequendis rebus maioratus alienatis ab ultimo poſſeſſore, non obſtante allegatione revocationis, & præſcriptionis propoſitæ ab extraneo, ut judicatum fuit in cauſa ſeq.

No feito de Antonio de Lemos contra a 585
Priora, e mais Religioſas do Moſteiro de Noſſa Senhora do Paraizo da Cidade de Evora, Eſcrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz em abſolver as RR. do pedido pela A. revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e papeis, que neſta inſtancia ſe offerecéraõ. Moſtraſe Fernaõ de Melquita no anno de* 1501. *fazer inſtituiçaõ de dous morgados iguaes para dous filhos q̃ tinha entaõ naturaes, Alvaro de Meſquita, e Diogo de Meſquita, unindolhe, e vinculandolhe nelles as herdades da Sovereira, Valdobre, Perdigaõ, e outras muitas propriedades, com expreſſa prohibiçaõ de alheaçaõ, e por conſervaçaõ da familia, chamando a cada hum dos ditos ſeus filhos á ſucceſſaõ, e adminiſtraçaõ da metade dos ditos bens, que aſſim vinculou*

*em cada hum dos morgados, mandando que por morte de cada hum dos ditos seus filhos, lhe succedesse o filho macho mais velho que de cada hum delles ficasse, e em defeito do filho macho a filha té o ter. Mostrase mais os bens de que se trata. serem do morgado, em que succedeo, e de que foy administrador Diogo de Mesquita, o qual morreo sem filhos, nem descendentes, e assim se devolveo a successão aos parentes mais chegados, que saõ os descentes do outro irmaõ Alvaro de Mesquita, cuja neta he a A. filha de seu filho Francisco de Mesquita, e assim bisneta direita do instituidor, e filha de hum sobrinho direito de Diogo de Mesquita, e naõ ha de presente parente algum mais chegado em grao, que ella, e posto que ha hum macho em igual grao, que he o que succedeo no outro morgado de Alvaro de Mesquita, sobrinho da A. filho de seu irmaõ, esse naõ quiz, nem quer tirar, e repetir esta fazenda do morgado, antes renunciou, e dimitio do si todo o direito, que para isso lhe pudesse competir, e tirado elle do meyo, que era só o que podia deitar da auçaõ a A. lhe ficou competindo a ella, cõforme a Direito, para poder succeder, e repetir os bens do morgado alheados em poder de pessoas, que naõ saõ descendentes do instituidor, nem parentes mais chegados em grao ao ultimo possuidor, e do sangue. O que tudo assim visto, com o mais dos autos, e como as RR. e seu Convento naõ allegaõ, nem mostraõ direito algum, pelo qual possaõ succeder neste morgado, nem reter os bens vinculados nelle, e as razoens de que se pretendéraõ valer, querendo mostrar, que a instituiçaõ do morgado se revogara, e além disso, que tinhaõ prescripto, naõ saõ bastantes, nem taes, que as desobriguem de largarem as ditas propriedades, assim porque se naõ mostra a tal revogaçaõ tacita, nẽ expressa, antes pelos autos se mostra o contrario, como porq̃ naõ provaõ os requisitos de Direito necessarios para se induzir prescripçaõ nestes bens de morgado, tal, que prejudique, e possa prejudicar aos successores. Julgo que á A. pertence o direito de repetir estes bens, visto o sobrinho, e possuidor do outro morgado (ainda que naõ houvera duvida alguma sobre os poder unir, e possuir ambos, como ha, e naõ está determinada) declarar, que naõ queria repetir estes bens, nem tratar disso, antes se alguẽ direito para isso tinha, o renunciava na A. E mandaõ, que as RR. lhos larguem, e restituaõ com os frutos da lide contestada em diante. E paguem as custas destes autos, em que os cõdenaõ. Lisboa 17. de Janeiro de 1617. Fonseca. Miguel de Barreira. Diogo de Brito.*

Hæc sententia fuit fundata in sequentibus deliberationibus.

Ne deterreat magnitudo processus, brevi calamo exponam. Quod mihi necessario visum fuit pro illius, & causæ hujusmodi expeditione, & pro inquirenda Judicis sententia, a qua ad nos appellatum extat fol. 343. in fin. & vers. intendit A. in suo libello fol. 10. sibi restitui bona, de quibus ibi fit mentio, & in quibus dicit se habere dominium tanquam proximiorem consanguineam ratione maioratus, & vinculi ejusdem, quo contendit esse affecta, idque contra R. Monasterium scilicet, quod possessorem eorundem bonorum assistere, est in confesso: post libellum oblatum oblata fuit á R. exceptio declinatoria, seu incompetentiæ, & sic habita delatio usque ad fol. 86. ubi finita causa exceptionis, seu incompetentiæ, contrarietas, seu depulsio á Monasterio effertur. Deinde omissis intermediis, quæ ad rem non faciunt, oblata fuit replica per A. fol. 215. sicut & treplica per R. Monsterium fol. 226. In summa, Monasterium se defendit duobus mediis. Primo, quod bona prædicta libera sunt habenda, non vero vinculo maioratus affecta, seu obnoxia. Secundo, quod etiam si originaliter talia sint habenda, attamen ex post facto talia esse desierunt, tum ex eo quia institutor Ferdinandus de Mesquita post institutionem factam matrimonium contraxit cum Agnete Gonsalves, à qua ante dictum matrimonium duos habuerat filios, quos pro dimidia parte in d. maioratu, & bonis prædictis nominaverat, nempe Alvarum, & Jacobum de Mesquita, unde per tale matrimonium, & legitimitatẽ filiorum supervenientem indissolutum debet considerari maioratus vinculum; ac etiam quia per testamentum postea factum, & codicillum etiam supervenientem eandem institutionem revocaverat. Ac tandem ex eo, quia his omnibus deficientibus, vel etiam si deficiat, tempus diversum, quo Monasterium cum titulo, & bona fide possidet, sufficiens est ad præscriptionem inducendam, maxime inter præsentes.

Judex in d. sententia absolvit Monasterium, eo potissimum fundamento, quod de maioratus institutione non constat, quia instrumentum oblatum dicit esse exemplum & transumptum ab originali, & ut tale non probat per jura vulgaria. Hæc sunt, quæ in facto constant ex actis in summa, quæ præter meum morem exposui fideliter pro minuendo sequentis Domini labore.

Quod vero ad jus attinet; primo censeo citra dubium, institutionem, ad quam pertinens

nent bona, de quibus agitur, vere, & proprie maioratum dicendum, cum ita denominetur ab inſtituente ſub clauſula de non alienando, & vocationibus perpetuis, quibus concipitur, ut videre eſt fol. 6. junctis late traditis per *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 13. cum ſeqq.* late *Gam. dec. 224. Caſtill. controv. quot. lib. 2. cap. 22. à num. 20. cum ſeqq.* Deinde in ea ſum ſententia, quod inſtitutio prædicta non ultimæ voluntatis, ſed contractus exiſtat inter vivos; hoc enim importat verbum illud, inſtrumentum, & quod fuerit duobus teſtibus ſubſcriptum; inſtrumenti enim verbum magis ſonat in contractum inter vivos, *argum. tit. de fide inſtrum. de inſtrumentorum fide, & cautella*, qui ſunt tituli diſtincti ab aliis de teſtamentis, & de codicilis juncta *L ſi idem Cod. de codicil.* inſuper duorum teſtium ſolemnitas aliena eſt à teſtamenti factione, & tandem quia in dubio ſemper actus debet interpretari in firmiorem, & utiliorem eauſum, *argum. L 3. ubi DD. ff. de teſtam. milit. L Tutor § quæ de tutorib. ff. de excuſat. tutor. L. cum pater ff. de jure dot. Cap. niſi eſſent de præbend.* junctis in idem traditis per *Gregor. Lop. L 6 tit. 11. alias 2. part. 6 verbo, que no la pudieſſe vender, col. 2.* ubi plura adducit. Nec mentio mortis, in quam inſtitutor videtur conferre, diſpoſitionem illam meo judicio revocabilẽ facit, extant enim verba in eadem inſtitutione hoc denotantia fol. 6. ubi notavi ſub hoc ſigno, ibi: *Com condiçaõ, que em dias de ſua vida delle dito Fernaõ de Meſquita, e da dita Ines Gonſalves, mãy dos ditos ſeus filhos, elles ambos, e cada hum por ſi lograſſem, e poſſuiſſem os ditos bens, e que por ſeus finamentos ficaſſem livremente aos ditos ſeus filhos.* Et iterum paulo infra ibi: *Diſſe, e outorgou, que por ſeu finamento, e da dita Maria Gonſalves renunciava, & quitava de ſi todo o direito, poſſe, e ſenhorio.* Quibus verbis videtur diſpoſitionem ipſam, & ſubſtantiam ejuſdem in tempus mortis conferri, aut ſic inferamus potuiſſe inſtitutorem, dum viveret, eandem inſtitutionem revocare, *argum. L. 4 ff. de adimend. legat. L. Regiæ lib. 4 tit. 27 in princip.* junctis magis in ſpecie notatis *ad L. poſt mortem Cod. de fideicom.* Cenſeo enim dicta verba: *Com condiçaõ, que em ſua vida lograſſem, e poſſuiſſem os ditos bens*: uſumfructum importare in perſona inſtituentis, dum viveret; nam ultra quam quod ita verba ſonant, in dubio ſemper proprietas relicta cenſetur filiis inſtitutis, ſeu donata cum onere reſtituendi, non vero uſusfructus, quem ſibi inſtitutum retinuiſſe cenſetur, *argum. L. Titia §. Titia cum teſtam. ff. de leg. 2. L. filios hæredes ff. de uſufruct. legat.* Cætera autem verba cum ad augmentum, & ita ampliative apponantur, non mutant ſubſtantiam rei per jura vulgaria *in L. legata inutiliter ff. de adimend. legat.* & ſic magis ad executionem diſpoſitionis, quæ ſola in tempus mortis collata cenſetur, quam ad ſubſtantiam ſpectant, & ideo irrevocabilis diſpoſitio perſeverat etiam inter vivos, ex *Gam. dec. 163. num. 2. Barb. L. 1. 4. p. num. 95. ff. ſolut. matr.* Sic fit, licet daretur poſtea revocatio teſtamento, vel codicillo facta, de hoc non ſit curandum.

Unde ſolum remanet inquirere, an inſtru- 589
mento prædicto inſtitutionis plena ſit adhibenda fides, & præſcriptio, quæ allegatur, potens ad enervandam intentionem A. & ſane quod primum attinet viſo inſtrumento fol. 358. oblato in hac inſtantia, & habet ſe pro originali ultra aliud in prima oblata fol. 6. caſum legitime de inſtitutione conſtare, jũctis notatis circa hoc per Advocatum fol. 348.

Quod vero attinet ad ſecundum ſuppoſita 590
communi ſententia, quod præſcriptio immemorialis requiritur, & ſufficit, ut indiſtincte tam contra poſſeſſorem, quam contra futuros ſucceſſores præſcriptio obtineat, ut per *Xuar. alleg. 3. p. 3. Aflict. in cap. Imperialem 24. de prohibita feudi alienat. ultra Gregor. Lop.* & alios adductos per *Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. num. ultim.* Illud eſt dubiæ quæſtionis an ſimiliter ſufficiat 40. annorum cum titulo, quãm immemoriali æquiparari, videntur probare jura paſſim in id adduci ſolita *in cap. 1. de præſcript. lib 6. & in cap. cum perſona verſ. quod ſi tales de privileg. lib. 6.* de quo licet in diverſa ſpecie *Molin. lib. 2. cap. 6 numer. 31. Tiraquel. de primogen. q. 30. num. 8. Gam. deciſ. 218.* iate diſſerunt. Mihi vero in præſenti quæſtione, ubi ſubſtãtia in eo eſt poſita, an præſcriptio contra poſſeſſorem (quam non eſt dubium currere longiſſimi temporis concurrentibus neceſſariis) noceat ſucceſſoribus, ſẽper viſa eſt illa verior opinio, quæ habet non ſufficere 40. annorum cum titulo, licet immemorialis ſufficiat quaſi æquiparatio inter unam, & aliam, quoad hanc ſpeciem non ſufficiat, interim tamen in alio periclitatur jus A. ſi videlicet à tempore obitus ultimi ſucceſſoris, à quo præcedebatur, efluxerit tempus illud longiſſimum, quod concurrentibus neceſſariis, diximus adverſus poſſeſſorem ſufficere; tunc enim ex egregia limitatione, & optima ratione fundata, & adducta per *Molin. d. cap. 10. num. 3. & 6* ubi multos citat, ſuccumbat A. & eſt ea optima ratio pro hac parte, nam à die, quod cedit jus ſucceſſoris, & ipſi defertur,

jam

jam incipit adversus eum currere, qui cum posset, poterat agere, & prescriptionem interrumpere, & hc à cessante ratione præscriptio, quæ antea in vita prædecessoris ipsi non nocuerat,nunc demum nocere incipit,ut egregie firmat *Molin. d. loco n.* 7. quinimo data expressa alienationisprohibitione,prout datur in presenti, non solum currit præscriptio adversus proximiorem agnatum possidentem, sed etiam adversus ulteriores viventes, quia etiam si præcedantur à proximiori, possent tamen ipso negligente agere, *argum. Legis peto §. fratriff. de legat.* 2.optime, & accutissime ampliando firmat *Molin. d.loco, & num.* 7. Ex quibus viso 10. contrarietatis articulo fol. 88. vers. & probatione eiusdem, non possum me cogente justitia inclinare in confirmationem sententiæ; & sic cessant alia, quæ de supervenientia legitimitatis liberorum primitus institutorum dici possent, an scilicet per illam revocaretur præcedens donatio, & institutio; nec miretur quis, me in deliberatione hac plus justo dilatasse, fateor namque ingenue, ad requirendam A. justitiam (quia hoc viduitatis, & miserationis ratio magis postulabat) mentem omnem adhibuisse, & cum me justitiæ necessitas licet dubium in hac partem inclinare coegerit, sub cujus singulari censura omnia pono, ut si velit super meritis hujus processus, & justitiæ deliberemus, tam is, quam sequens Dominus tertio loco dicturus, hoc vero non,ut necessitas collationis detur, nec enim hæc mea est mens, sed ut si velint, conferamus. Ulyssipone 16. Junii 1616. Britto.

591 Dominus præcedens multis, & bene in favorem Actrucis adducit, sed postea duobus fundamentis, palinodiam, ut dicunt, recantando, sententiam mutavit: quare ego, qui ejusdem Actricis meliorem esse causam putatem,ultra ab eo adducta, quæ mihi satis applaudent, aliqua per stringam, quæ potiora duxi, & tandem ductis fundamentis respondere conabor.

592 Et primo loco illud advertendum duxi, quod scilicet ultra alias Judex in sua sententia justitia carere decrevit, quod non constet interveniisse acceptationē primo vocatorum in constitutione maioratus, de quo agitur: quod quidem fundamentum ex eo tollitur, quod etiam si verum esset,quod ex parte eorum illa non daretur, intervenit tamen ex parte patris donantis, & maioratum constituentis, qui non solum in favorem illorum,sed etiam sequentium successorum donationem fecit, quod sufficit, ut illis etiam absentibus nulla interveniente stipulatione prodesse possit, juxta ea quæ tradit *Peregrin. de fideicomm.art.* 1.*numer.* 16. *& art.* 51.*numer.* 16.

Secundo, quod supposito, quod dubium sit non leve an per legitimationem de filio naturali præcedens donatio revocetur juxta dispositionem *L. si unquam Cod. de revocand. donat.* & non defuerint plures, qui negativam partem tenuerint,ne donatario præjudicium fiat, attamen in legitimis per subsequens matrimonium est recepta sententia legi illi locum fore, ex his quæ *Ripa ibidem q.* 32.*& Tiraquel. in verbo Susceperit liberorum num.* 71. Et sic quod etiam si concedamus maioratus hujus institutorem post illius erectionem cum concubina primo vocatorum matre legitime matrimonium contraxisse, quod non constat, & ob hanc rationem donationem antea factam de bonis ad maioratum pertinentibus revocatam fuisse, quod erat dubium, quod præcedens Dominus discussiendum putabat,cum tamen iidem primo vocati simpliciter, & absque ulla protestatione in illius possessionem uterque se injecerit, jam sibi præjudicarunt. Rursus est, quod etiam si verum sit, quod pater in legitima filiorum gravamen aliquod imponere non possit, *ex L. quoniam in prioribus Cod. inoffic. testam.* Et tamen si fillus per mortem patris legitimā acceptavit expresse gravamini consentiendo, semper legitima onerata manet, & jam amplius filius gravamen illud rejicere non potest, tum ex *L.* 1.*§ & generaliter,& ibi DD. ff. legat. præstand.* tum ex eo, quod juri de præsenti sibi delato unusquisque potest renuntiare, *ex L siquis in conscribendo Cod. pact* & sic qui primo vocati vinculo maioratus consensum expressum præstando, jam modo de illo conqueri non possunt, quod vero expresse consenserint, ex eo, fundamento probatur,quia ex temporis diuturnitate omnia præsumuntur solemniter acta, ex his quæ *Gam decis.* 48.*num.* 2. *& decis.* 83. *& decis.* 343. *numer.* 2. *Cevalb. commun. contr. comm.q.* 25. *Mascard. de probat. lib.* 2.*concl.* 1322. Et sit tacitus consensus resultans ex simplici apprehensione possessionis maioratus,& per multum tempus continuata roboratus cum dicta diuturnitate expressum consensum operatus est, ex his quæ post *Gam.* & alios resolvit *Barbos. in L.* 2. *§ fin. n.* 30. *ff. solut. matrim.*

Tertio, quod mortis mentio, de qua in §. scriptura maioratus in hoc instantia oblata, cum fuerit opposita causa dilationis in verba executivis,sive executionem importantibus, & non substantiam donationis concernentibus donationem inter vivos, & non causa

mortis

mortis importat, & ſimiliter quod quoties fit mentio mortis, non ut mors ſit occaſio donationis, ſed ſignatio temporis prout hic contigit, cum defunctus primus inſtitutor dicat, quod donat maioratum poſt mertem ſuam, & ſuæ concubinæ, etiam hoc caſu donatio inter vivos irrevocabilis reſultat ex §. *poſt mortem inſtit. inutilibus ſtipulat L. nam & ſi cum moriar ff. cond. indebit.* tradit plura exēpla referendo, ac multos citando *Matienç. in L. 7. tit. 10. gloſſ. 2. n. 5.*

Quarto, quod etiam ſi *Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 52.* quadragenariam præſcriptionē cum titulo immemoriali æquiparandam ducat, ejus tamen opinio intelligenda eſt, quando titulus habitus fuerit ab illo, qui potuit privilegium concedere, vel cum alicujus ſolemnitatis defectu diſpenſare, vel de rebus ſuis diſponere, quod clare colligitur, & apparet exemplis, de quibus *d. numer. 52 & ſeqq.* & juribus, quæ adducit. Non vero quando titulus habitus eſt ab eo, qui nec privilegium condere, neque cum alicujus ſolemnitatis defectu diſpēſare poteſt, neque de re aliena diſponere, prout erat primo vocatus Didacus de Meſquita, unde extra illos caſus remanemus in cōmuni opinione, quod bona maioratus adverſus omnes poſſeſſores ſolum tempore immemoriali præſcribuntur.

His ſic animadverſis ſupereſt modo, ut ad illa duo fundamenta, in quibus jus Actricis periclitari exiſtimat, reſponſionem conemur adaptare; & quidem primum, quod ſcilicet videndum ſit, utrum à die, quo jus Actrici ceſſit, tantum tempus tranſierit, quod eſt ſufficiens ad contra illam præſcribendum bona, de quibus agitur, facili negotio tollitur, cum ipſa per totam ſuam inquiſitionem à decem annis patrem ſuum, fratrem, & ſororem natu minores è vivis migraſſe oſtendat, & quod vero ad ſecundum paulisper morabimur.

Fundat ſe dictus Dominus in opinione illa *Molin. de priuog. lib. 4 cap. 10. num. 7 & 8.* quam etiam tenent *Albert. Brun conſ. 67. Roland. conſ. 3. num. 91. lib. 1. Guter.* qui alios refert *practicar. lib. 5. q. 62. num. 11. & ſeqq.* cui quidem opinioni dupliciter reſponderi poteſt. Et primo quod ratio, qua idem *Molin.* & alii ſequaces ad dictam opinionem tenendam monetur, non concludit, quando ſequentes, ut in noſtro caſu, erant filiifamilias præcedentium, nam prædictis imputari non poteſt, quod non fuerunt uſi remedio revocationis contra patrem, & hanc reſponſionem poſt *Bald* tenet *Jaſon. couſ. 7. ad fin. lib. 3 & conſ. 118. num. 4 & conſ. 136. num. 6 lib. 4. Cacheran. deciſ. Pedamont. 69. num. 14. Peregrin. de fideicom. art 41. num. 16.*

Secundo, quod eadem *Molinæ*, & aliorum ratio procedit quando facile impedimentum tolli poteſt, ex *L. qui cum natu maior §. 1 ff. bonis liberior.* in ſpecie *Pinel. in authent. niſi triennale num. 45. ad fin. Cod. bon. matern.* & tamen non debet reputari facile, quod utendo prædicto remedio, tam contra pactum, quam alios præcedentes, tolli poſſit impedimentum, nam cum duæ ſint movendæ lites, prima ut ptæcedenti in gradu aſſigeetur terminus, intra quem revocet, qui multas poteſt allegare excutiones, ita ut ordinaria, & prolixa lis ſit proſequenda, *ex L. 3. ff. ut legatorum, & fideicom. nomine caveatur*, & ſumptus, & moleſtiæ litis ſubeundæ ſint, præſertim in perſonis pauperibus, prout A. & frater, & ſoror erant, *L. miuoribus ff. minorib.* Item poſtea eſſet ſubeunda nova lis cum eo, in quo bona alienata fuerunt, qui acriter ſe defenderet, & fructibus eorundem bonorum litem prorogabit, quod quidem facile reputari non debet propter multa, & graviſſima diffugia, & diſpendioſas dilationes, quas à communiter accidentibus lites ſecum trahunt, ut per *Gloſſ. in cap. diſpendia, & ibi Hoſtienſ. de reſcript. in 6. gloſſ. in cap. diſpend. de jud. Tiraq. lib. 1. retract. §. 8. gloſſ. 7. n. 21.* Et his de cauſis, & quod ſequentes non poſſent abſque litibus, & ſumptibus dicto revocationis remedio uti, conſtitutum fuit præſcriptionem decurſam non nocere ſequentibus contra primos tanquam impeditis de jure agere, ut declarat *Aymon. conſ. 496.* magnificet *à num. 144. lib. 3. Matienç. in L. 8. tit. 7. lib. 5. gloſſ. 5 num. 25.* juvat diſpoſitio *textus in L. 3. ff. interdict. & relegat.* Atque ideo ex his, & aliis, de quibus per Actricis Advocatum in prima inſtantia Judicis ſententiam revocarem, & parcat Dominus ſequens, quod tam langus fuerim, quia in re non parvi momenti non potui brevius me expedire. Ulyſſipone 29. Julii 1616. Cuſtodio de Figueiredo.

Non video quo pacto Actrici noſtræ poſſit actio competere ad maioratum petēdum, de quo agitur; actio namque directa, vel utilis, ut eſt vulgare, non datur ſine obligatione, quæ mater eſt actionum, *L. licet §. ea obligatio ff. de procurat.* unde valet argumētum à partium numeratione, tibi non ſolum obligatus ex contractu, vel quaſi, neque ex delicto, vel quaſi, igitur contra me tibi actio non competit, ita *Feder. de Senſ. couſ. 218. Domine Federice in princip.* quare inquit, nemo ſine actione experitur, *L. quoties §. qui temporali ff. adminiſtr. tutor. L. ſi pupilli §. videamus in fin. ff. de negot. geſt.* 598

Pater autem hujusmodi maioratus actionem competiisse Francisco de Mesquita Actricis patri, ut proximori patrui Didaco de Mesquita primo vocato ad partem maioratus, qui sine legitimis liberis discessit, ut fatetur Actrix fol. 10. nec de hoc facto dubitatur, & constat per obitum Francisci competiisse eandem actionem filio Ludovico de Mesquita Actricis fratri, qui supervixit, & per hujus mortem competere filio Joanni de Mesquita, qui adhuc vivit, ut factum etiam fatetur Actrix in 21. rep. art. fol. 221. cum testibus super eisdem deponentibus ab eadem productis. Nec Moniales possunt consetire, ut sine actione experiatur Actrix, quæ nunquam ipsius respectu nata est; docet *Bartol. ad L. 2. num. 5. ff. de dote præleg.* Quod autem posset Judex ex officio nemine petente Actricem repellere à judicio sine actione agentem, tenet *Jason. ad L. verbo pactum n. 11. Cod. de transact.* referens *Bart. in diversis locis, & num. 19.* inquit Judicem teneri in syndicatu, si partem actione carentem non repellat, adducit multa *Tiraquel ad L. si unquam verbo revertatur num 345. Cod. revoc. donat.*

Quod vero per obitum sine liberis Didaci de Mesquita actio transiret in Franciscum, & ab hoc in filium Ludovicum patrem, & fratrem Actricis, constat à maioratus institutione fol. 358. vers. ibi: *E que naõ havendo filhos varoens:* & ibi: *Até haverem filhos varoens.* Juncta diffinitione maioratus, ut ea complectar quamplurimas allegationes traditas per *Molin. de primog. lib. 10. cap. 1. num. 22.*

Unde non invenio, qua ratione prædicti Ludovici filio Joanni de Mesquita possit actio, & jus adimi (si quod est) quod sibi competere contendit Actrix, etenim non inconvenit, unam personam in unum, & alterum maioratum succedere, ut passim jura docent, & quotidie videmus, & expetimur, Actrix ergo, quæ duos hos maioratus, de quibus in d. institutione, asserit non posse venire ad unam, & eandem personam, probare tenetur concludenter, ex institutione, vel præsumpta aliquo nomine instituentis mente. Plane nihil minus ab institutione colligitur, in qua sequentia verba reperiuntur, ex quibus in Actricis favorem argui potest, ibi: *Da qual houvera dous filhos homens, a saber Alvaro de Mesquita, e Diogo de Mesquita; e que olhando como eraõ homens, e que estavaõ para valer com o Rey, e que para terem com que o hajaõ de servir, como quem elles eraõ.* Et ibi: *E fazer delles morgado, como de feito fazia de hoje para sempre, e que o dito morgado ficasse aos ditos Alvaro de Mesquita, seus filhos, tanto a hum, como a outro, e que por seus falecimentos de cada hum ficasse a seus filhos os mais velhos, e que assim fosse, e se fizesse para sempre, e que naõ havendo filhos varoens, e havendo filhas, que ficasse á filha mais velha de cada hum, as quaes houvessem o dito morgado até haverem filhos varoens.* Et ibi: *E que assim se fizesse para sempre.* Arguunt igitur utriusque instantiæ docti patroni pro maioratuum divisione, nec in unam personam insimul venire posse, ex illo vulgari, ordinem scilicet, & formam succedendi datum in primis vocatis repetita censeri in omnibus substitutis, & gradibus seqq. ex *Molin. lib. 3. de primog. cap. 5. num. 56.* Sed in primis vocatis, vel in prima institutione divisio maioratus fuit facta in diversis personis, ut constat ex duobus filiis, ergo sic in substitutis, & gradibus sequentibus, & probatur, inquiunt consequentia, & minor, ex relatis institutionis verbis, ibi: *E que assim fosse, e se fizesse para sempre.* Verum hoc argumentum facillime diluitur, primo advertendo, quod prædicta verba referuntur solummodo ad alia præcedentia proxima, ibi: *E que por seus finamentos de cada hum ficasse a seus filhos.* Quemadmodum etiam & alia verba ibi: *E que assim se fizesse para sempre,* referuntur in bono sensu ad proxima, ibi: *E que naõ havendo filhos varoens.* Et probatur aperte hæc restrictio in eadem institutione, ibi: *E sendo caso, que falecêdo os ditos seus filhos antes de haverem filhos de filhos lidimos de mulher recebida, a que o dito morgado haja de ficar, que fiquem livremente a Brites de Mesquita sua filha cõ as condiçoens susoditas.* Quæ profecto sunt illæ, quæ includuntur in verbis à nobis ubi proxime ponderatis in favorem nostræ deliberationis, quod clare ostendit institutor, jubendo in eadem institutione, ut ad unam filiam devenirent unus, & alter maioratus, quod equidem non juberet, si divisionem voluisset, vel saltem in hoc puncto declararet, non esse intentionis suæ, ut maioratus jungeretur, nisi pro illa vice, vel alia simili, quod cum esset dignum speciali nota, quando non fuit expressum, omissum censetur, ex *Valasc. de emphyt. q. 18. n. 34. circa fin. & cons. 4 n. 2. ad fin. & cons. 14. n. 6.*

Secundo respondetur, quod licet opinio illa, qua nititur argumentum in favorem repetitionis, sequuta sit à viris gravissimis, verior tamen sententia est in contrarium adversus repetitionem in terminis, de quibus *Molin.* ubi proxime, quæ sunt fortiores nostris, ita communis ex *Sucin. Jun. cons. 100. num. 2. lib.*

*lib.* 2. ex multis maximi nominis interpretibus, quos refert, & ſequitur *Molin. d. n.* 56. *verſ. ſed quamvis*, cum nonnullis limitationibus, de quibus *à num.* 57. ubi adducit notabilem doctrinam *Joan. de Imol.* dicentis nunquam præcedeutia in ſequentibus cenſeri repetita, quando agitur de reprobanda qualitate adverſus diſpoſitionem juris cõmunis, cujus dictum ſequitur *Bart.* & alii ab eodem *Molin.* citati *d. num.* 57. Cum igitur repetita maioratus diviſio non ſit conformis juris communis regulis, ſecundum quas poteſt quis ſuccedere in plures maioratus, ut ſupra tetigimus, non eſt procul dubio faeienda repetitio ipſius diviſionis iu ſubſtitutionibus, & gradibus ſequentibus, nec in eis ſupplenda, immo ex ejus facta expreſſione in primis vocatis cenſendum eſt maioratus inſtitutorem diviſionem omiſiſſe, cum ſi id voluiſſet, expreſſiſſet, ut loquitur cum communi *Molin. d. num.* 56. *d. lib.* 3. Lisboa 17. de Agoſto de 1616. Gonçalo de Souſa.

600 Fateor, & ingenue fateor nimis exoptaſſe Actrici nobili, & non diviti viduæ ſuccurrere, & per decem dierum ſpatium, in quibus pene me habui hunc proceſſum, anxias curas geſſi: cæterum inevitabile fundamentum præſtat præcedens dominus, quo illa à jure agendi excluſa, nequaquam obtinere poteſt, ſi enim aliquod jus competit ad revocanda bona alienata, quibus primo conſentio, non ipſi ſolum ſubreptio Joanni de Meſquita filio defuncti fratris Ludovici de Meſquita cõpetit, cum ipſe poſſeſſor ſit partis maioratus, in quo per mortem parentis ſucceſſit, & altera pars maioratus, de qua agitur, ad ipſum ſpectet, eſt enim gratis dictum, maioratum hunc ex voluntate inſtituentis ita fore diviſum, ut in perſona unius adjungi, & ſtare non poſſit, ſi poſſeſſor duos habeat filios; nam verba inſtitutionis fol. 358. ibi: *Eo que aſſim foſſe, e ſe fizeſſe para ſempre*: habent ſenſum, quem præſtat præcedens dominus, ut ſcilicet ille ordo ſuccedẽdi inibi datus, perpetuo obſervetur, & filii ſenioris junioribus præferantur, & maſculi fæminis, non vero quando ſi poſſeſſor duos habeat filios, in ipſos dividatur, & multo minus ſi filium habeat, & filiam, cũ fæminæ ad naturam maioratuũ, & ex volũtate inſtituẽtis ad hunc, de quo agitur, non admittatur, niſi maſculis deficientibus: quapropter cum deficientibus deſcendentibus patrui magni pars illius maioratus ad avum Actricis (ſi venditus non fuiſſet) debuiſſet pertinere, & tamen in perſona ipſius junctus manere debebat, qua ratione fieri poteſt, ut ipſi maioratus foret dividendus inter defunctum fratrem, & Actricem; hoc ab omni jure alienum eſt, & quoad me punctus hic dubitatione caret.

Quo ſuppoſito nulla actio Actrici competit ad bona, de quibus agitur, vendicanda, 901
non habenti ceſſionem à filio fratris, cui jus competit (ſi vere competit) in ſpecie *Cravet. conſ.* 166. *num.* 14. late comprobat *Theſaur. dec.* 4. *num.* 8. ubi inquit in his terminis non eſſe oppoſitionem de jure tertii, ſed de non jure agẽtis, & addit ſufficere ex actis cõſtare, licet de hoc non nominatim opponatur: ex quibus ab aliis liberamur difficultatibus, quæ in hoc proceſſu vertuntur etiam graviſſimæ, & urgentiores, cum priores duo domini in diverſas ſcindatur ſententias: quibus omiſſis ex ſupra poſito fundamento Judicis ſentẽtiam confirmo reſervato jure ſobrino Joanni de Meſquita filio defuncti fratri Actricis. Ulyſſipone 29. Auguſti de 1616. Fonſequa.

Rediit ad me proceſſus hic, quia ad hoc ut 602
iterum deliberaturus forem poſt deliberationes præcedentium dominorum, & meliori cenſura examinaturus proceſſum hunc ipſum, hocmet intendi, & verbis protuli ad calcẽ meæ deliberationis, & quod efficacius ad hoc me movet dubium, optimis fundamentis diluit ſecundus dominus, cui adhæreo, revocata ex hoc capite ſentẽtia inferioris Judicis, & mea deliberatione in melius reformata; & viſo, & melius examinato proceſſu prout in facto, & in jure conſiſtit, quod vero attinet ad fundamentum duorum proximorum dominorum, quod ſcilicet A. careat actione, & ex eo capite veniat à nobis repellenda, etiam parte non petẽte, nec de hoc opponente nempe jure fratris, durius mihi verbum videtur, licet enim quando hoc ex actis conſtat, Judex poſſit interponere ſuum officium etiam parte non petenti, de quo eſt *Gloſſ. cum qua in L. ubi pactum in verſ. tertio. cum qua tranſeunt.* & eſt communis reſolutio ſic limitata regula *L.* 4. §. *hoc autem judicium ff. de dam. infect.* Hoc tamen neceſſario debet intelligi, caſu quo liquido, & notorie conſtat ex actis, non vero quando ſub dubio, quod pendet ex interpretatione maioratus, & inſtitutionis ejuſdem, & A. filia proponitur agnata ultimi poſſeſſoris, & ſeparatio maioratus, ac diviſio in prima vocatione facta proponitur, quam præcedentes domini in perſona A. & fratris, ſeu conſobrini intellexere, & cum hoc dubium involvat, quod evidentiam ſaltem, & notorietatem juris excludit, non audeo ex hoc capite A. excludere, videat dominus ſequens, qui ſuo maturo judicio, & ſatis cognita jurisprudentia quæſtionem hanc terminabit. Ulyſſipone

31. Augusti 1616. Miguel de Barreira.

Et huic opinioni assensiere sequentes Judices, in eodem deliberando.

603 Ab hac sententia petita fuit revisio, & concessa fuit, & fundata in sequentibus deliberationibus.

In facti serie partes conveniunt, qua supposita, & actis bene pensatis sententiam Judicis, de qua fol. 343. reprobarem, & Senatus sententiam, de qua fol. 401. justam dicerem, & ex consequenti revisionem per Reum petitam denegarem ex sequentibus; quia attento jure hujus Regni *Ord. lib. 4. tit.* 100. §. 2. ad illum pertinet maioratus, qui est de sanguine instituentis, & proximior ultimo possessori, & idem de jure communi ex notatis per *Soccin. cons. 249. vol. 2. Valasc. de jure emphyt. q. 50 num. 34.* multos refert, & sequitur *Gam. decis. 7. per totam*; & constat nostram Actricem esse de sanguine primi instituentis, nempe ipsius præneptorem, & filiam legitima Francisci de Mesquita, ad quem hæc bona maioratus pertinebant, si alienata non fuissent, ac ita ad dicta Actricem, & non ad Monasterium, quod extraneum est, maioratus pertinere debet.

604 Nec contra hoc facit, quod asserit Monasterium, nempe dictum instituentem, postea maioratum revocavisse, quia de hoc non cõstat.

605 Nec secundo facit pro dicto Monasterio præscriptio, qua se defendit, quare respondetur, quod attento jure, licet bona maioratus contra possidentes præscribi possint tempore 30. annorum, ad hoc tamen, ut hæc præscriptio noceat successoribus, debet probari possessio immemorialis, aliàs non sufficit quæcunque alia possessio, *Gam in L. 40. Tauri num. 98. in fin. aliàs 90. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 10. num. 10. Gama decis. 93. n. 3.* Hæc autem possessio immemorialis non probatur in hoc processu, ergo talis præscriptio Monasterio prodesse non potest.

606 Nec obstat dicere, quod possessio 40. annorum cum titulo æquiparatur possessioni immemoriali, ut probatur *ex text. in cap. cum persona §. quod si tales lib. 6. ubi Arch. & Joan. Andr.* & scribentes cõmuniter, *Molin. ubi supr. lib. 2. cap. 6. num. 51.* & in hoc processu probatur ex parte Rei possessio 50. annor. ut asserunt testes fol. 293. & datur titulus, nempe donatio, de qua fol. 123. Quare respondetur primo illam doctrinam Doctorum procedere solum, quando titulus habitus fuit ab illo, qui illum poterat cõcedere, nempe à Rege, vel à primo instituente, ut constat ex exemplis per supradictos Doctores relatis: hic autem titulus donationis talis non est, sed habitus à quodam successore maioratus, qui futuris successoribus præjudicare non poterat.

Secundo respondetur cum bene notatis in deliberatione sapientissimi Doctoris Nunii da Fonseca Cabral in fine suæ deliberationis fol. 399. Minus etiam nocet dicere nostram Actricem non esse veram maioratus successorem, sed quondam consobrinum Joannem de Mesquita, qui tamquam masculus Actrici præcedit; quare respondetur, quod licet hoc valde dubium sit, visa institutione maioratus constat tamen de cessione Actrici facta, quæ cessio totum dubium tolit: nec obstat dicere, quod talis cessio facta, & præsentata fuit in judicio post conclusum in causa, quod esse non poterat: quare respondetur cum *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 30.* nec obstat dicere, quod d. Ord. intelligenda solum est de allegatione juris, & non facti, ex doctrina *Marant. de Ord jud 6. p. tit. de conclus. num. 2.* Quare hoc repugnat verbis d. Ord. dum dicit, quod ratio de novo, quæ allegatur, debet habere ortum de novo, quare jus semper fuit ante conclusionem, ergo non de allegatione juris, sed facti debet intelligi, ac ita Senatus ultimam sententiam justam existimo, & idem circa fructus à tempore litis contestatæ, & ideo revisionem denegarem. Ulyssipone 5. Julii 1619. *Ribeiro.*

Multa sane in proposita specie quæruntur non parum dubia, quæ à sapientissimis Patribus ad nauseam fere expedita sunt; ideo non repeto. Illud autem non potuit non me multum movere, ut revisione dignam sententiam existimem, cum videam doctissimum Dominum Michaelem Barreira testificãtem in sua ultima deliberatione fol. 416. se victũ fuisse quoad fructus, per omnes, ut non reciperetur articulus penultimus de illis agens, cum tamen aliorum vota duo tantum essent, qui in sententia signati sunt: & dominus D. Jacobus de Brito non signaverit, & alterius sententiæ esset, ut fol. 415. ubi ejusdem materiæ articulos recipiebat cum aliis per eum expressis: & quidem tria vota necessaria erant, ut expediretur sententia; quod tamen per viam impedimentorum reparari etiam recte poterat, quando constat bonam materiam continere non obstante *Ord. lib. 3. tit. 88, in princip.*

Deinde notorium est, quod si eo tempore, quo ferri deberet sententia mense Novembris, statim post deliberationem mense Octobris scriptam à DD. Michaele Barreira fol. 381. illa prolata esset, sine dubio Reæ à fructuum restitutione excusabantur, cum per tria vota trium deliberationum eo tempore

pore decretum eſſet, ut ſententia Judicis cõfirmaretur abſolutis Reis, & ex defectu juris, ex A. repulſa, quaſi ſine actione ageret, dum à ſobrino præcedebatur, *L. ſi pupili §. videamus ff. negot. geſt.* qui nondum illi juris ceſſionem fecerat,idque maxima ratione, quare deſtituta A. actione, & jure ad reivendicanda bona, non poterant Reæ malam fidem habere præſumi à lite conteſtata, à quo tempore veniente eo, qui agit, præſumpta mala fides induci ſolet, ad hoc ut propter eã fructus debeantur.

610 Unde ceſſo poſtea jure à dicto ſobrino,videtur non potuiſſe eam malam fidem induci, & præſumi à tempore litis conteſtatæ, ut ab eo fructus à Reis deberentur, cum ab eo tempore ſobrinus A. non ageret, & ſi à tempore,quo ceſſit jus,litem inchoaret, ab eo tãtum fructus lucrari potuiſſet,id eſt à lite conteſtata, quæ tunc conteſtanda erat non ab anno 610. quo cauſa iſta ab A. incepta fuit, maxime cum RR. non tantum illa bona fide uſque ad tempus ceſſionis juris, ſed etiam titulo juvarentur, quo caſu fructus non reſtituuntur ante litem, *L. bonæ fidei ff. acquir. rerum domin.* & quæ ibi notantur, *& in L. fructus ff. de uſur. & L. certum Cod. res jud.* Fit autem dum condemnantur RR.in fructibus, ut ſobrinus A. ceſſo illi jure non ſolum ad revocanda bona alienata jus transferre videntur, ſed etiam ad conſequendos plures fructus, quam alias ei reſtituendi eſſent, ſi agere tranſtuliſſe appareat, & ita plus juris transferre, quam ipſe habuerit, videatur, contra *reg. L nemo plus ff reg jur. reg. nemo de reg jur. lib.* 6.

611 Facit non contemnenda ratio, *L. litigatorum Cod. fruct. & lit. expenſ.* ibi: *Ex eo tempore, ex quo re in judicium deducta ſcientiam malæ fidei poſſeſſoris accepit.* Plane ſcientiam malæ fidei poſſeſſores non habuerunt RR. niſi poſt renuntiationem oblatam à ſobrino A. factam,nam antea reſpectu ipſius A. illam non acceperãt, imo tempore litis cum ea cõteſtatione, & ſequuta poſtea ſententia ſi pronuntiaretur ante dictam renuntiationem, in bona fide erant, & bonæ fidei poſſeſſores judicandæ & à petitis abſolvendæ; nam malæ fidei poſſeſſor, quis præſumitur reſpectu A. cum ipſo de jure ſuo docẽte non dedit Reus, illo tamen jure apparente, & probato ex actis, & poſtea approbato per ſententiam, attamen licet jus,quod illo tempore inchoatæ litis babebat, non erat approbandum, niſi renũtiatio ſupradicta haberetur: igitur ab eo tempore inceptæ litis non debent Reæ malæ fidei poſſeſſores cenſeri reſpectu A. juxta ea,quæ notantur *in d. L. litigatorum verſ. poſt litem conteſt. eod. petit. hæred. & ibi gloſſ. verbo poſt litem.*

Deinde fructus poſt dominium acquiſitum reddũt domino rei, *L. Herennius ff. uſur.* 612 ſed A. tempore litis conteſtatæ nondum dominium habuerat, quod poſt renuntiationem,& ceſſionem factam habere cæpit. Neque ſatisfacit,quod facta dicta renuntiatione, & ceſſione juris à ſobrino A. quaſi nolente eo, qui proximior erat ſucceſſor in judicio agere, & bona maioratus alienata revocare; recte A. admitti poteſt ad illa revocanda, ex *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. numer. 32. & lib. 4. cap. 1. num. 13. & cap. 10. numer. 7.* Sufficeret quippe per volũtatem etiam collectam ex dicta renuntiatione,quod ſcilicet ſobrinus A. nollet agere in judicio,ut A admittatur in judicio ad agendum; nam illud per litem conteſtatam ab A.deinde non eſt iſtius inſpectionis, quam proſequor, tantum elidere admiſſionem A. ad agendum circa revocationem alienatorum poſt ceſſum jus ſobrini,& voluntatem illius revocare, quam oſtendere ab illo tantum tempore ceſſi juris fructus, qui non niſi à lite conteſtata, & controverſia mota debentur, deberi, quia ab eo tantum tempore jus, & ſobrino renuntiante actio per A. excerceri potuit, & non antea, quæ dum ab eo præcedebatur, actione carebit, ut notatum extabat per tria vota graviſſimorum Patrum.

nifeſtam videamus teſtatoris mentem in cõdendo fideicõmiſſo, & in ſeparata ratione de illo ageret, illa clauſula in codicillo olivetum comprehendere dici non poteſt, præcipue, cum non edoceamur, quod gravatæ ſorores, dum in vivis eſſent, neceſſitate laboraſſent, ut olivetum ultra alia bona relicta venderent: nec venditores dictum olivetum vendere poterant in præjudicium Actoris ſecundo loco vocati ad ſucceſſionem fideicõ miſſi cum illa expreſſa qualitate cõcurrente, quæ omnibus conſanguineis præferri voluit, cum probetur eſſe in ſacris conſtitutum, & non dubitetur; quare judicatum laudatem. Ulyſſipone 26. Decembris 1666. Ribeiro. Conveniunt Souſa. Doctor Gouvea.

Sed

664 Sed non poteſt actio intentari à curatore, aut adminiſtratore minoris ſucceſſoris maioratus; quando eſt diſſipator, aut habet litem cum minore circa res maioratus, aut debita illius, ut judicatum in cauſa ſeq.

665 No feito de André Rodrigues Coelho contra Alvaro Ribeiro, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Seja André Rodrigues notificado naõ requeira pela ſucceſſora do morgado, viſto trazer demandas ſobre a entrega do principal, e reditos, e que naõ uſe dos mandados paſſados a ſeu requerimento. Aljubarrota 22. de Novembro de 1653. Cabreira.*

666 Ab hac ſententia fuit gravamen interpoſitum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata à Judicibus Brito. Pereira. Et fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

667 Executorem teſtamenti ſuſpectum de dilapidatione removeri poſſe indubium eſt, *Carp. de execut. & commiſſar. lib. 4. cap. 1. n. 18. Thom. eod tract. tit. 14. num. 98.* & ita diſponit *Ordinatio noſtra lib. 1. tit. 62. §. 12.* ibi: *E removeraõ o teſtamenteiro da execuçaõ do teſtamento.* Plane ſupplicantem ſuſpectum eſſe, ut aſſerit Proviſor in reſponſo fol. 28. ſatis patet ex proceſſu principali, imo & inimicitiam ſuperveniſſe, ex qua etiam removeri poſſe reſolvit *Capra de execut. ultim. volunt. memb. 7. num. 73. Menoch. lib. 2. præſumpt. 36. num 24. Carpius num. 14. Thomaſius num. 102.* locis citatis, imo & ſi non revocaretur à Proviſore, tacite revocatum cenſeri docent *Capra num. 38. Thomaſ. n. 102.* ubi proxime. Nec ſententia, qua à crimine furti excuſatur, ſupplicans convincit proviſionem, adhuc enim cauſæ remanent remotioni ſufficientes, & defectus in executione; abeat ergo ſupplicans in proviſione. Ulyſſipone 21. Martii 1654. Pereira.

668 Suſpectus enim ille tutor dicitur, qui non ex fide tutelam gerit, *L. 3. §. nunc videamus, L. ſuſpectus 5. ff. de ſuſpect. tut.* quamvis enim dives ſit, & quamvis cautionem præſtet, *d. L. Juſpectus §. ſuſpect. autem cum ſeqq. inſt. de ſuſpect. tutor.* & rationem præſtat *I. C. in L. quia 6. ff. de ſuſpect. tutor.* cujus verba, utpote quæ tam elegantia, & ad caſum præſentem conducentia, referre liceat, ibi: *Quia ſatisdatio propoſitũ malevolum tutoris non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat.* Ac proinde quamvis ſupplicans à cauſa criminali abſolutus ſit, non tamen à civili, & ab indiciis, & ſuſpicionibus, quæ exinde, & ex proceſſu principali adverſus eum reſultare poſſunt, quod non multum ex fide tutelam gerat, nec ab eo depoſitio in judicio eum liberat; cum in contrarium jura proclament. Et non ſolum ex inimicitia removeri poteſt, verum etiam (ſi qua juſta cauſa Prætorem moverit, cur non debeat in tutela verſari, rejicere eum debet) verba ſunt *Ap. in L. 3. §. ſi tutor 12. ff. de ſuſpect. tutor.* Et in reſponſione ſua ita cauſam juſtam ad eum removendum reperiit, improviſus igitur vadat. Uiyſſipone 1. Aprilis 1659. Brito.

669 Et an contra occultantem bona maioratus detur actio, & competat querela pro furto, judicatum in cauſa ſeq.

670 No feito de André Dias Coelho contra Alvaro Ribeiro, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordei, &c. Aggravado he o aggravante pelo Juiz em o pronunciar à prizaõ, e tirar devaſſa do caſo do thamado furto, de que ſe trata, provendo em ſeu aggravo, viſtos os autos, e como os bens, e frutos, que o aggravante levou para ſua caſa, lhe foram conſignados em pagamẽto por hum filho do aggravado poſſuidor delles, por huma eſcritura publica, e como outroſim o aggravante deo contas como teſtamenteiro do inſtituidor dos áitos bens, que foraõ julgados por ſentença do Provedor, que exclue a auçaõ criminal, que no caſo, de que ſe faz mençaõ, naõ póde haver lugar, nem conſiderarſe furto. Mando, que pela dita culpa ſe naõ proceda contra o Reo, e ſe o aggravado achar, que civelmente tem alguma auçaõ, a póde intentar pela via que lhe parecer para o que lhe deixo ſeu direito reſervado. Lisboa 10. de Fevereiro de 1654. Montarroyo Secco. Freire.*

671 Et quid quando contra reivendicationem bonorum maioratus opponirur exceſſus adjudicationis ad maioratum, vel ſubrogatio, aut facultas Regia, vide ſententiam ſeq.

672 No feito de Miguel da Fonſeca Coutinho contra Antonio Gomes de Abreu, e ſua mulher, Eſcrivaõ Antonio de Aguiar Villalobos, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ foy bem julgado pelo Juiz do Civel em mandar reſtituir ao A. as caſas da contenda, havendo por ſubrepticio o Alvará, que ſe impetrou para poderem ſer vendidas, e por nulla a arrematação, que por virtude della foy feita, revogando ſua ſentença, viſtos os autos, pelos quaes ſe moſtra ſer valida a ſubrogaçaõ do vinculo das ditas caſas, feita na quinta de Cintra, para o comprimento do encargo nellas impoſto, ſem embargo do vinculo anterior da dita quinta, com que ſe pertẽde infirmar a validade da dita ſubrogaçaõ, por quanto ſe moſtra exceder o valor dos bens adjudicados à*

terça

*terça vinculada do defunto Sebaſtiaõ da Fonſeca Barreto, ua quantia de 531U133. nos quaes o vendedor das caſas da contenda tinha tambem a parte que lhe tocava como coherdeiro, e lhe eſtavaõ obrigados os ditos bens, em que entrava a quinta ſubrogada, e neſta parte ficou ſendo valida a ſubrogaçaõ feita, por naõ poder comprehender o vinculo, mais que a terça do defunto, e quantia della, e naõ o valor dos bens, que mais lhe foraõ adjudicados, que naõ perderaõ a natureza de livres, por ſerem pertencẽtes ás legitimas dos coherdeiros, e muito mais no caſo preſente, em que o meſmo vendedor era o primeiro chamado para a ſucceſſaõ do vinculo da dita terça, em que era neceſſaria aceitaçaõ ſua, e pela ſubrogaçaõ ficou declarando naõ ſer a dita quinta a propriedade, que nella aceitava, mas antes como livre na parte, em que eſtava obrigada em commum á torna da ſua legitima, ficou ſendo valida a ſobrogaçaõ feita, e excluida qualquer preſunçaõ, que houveſſe na diminuiçaõ da ſupplica que ſe fez ao dito Senhor, para ſe poder ſubrogar a dita quinta, e venderem as caſas, de que ſe trata, ſem embargo do vinculo, a que eſtavaõ affectas, e aſſim naõ ficou no Alvará da conceſſaõ intervindo vicio, que annulle a dita venda, por ficar ſendo valida a ſubrogaçaõ, e em conſequencia a arrematação das caſas, de que ſe trata, feita por virtude da faculdade do dito Senhor, a que tambem ſe deve attender para a ſegurança do comprador, e pelas meſmas razoens fica faltando ao A. o dominio neceſſario para a reivendicaçaõ intentada. Por tanto abſolvem ao R do pedido pelo A ao qual condenaõ nas cuſtas dos autos. Liſboa 7. de Julho de 1676. Pinheiro. Nevaes. Freire.*

673 Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus deliberationibus.

Authoritas haſtæ publicæ non debet de facili convelli, *L. ſi hypothecas Cod. diſtract. pign* ne publica ſubhaſtationis fides ſubvertatur, *L. bene á Zenone Cod. quadrienii præſcript L. ratas Cod reſcind. vendit* & facto depoſito ex Regii diplomatis mandato, emptor liberatur, *Ord. lib. 4. tit. 6. §. 3.* quia jus reale in domo radicatum, vel conſtitutum per ſententiam fol 67. ſublatum fuit, & cum legitimo contradictore res libera judicata, quæ ſentẽtia omnibus ſucceſſoribus in infinitum præjudicium parit. licet illorum citatio defuiſſet, *Mend. á Caſtr. 1. p. L. 3 cap. 4 num. 1. Molin. de primog. c. 8. n. 3. Val de jur emphyt. q. 10. n. 3. Carvalh. de teſtam. 2. p. n. 267. Salgad. de reg protect. p. 4. cap. 14. n. 184.*

674 Neque diplomatis conceſſio inducta fuit, niſi damnificationis cauſa, quæ fuit præcipua conceſſionis impulſiva, ubi nulla ſubreptio detegitur. Cæterum dato accideret, quod bona ſubrogata vinculo ſubjecta apparerent, prius Actor evictionis jus contra vendentem, vel ſubrogantem proponere tenebatur.

Deinde res ſubrogata quoad maiorem 675
ſummam ſubrogationis libera oſtenditur, ut ſolutionis tertiæ, in qua ſumma ſubrogatio conſiſtere poteſt, ideo R. abſolvendo ſentẽtiam revocarem. Ulyſſipone 2. Martii 1676. Nevaes.

Ex actis pateſcit non defuiſſe ſolemnita- 676
tes, quibus bona vinculata á vinculo liberantur; verumtamen defecit illa, quæ mihi fuit inter alias principalior, conſiſtit equidem iſta in ſubrogatione; totaliter non deficit, eo quod de facto viſitur facta in Villa de Cintra: at vero quid intereſt; ſi jam præfata villa alteri vinculo proponitur affecta? dabile ſane eſt, ut iſta villa abſolute non fit in totum vinculo ſubjecta, at verum dum id ipſum non clareſcit, non audeo decidere quod ædes, de quibus contentio eſt, ſunt liberæ á vinculo: recte igitur appellans actionem realem propoſuit; ita judicarem, confirmata ſententia optimi judicis cum ſuis declarationibus, ſeu reſervationibus. Ulyſſipone 18. Martii 1676. Doctor Alvarex Coelho.

Quæſtio principaliter verſatur circa nulli- 677
tatem ſubrogationis ex allegata ſubreptione, ſed hæc mihi non probatur; nam primo defectus citationis Actoris tanquam proximioris ad ædium venditionem, ultra quod ſecundum multorum ſentẽtiam non ſit neceſſaria, tenent reiati *á Peg. ad Ord. 2. tom. in Regim. Senat. Palat. §. 39 cap 1. num 35.* Illa citatio ſaltem editalis intervenit, & Actor cum frater venditoris eſſet; notitiam venditionis habuiſſe eſt credendum. Neque ſecundo, defectus expreſſionis prohibitæ alienationis fol. 4. eſt cauſa, ut ſuppreſſio illa reddat diploma Regium invalidum, cum præcedente informatione emanavit, & cujus virtute Princeps de illa prohibitione ſine dubio certus extitit, præcipue quia talis expreſſio tunc principaliter eſſet neceſſaria, quando clauſula haberet, ut neque de Principis reſcripto ædes poſſent vendi, ut per *Salgad. labyrint. 1. p. cap. 37. á n. 20.*

Neque iterum, & tertio, ſubreptio detegi- 678
tur ex eo, quod de vinculo ſubrogatæ villæ mentio facta non fuit, nam licet agnoſcam, quod in tertia teſtatores vinculum conſtituere fol. 31. cum adſufficiat, quod dicerent, tertiam vinculamus, ex *Caſtill. lib. 2. cap. 22. num. 2.*

Attamen de vinculo villæ ſubrogaræ non
liquet ſatis, quia quamvis in partitionibus 679

ad tertiam fuisset accepta fol. 29. aliæ vero res simul tertiæ applicatæ ibi leguntur, quæ tertiæ valorem excedunt cum onere præstationum, de quibus fol. 30.

680 Et in his terminis cum omnes illæ res in excessu tertiæ vinculares dici nequeãt, necessario requirebatur declaratio vocati hæredis, & assignatio rerum, quas volebat vinculo subjicere, facto inventario, vel aliter voluntate nuncupata, cum ultra quãtitatem tertiæ vinculum nequeat extendi, & interim nulla est ratio, cur magis vinculo subjecta dicatur villa, quam ædes, seu aliæ res, quæ tertiæ datæ sunt cum præstationibus, de quibus ibi. Et neque ratio prioritatis scripturæ, cum æque principaliter omnes res in tertiam imputarentur, & præstationes, sive tornas, etiam villam, & alias res æqualiter adstringebant.

681 Unde cum primus vocatus simul esset venditor ædium contentionis, & simul subrogator villæ, in eadem subrogatione suam expressit voluntatem, ut in villa non contineretur vinculum tertiæ, cum aliæ res essent, in quibus completè valeret subsistere, præcipue in ædibus fol. 29. quæ allodiales apparent, & vincentes tertiæ valorem.

682 Quare non est cur propter vinculum, de quo non apparet, infirmetur subrogatio, quã lo in villa valet subsistere subrogatio, & simul vinculum tertiæ in aliis rebus, sine eo quod ædes valde melioratæ Reo auferantur.

Præcipue cum de jure emptores rerum maioratus venditarum de facultate Principis debent omnem habere securitatem, ut notãt videndi *Noguerol. alleg.* 14. *num.* 45. *Larrea alleg* 75. *num.* 16. *Molin. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 22. quos adducit *Peg. supra num.* 22. Ex quibus cum primo domino sententia reformarem absoluto Reo. Ulyssipone 11. Aprilis 1676. Doctor Freire.

683 Disceptatio hæc apud me dubia nimis est, & omnibus non facile futurum fore existimo resolvere, quænam ex his sententiis verior sit, crederem tamen, dum sequens sapientissimus, & amantissimus Dominus nodum non dissolvit, quod juris rigor contra pietatem servandus est. Indubitati juris est, subrogationem unius rei, loco alterius inter alios effectus, hunc præcipuum operari, ut qualitas, quæ ei ineſt, in rem subrogatam trãseat, *Surd. dec* 15. *&* 78. *num.* 28. *&* 306. *n.* 5. *& cons.* 446. *Menoch. cons.* 89. *num.* 65. *&* 213. *num.* 30. 52. *&* 64. *Mantic. de conject. lib.* 10. *tit* 6. *num.* 18 *& de tacit. lib.* 25. *tit.* 5. *num.* 7. Cumque subrogatio, qua deagitur, facta fuisset in villa alteri vinculo subjecta, sustineri non potest, meo judicio, non obstante Regia concessione: nam etiam notissimi juris est, veram, & puram esse debere supplicæ narrativam, *Larrea alleg.* 91. adeo, ut ad excludendam falsitatem adhuc de re minima mentio facienda esſ, quoniam ut iste accutissimus vir inquit *num.* 5. non solum subreptio consideratur, quando non est expressum, quod poterat concessionem impedire, sed etiam quando prætermittitur, quod difficilem poterat reddere concessionem, etiam si dicatur, quod si declararetur, Princeps concederet, & hanc sequutus fuit sententiam ex multorum melioris notæ interpretum judicio, quomodo igitur concessio vigorem habere potest, quando subreptio fuit causa concessionis, & res aliter habenda erat; si verum non supprimeretur: aut dolosus frater (ita illum voco juxta *text. in L.* 3. *ff. de crim. Stellion*) immediato successori præjudicare valet?

Neque obstat dicere, quod Actor propter 684
non confectum inventarium, hæres fratris est, qui juxta satis notum *text. in L. cum à matre Cod. reivend.* tenetur observare contractum defuncti, cui successit, quippe respondetur, quod non solum frater hæres, sed filius contra factum patris potest venire, si actus à patre factus fuit nullus, *L. quemadmodum Cod. de agricol. & cens. lib.* 11. *Aretin cons.* 123. *num.* 7. *Gramat. dec.* 93. *num.* 8. *Valasc. cons.* 190. *num.* 7. *Gam. dec.* 67. *num.* 2. *in fin.*

Similiter etiam non obstat, meo videri, 685
quod bona tertiæ parentis Actoris applicata excedant illius valorem (dato quod excedant) de quo concludenter non constat, quia hæc consideratio non tollit vitium subreptionis, nec nullitatem venditionis.

Tandem sibi imputent ædium emptores 686
damnum passum, cum tenerentur indagare, & perquirere, non solum conditionem, & qualitatem venditoris, sed etiam ædium, & villæ, ut tenet *Salgad. in labyrint.* 2. *p. cap.* 9. *à num.* 120. qui distinctionem non admittit inter rem, & personam, & optimam præstat rationem *num.* 121. Ex quibus sic consideratis, & perpensis, sententiam docti judicis cum secundo sapientimo Domino confirmarem. Ulyssipone 16. Junii 1676. Oliveira.

Mihi quinto loco dicturo tantum super- 687
est eligendi facultas, quæquæ enim juris argumenta, quibus hinc, inde componitur hoc certamen, satis à præcedentibus viris doctissimis demonstrantur discussa, ac DD. sententiis illustrata, non leve certamen puto, sed perpensis maturè documentis, quibus nituntur Actor, & Reus, tertii, & primi domini opinamentum in puncto juris tutius, &

secu-

ſecurius exiſtimo, nec contra jus unquam pietate ducar, imo hanc, iniquitatem appellabo, ſuum enim unicuique tribuetur.

Totum negotii pondus conſiſtit in defectu citationis Actori non factæ, utpote immediato ſucceſſori ad venditionem ædium vinculo ſubjectarum celebrandam, & in ſuppreſſione vinculi, cui ſubjacebat ſubrogata villa: cætera namque, quoad læſionem, minime probantur, quoad alia, parvi momenti ſunt.

Quoad citationem, verum eſt frequentiori DD. placito neceſſariam eſſe, eo caſu quo læditur immediatus ſucceſſor, & ex Principis gratia aliquod nocumentum ei infertur, multi tamen dantur caſus, in quibus ejus defectu Principis indulgentia non vitiatur, veluti quando ſucceſſor contradicendi non poſſet actum impedire, vel nihil poſſit opponere, quod proficeret, vel quando plena præceſſit ante conceſſionem informatio, ut ſignanter diffuſa DD. copia firmat, *Caſtill. tom. 3. controv cap. 28. num. 13. Molin. de primog. lib. 3, cap. 3. num. 23.* At in præſenti plena ſemel, atque iterum præceſſit informatio, tam ad venditionis facultatem, quam ad ſubrogationem faciendam, ut legitur fol. 46. igitur ex hoc defectu irritari non debet præſtita facultas, eo maxime cũ ſit indubitabile apud Judicem informantem debuiſſe conſtare per juſtificationem de cauſa, qua impetrabatur gratia ad ædium venditionem, non obſtante vinculo, cui ſubjiciebantur, & adhuc juſta illa cauſa ex hoc proceſſu detegitur, quia in adjudicatione ſubrogatæ villæ fol. 29. jam fatetur, illam eſſe deterioratam. Poſſet Actor opponere prædictam villam ſubrogatam vinculo eſſe pariter affectam, ac ea propter in ea ſuum non poſſe ſubrogationem fortiri effectum: ſed hæc contradictio meo videri parum proficeret, neque Principis indulgentiam retorqueret, quia ex eodem met documento ab ipſomet Actore producto conſtat ejus præmortuum fratrem, qui ædes vendidit, & villam ſubrogavit, patris utriuſque hæredem extitiſſe, & tertiæ vinculatæ ſucceſſorem, & cum ipſiuſmet tertiæ adjudicarentur bona ultra ejus ſortem (qua ratione neſcio) hæc ad legitimam pertinebant, & vinculo minime ſubjiciebantur, immo ſubrogationi in exceſſu nullum dabatur impedimentum, præcipue cum ipſemet venditor fuiſſet, tam legitimæ, quam tertiæ ſucceſſor, & hoc modo voluntatem ſuam declararet, ut optime advertit eximius Collega, ac ſapientiſſimus Magiſter tertio loco deliberans, quare non poteſt dici, quod Principi veritas fuiſſet ſuppreſſa, & ob id Regia conceſſio inanis, nam cum pecuniæ quantitas legitimæ debita à vinculo fuiſſet ſeparata, & idemmet vinculi ſucceſſor, & legitimæ creditor ſupplicationem faceret, quis ambiget, quod voluntatem ſuam clare non aperiret, & juxta formam addictionis, in qua bona in communi tertiæ adjudicata erant adſtricta, villam ſubrogationi ſupponeret: his omnibus, & aliis à tertio domino elegãter ponderatis, ſubhaſtationem validam dicerem, & judicis ſententia reformarem. Ulyſſipone 7. Julii 1676. Pinheiro.

Et quid, ſi poſſeſſor maioratus fuerit malus adminiſtrator, & diſſipator, an competat actio cõtra eum, vel debeat ſtatim privari? Diximus *tom. 4. ad Ord lib. 1. tit. 62. §. 50.* Et vide ſententias ſequentes. 688

No feito de Beatriz Pouzada contra o Provedor, e Irmaõs da Miſericordia da Cidade de Lagos, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte. 689

*Acordaõ os do Dezembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Provedor em privar a appellante dos bens, de que ſe trata, e em os julgar á caſa da Miſericordia appellada, revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como os ditos bens ſaõ vinculados pelo defunto, e feito nelles morgado em razaõ do que, naõ pódem entender os Provedores nelles, ſenaõ jómente pódem prover acerca do cumprimento das obras pias delle, nem outroſim os bens delle naõ pódem ſer applicados á Miſericordia appellada, ſenaõ depois da falta dos chamados na inſtituiçaõ, nem outroſim conſtar, que a R. foſſe notificada, e ajuizada para a privaçaõ dos taes bens. Mandaõ, que o dito Provedor naõ prive a appellante dos ditos bens, e mandaõ ſeja conſervada no dominio, e poſſe delles, com declaraçaõ, que o Provedor tomará cõtas dos ẽcargos pios aos poſſuidores delles, e fazerlhe dar cumprimento aos deixados pelo inſtituidor em ſeu teſtamento. E condenaõ aos appellados Provedor, e Irmaõs da Miſericordia nas cuſtas dos autos. Lisboa 10. de Junho de 1655. Andrade. Doctor Velaſco. Pinto.*

Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus deliberationibus. 690

Certum eſt de jure communi Civili, Canonico, & Regio, quod adminiſtrator, ſeu executor teſtamẽti non adimplens diſpoſita à defuncto, privatur emolumento hæreditatis, ſeu relicti, ut de jure Civili ſunt *text. in Auth. hoc amplius Cod. de fideicom. Auth. de hæredib. & Falſid. §. ſiquis autem non implens, & §. illud quoque, & §. ſi autem qui hoc facere intendit. Auth. de eccleſiaſticis titulis collat. 1. & 9. & de jure Canonico cap. 3. cap.*

*si hæredes de testament.* & de jure Regio *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 50. & 51.* Cæterum hæc privatio nullatenus induci potest, nisi præcedenti admonitione facta à judice, ut in dictis juribus, in quibus etiam duplex admonitio desideratur, & ita supplenda, & intelligenda est *Ord d. §. 50* ibi: *Os suspenderáõ, e lhe tiraráõ tudo de poder.* Nempe præcedente admonitione; rursus privatione interveniente deferuntur bona substitutis, *d. Authent. hoc amplius vers. hoc autem*, ibi: *Defertur primo substitutis.* Quare cum in proposito casu, nec præcesserit admonitio à Provisore facta, & inaudita appellante, & non admonita ad privationem processerit. Deinde in hac administratione dentur substituti, nullatenus poterat, nec privationem administrationis Capellæ indicere, nec si alias potuisset, bona erant applicanda Confraternitati Sanctæ Misericordiæ, sed primo substitutis: quibus omnibus deficientibus illa vocata reperitur, sicque ex prædictis, omissis aliis à docto Patrono allegatis, Provisor indubitanter venit revocandus. Ulyssipone 20. Maii 1655. Circa onera vero injunctafiat ratiocinium citata, & audita de jure suo appellante, ut quidquid non adimpletum apparuerit, solvatur. Die ut supra. Doctor Valascus.

691 Placet cum sapientissimo domino judicatum revocare circa ammissionem bonorum, & ut ratiocinia fiant in forma *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 52.* Ulyssipone 13. Junii 1655. Pinto.

692 Et quando dicatur institutus, & erectus, & competat reivendicatio pro bonis pertinentibus ad maioratus successorem per nominationis viam, judicatum fuit in causa seq.

693 No feito de Antonio Rodrigues com Diogo de Brito de Castanheda, Escrivaõ Lourenço Correa de Torres, se deo a sentença seguinte:

*Vistos os autos, libello do A. Antonio Rodrigues Certaõ, contrariedade do Reo Diogo de Brito, e mais artigos recebidos, testamentos, cartas de venda, certidoens, inquiriçaõ de huma, e outra parte, e mais documentos juntos, Mostrase por parte do A. que Magarida Nogueira instituio hũa Capella na Igreja do Salvador desta Cidade com encargo de seis missas, e chamou por administrador della a seu enteado Estevaõ Lourenço Corso mandando, que seus bens se vendessem, e se comprassem propriedades para a dita Capella, e entre as que para ella se comprãraõ, foy hum Ferregeal junto a Rio Verdeiro que parte com a horta de Digo Rebello, e estrada do Canal, e Ferregeal do Padre Bartolomeu Mestre: o qual o Reo está possuindo sem titulo, que valido seja, porque o dito Ferregeal he de Capella pertencente á mulher delle A. Llena da Cruz, visto que por morte de Estevaõ Lourenço Corso veyo a dita Capella ao Padre Thomás Martins, e por morte delle a sua irmã Maria das Neves, por cujo falecimento veyo a pertencer á mulher delle A. e por assim ser possue elle A. e a dita sua mulher a outra propriedade, que se comprou tambem para a dita Capella, e he hum olival a Val de Guieiro. Mostrase outrosim, que o dito Padre Thomás Martins sendo possuidor do dito Ferregeal, o vendeo a Francisco Lopes Cunqueiro, sogro do Reo, e por sua morte o possuio Lourenço Lopes Cunqueiro, e agora está o Reo de posse delle, e por assim o haver vendido o dito Padre, declarou em seu testamento, que o dito Ferregeal era de Capella, e pedio, e deixou por obrigaçaõ a sua irmã Maria das Neves, e a seu sobrinho Gaspar Fajaõ, que dessem os trinta e tantos mil reis, porq o havia vendido, e annexouse o dito Ferregeal outra vez á dita Capella. Mostrase finalmente, que contra elle Reo, e sua mulher naõ tem corrido o legitimo tempo de prescripçaõ. Por parte do R. se mostra que o Ferregeal, de que se trata, naõ he pertencente á Capella instituida por Margarida Nogueira, antes depois da instituiçaõ a alguns annos comprou Estevaõ Lourenço o dito Ferregeal ao Padre Manoel Cordeiro, e fazendose partilhas por morte do dito Estevaõ Lourẽço, requereo em ellas o Padre Thomás Martins seu filho pagamento de 24U900. que o defunto seu pay estava devendo de resto do preço dos bens moveis dos ditos instituidores, que tinha obrigaçaõ empregar em bens de raiz para a dita Capella, e deferindose ao dito requerimento, foraõ apartados os ditos 24U900. em o dito Ferregeal que estava avaliado em 31U. e em virtude deste pagamento naõ ficou o dito Ferregeal sendo de Capella, por quanto era necessario que os herdeiros de Estevaõ Lourẽço trespassassem o dominio do dito Ferregeal no successor da Capella, o que naõ houve, porque o administrador da dita Capella era acredor nos bens de Estevaõ Lourenço dos ditos 24U900 que se lhe deviaõ pagar dos ditos bẽs, para os empregar em bens de raiz para a dita Capella, e pelo pagamento, que fez no dito Ferregeal naõ ficou o dominio delle no dito successor, antes ficou nos herdeiros de Estevaõ Lourenço, e era necessario que houvesse venda solemne com pagamento de siza, pois se trespassava o Ferregeal de huma pessoa a outra Mostrase, que o Padre Thomas Martins vendeo o dito Ferregeal por livre, e izento a Francisco Lopes Cunqueiro, sogro delle Reo, o qual o possuio, e seu*

ſeu filho Lourenço Lopes Cunqueiro, e ultimamente o poſſue elle Reo por via de ſua mulher Dona Leonor Serraõ, filha, e irmã dos ſobreditos, e o poſſuiraõ ſem contradiçaõ alguma, ſendo todos moradores nesta Cidade, aonde ſempre tambem moráraõ o dito Padre Thomás Martins, e ſua irmã Maria das Neves, e Gaſpar Fajaõ ſogro do A. o qual tambem vive, e viveo ſempre neſta Cidade, pela qual razaõ, dado que fora de Capella, eſtava preſcripto o dito Ferregeal por ſer poſſuido com titulo, e boa fé por tantos poſſuidores, e tantos annos como livre: e bem aſſim naõ tem direito contra elles Reos, por quanto dado que a Capella de Maria Nogueira lhe pertenceſſe, ſómente tinhaõ o A. e ſua mulher direito para cobrarem dos bens do Padre Thomás Martins os ditos 24U900 para empregarem em huma propriedade para a dita Capella. Moſtraſe finalmente, que ha ſetenta annos, que o dito Ferregeal foy vendido, e val hoje mais de 80U O que tudo viſto, e o mais que dos autos conſta diſpoſiçaõ de Direito, conforme ao qual para ſe julgarẽ inſtituidos morgado, ou Capella, baſta, que o inſtituidor diga, que inſtitue morgado, ou inſtitue Capella, ſem que ſeja neceſſario fazer as mais declaraçoens, que ſaõ da natureza do dito morgado, ou Capella, porque debaixo de cada hum deſtes nomes ſe entendem todas as clauſulas, e requiſitos pertencentes á natureza de morgado, ou Capella; e bem aſſim para os ditos morgados, ou Capellas ſerem da nomeaçaõ, baſta que o inſtituidor dê a faculdade de nomear ao primeiro inſtituido, porq̃ eſſa meſma faculdade ſe julga repetida, e concedida aos mais ſucceſſores: e como no caſo preſente, de que ſe trata, conſta pelo teſtamento, e ſentença fol. 26. que Margarida Nogueira inſtituio Capella de alguns de ſeus bens, cõ obrigaçaõ de miſſas nomeando por adminiſtrador della a ſeu marido Luis Rodrigues Corſo, e concedendolhe faculdade de nomear por ſua morte a hum de ſeus filhos, termos em que os ditos bens ficáraõ ſendo de Capella de nomeaçaõ, e inalienaveis, e como o Ferregeal da contenda foy adjudicado á dita Capella nas partilhas, que ſe fizeraõ por morte, e fallecimento de Eſtevaõ Lourenço Corſo, filho de Luis Rodrigues Corſo, que foy o inſtituido com faculdade de nomear ao dito ſeu filho, ficou o dito Ferregeal participando da natureza dos mais bens vinculados, e ſendo inalienavel, e pela dita adjudicaçaõ ſe abdicou o dominio, que os mais herdeiros filhos do dito Eſtevaõ Lourenço tinhaõ em o dito Ferregeal, e ſe transferio ſó para o Padre Thomás Martins, filho do dito Eſtevaõ Lourenço, a cujo requerimento ſe fez a dita adjudicaçaõ, como tudo conſta da certidaõ fol. 35. o que ſe corrobora pelo teſtamento do dito Padre Thomás Martins fol. 26. em o qual declara ſer o dito Ferregeal de Capella, que elle vendéra por ſua muita neceſſidade, e miſeria, como da carta da venda conſta fol. 59. pedindo por eſſa razaõ a ſua irmã Maria das Neves, a quem nomeou nos mais bens da dita Capella, tiraſſe o dito Ferregeal, dando o preço porque fora vẽdido, e o annexaſſe outra vez á dita Capella: e bem aſſim ſe corrobora ſer o dito Ferregeal de Capella pela certidaõ do Tombo das Capellas da dita Igreja do Salvador fol. 5. em o qual ſe acha tombado, e obrigado ás miſſas o Ferregeal da contenda, e como pela eſcritura do dote de caſamento, que em Direito he favoravel, ſe prova a fol. 74. que Maria das Neves, irmã do dito Padre Thomás Martins, nomeou todos os mais bens pertencentes á dita Capella em ſua ſobrinha Elena da Cruz, filha de Gaſpar Fajaõ ſobrinho do dito Padre Thomás Martins, como no dito teſtamento fol. 16. elle declara, para effeito de caſar com o A. como de preſente eſtá caſada, e de poſſe dos mais bens da dita Capella, e contra elle dito A. e ſua mulher naõ tem corrido legitimo, e cabal tempo de preſcripçaõ do dito Ferregeal da contenda. Por tanto, e o mais dos autos, julgo a dita Capella por de nomeaçaõ, e que o Ferregeal da cõtenda he annexo a ella, e naõ podia ſer alheado pelo dito Padre Thomás Martins, e que pertence ao A. e ſua mulher, a quem mando, que o Reo o reſtitua, abrindo maõ delle, e largando ao dito A. pelo modo que em ſeu libello o pede, por naõ ter direito em elle o dito Reo, nem ſeu filho herdeiro habilitado de ſua mãy Dona Leonor. E reſtituiraõ os fructos da lide conteſtada em diante ſómente. E pague o dito Reo as cuſtas, em que tambem o condeno. Beja 30. de Outubro de 1675. Franciſco Guerreiro Leitaõ de Aguiar.

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus, cum ab ea appellaretur ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata à Judicibus Pereira. Pinheiro. Lopes Oliveira. 694

Inutiliter ſane oleum, & operam impendit appellantis patronus fol. 102. dum ſententiam anno 1583. legitime latam, vocatis omnibus iis, ad quos negotium tum temporis tetigit, impugnare intendit; inutilius tamen maioratus, ſeu Capellæ vinculum, quod ſententia ipſa ſtabilitum eſt, infringere ſatagit: quibus ſuppoſitis, Judicẽ atque Auditorem laudare, atque amplecti indubium equidem videtur. Actori namque jus vendicandi prædium maioratui ſubjectum competere 695

planum est; cum ejusdem maioratus ex legitima nominatione, ac electione possessor sit, cum tamen aliàs sufficiat, dumtaxat, esse in administratione,& possessione maioratus, licet non sit verus; nec legitimus administrator; ut possit agere pro rebus maioratus vendicandi, *Valasc. consult.* 194. *à n.* 27. *& conf.* 195. *per tot. Salgad. in labyrint. creditor. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 82.

696 Prædium autem, de quo agitur, maioratui annexum esse aperte constat ex instrumentis fol. 6. objecta autem præscriptio evanescit ex traditis per *Pereir. dec.* 52. *Castilh. controv. lib.* 5. *cap.* 93. §. 8. *Carvalh. in cap. Raynald p.* 2. *á uum.*389. Ulyssipone 15. Junii 1678. Lopes Oliveira.

697 Clara mihi videtur Actoris justitia, cum de nullitate venditionis prædii, de quo agitur,aperte constet, propter vinculum, cui subjiciebatur, & præscriptio Reo non possit esse proficua, eique tantum jus reservarem ad pretium repetendum ex hæreditate venditoris. Ulyssipone 26. Junnii 1678. Pinheiro.

698 Etsi adjudicētur in partitionibus bona maioratus, non habet locum executio partitionis contra succesorem,nec contra eum competit reivendicatio prætextu adjudicationis ut judicatum fuit in causa, de qua *tom.* 7. *in comment. ad Ord. tit.* 87. §. 1. *num. & seqq.* De qua re vide etiam sententiam seq.

699 No feito de Dona Magdalena Antonia da Sylva, Escrivaõ Joseph Coelho de Castro, no Juizo dos Orfaõs, se deo a sentença seguinte.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c. Recebem os embargos, e os julgaõ por provados, e revogando o Acordaõ embargado. Deferindo ao aggravo: Aggravada he a supplicante pelo Juiz dos Orfaõs em lhe naõ deferir a seu requerimento. Provendo em seu aggravo, vistos os autos, e como ao Juiz das partilhas naõ tocava o adjudicar aos herdeiros aquelles bens, que naõ pertencem á partilha, como saõ os vinculados, termos em que a elles a sentença de partilha se naõ estendeo, e assim a execuçaõ da dita sentença se naõ podia extender aos taes bens, maiormente havendo bemfeitorias, e naõ sendo notificada a supplicante, nem assinados os dez dias da Ley. Mandaõ, que o Juiz lhe defira ao requerimento,mandando-a restituir á sua posse. Lisboa* 30. *de Abril de* 1685. *Almeida. Pereira. Basto.*

Et in partitionibus ad petendam annexationem tertiæ, ad hoc ut bona ad illius satisfactionem adjudicentur, competit actio successori, aut possessori maioratus, non obstāte lite orta super maioratus successione, & potest admitti, non obstante contradictione uxoris possessoris, quæ asserit prius ordinarie conveniendam esse, ad hoc ut resolvatur, an tertia omnis annexanda veniat duobus maioratibus, qui habent clausulam annexandi unicuique illius medietatem, ut decisum fuit in causa D. Maria Josepha cum D. Magdalena Maria de Tavora apud Notarium Miguel de Abreu Couceiro.

Et quid quando bona vinculantur, & cōtra quem competat actio pro erectione Capellæ, judicatum fuit in causa seq.

No feito de Balthasar da Cunha com o Doutor Manoel Carvalho, Escrivaõ Lourenço Correa de Torres, se deo a sentença seguinte.

*Vistos estes autos de testamento cerrado, cō que faleceo o Padre Fr. Pedro Dias Manso, Cura da Igreja de Bembellide, termo da Villa de Avis. Mostrase, que depois de haver disposto para o bem de sua alma, e deixar legados, instituio por seu herdeiro a seu sobrinho Balthasar da Cunha, e que a tal herança, que assim lhe deixava, como deixou, foy com obrigaçaõ de missas, e Capella inalienavel, e se mostra deixar por seu testamenteiro ao R.o Doutor Manoel Carvalho Viegas com toda a faculdade, e poder de comprar fazendas para o dito vinculo, e Capella, confiando delle seus bens moveis, e dinheiro. Mostrase, que o R. aceitou o officio de testamenteiro, e deo satisfaçaõ aos suffragios da alma do testador, e legados, que deixou, e todo o requerimento, e auçaõ do Procurador dos Resíduos, e do herdeiro do testador, he sobre o cumprimento da Capella, e compra das fazendas vinculadas, que o testador deixou se cumprisse, e atombasse com a brevidade possivel: ao que o R. nam tem dado cumprimento, antes se ha havido com grande omissaõ, e descuido, deixando passar sete annos contados do tempo, que faleceo o testador falecido em o mez de Outubro de* 1663. *Mostrase, que nas ultimas contas, que se tomáraõ, ficou alcançado, e convencido em* 555U468. *os quaes se offerece entregar, e pagar em fazendas delle Reo, com fundamento de que o testador assim o declarára, e mandára: e porém nem o testador o dispoz no testamento, nem no codicillo, que depois fez, e só o Taballiaõ no instrumento da approvaçaõ o declara, e que o dispuzera solemnemente sempre se entendia de fazendas livres, e naõ foreiras, como o R. confessa no termo das ditas contas. O que assim visto, julgo, declaro, e mando ao Reo, que dentro de quatro mezes compre fazendas livres a contento do herdeiro., e Procurador dos Resíduos, até onde chegarem os* 555U468.

que

*que está a dever, e tem em ſi pertencentes á Capella, e naõ dando cumprimento neſta fórma o hey por removido do dito officio de teſtamenteiro, para perder o negro, e mulla, que lhe foy deixado no teſtamento, e entregar ſempre neſte juizo a dita quantia, que tem em ſi, e ſerá notificado Balthaſar da Cunha adminiſtrador deſta Capella, para que no dito tẽpo de quatro meſes entregue ao dito Manoel Carvalho Viegas 204U980 que tem em ſi, e 63U800. que era obrigado cobrar dos devedores na fórma dos termos das contas porque tambem neſtes o condeno, e paſſado o dito tempo ſique privado da adminiſtraçaõ, façamſe os ſecreſtos, e embargos neceſſarios em todos os bens da Capella, para que o Eſcrivaõ deſtes autos dará viſta ao Procurador dos Reſiduos. Evora 9 de Dezembro de 1670. Antonio de Lemos da Roſa.*

702 Ab hac ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi lata fuit ſententia ſequens.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Bem julgado he pelo Provedor da Comarca de Evora, confirmaõ ſua ſentença por alguns de ſeus fundamentos, e os mais dos autos, com declaraçaõ, que querendo o appellante vender alguns de ſeus bens livres, para ſe annexarem á Capella, o poderá fazer na fórma q̃ diſpoem o inſtituidor, e naõ os tendo, dos de prazo perpetuo, com licença do direito ſenhorio. E condenaõ ao appellante nas cuſtas. Lisboa 3. de Novembro de 1671. Doutor Coutinho. Doutor Gouvea. Pereira de Souſa.*

703 Hæc ſententia fundata fuit in ſequenti deliberatione.

Sententiam Proviſoris confirmarem quoad qualitatem bonorum, neque declaratio codicillis facta in appenſ. fol. 8. intelligenda eſt, niſi quando appellans non haberet bona libera eodem modo, quo diſpoſuerat teſtator de emptione bonorum, ad quam prius de bonis liberis, & his deficientibus, de emphyteuticis perpetuis cautum reperitur. Cum igitur appellans libera bona habeat, ſi voluerit ſtare voluntati defuncti, & bona propria vendere, prius libera vendere debet, & ſi non ſufficiant, tunc ad emphyteutica perpetua recurrendum erit, interveniente conſenſu directi domini, *Pereir. dec.* 26. quoad cætera inſpecto actorum tenore, & attenta qualitate piæ cauſæ ſententiam approbarem. Ulyſſipone 8. Junii de 1671. Pereira de Souſa.

Hocmet ipſum fuere opinati Judices D. Gouvea, & D. Coutinho.

704 Et ſi vinculantur bona emphyteutica, an ſuſtineatur vinculum, & competat actio reivendicationis pro fundo emphyteutico conſequendo, diximus ſupra *Cap.* 4. *n.* 90 *& ſeqq.* Et vide ſententiam ſeq.

No feito de Dona Catharina Sobrinha 705
contra o Capitaõ Joſeph de Valdevinos, Eſcrivão Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo, &c Naõ he bem julgado pelo Juiz, em haver por nulla a venda dos moyos, de que ſe trata, revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como a herdade em que foraõ vendidos os ditos moyos era foreira, e como tal, conforme a melhor opiniaõ, e mais ſeguida, e practicada em eſte Reyno ſe naõ podia unir a morgado, ſem preceder licença do direito ſenhorio, o qual ſómente deo licença para ſe poderem vender os ditos moyos de trigo meados, levando da dita venda o ſeu laudemio, com o que ſómente foy viſto conſentir, e naõ para ſe unir a dita herdade em morgado, ainda que foſſe conſtituido em contrario dotal, e naõ ſer declarado na dita venda ſer a meſma herdade dotal, antes ſómente foreira, e como tal ſe haver o conſentimento do direito ſenhorio, no que tambem ouve dolo cometido da parte dos vendedores, para naõ poderem vir contra a dita venda. Abſolvem ao R. do contra elle pedido por via da auçaõ intentada. E condenaõ a appellada nas cuſtas dos autos Lisboa 11 de Janeiro de 1652 Gama. Pereira. de Azevedo.*

Hæc ſententia fundata fuit in ſequentibus 706
deliberationibus.

Emphyteuſim etiam perpetuam non poſſe ſine domini conſenſu maioratui vinculari jam apud nos increbuit, ut per *Phæb dec* 5. *num.* 4 *Carvalh. in cap. Raynald. p* 2 *num* 315. *ex adductis á Pereir. de Caſtr. dec.* 26. *án.* 2. *&* 11. *num.* 7. de praxi contraria non diffitentur, deinde & nuntiationes fieri domino, quando emphyteuſis in dotem conceditur ab emphyteuta, *Ordin.* noſtra probat *lib* 4. *tit.* 38 *in princip.* ibi: *Todavia lhe fará a ſaber*: quam reſtringere ad dotes factas extraneis non placet, ut Senatui placuit teſte *Gam deciſ.* 116. *num.* 4. *& dec.* 242. & tenet *Cald. de extinct. cap.* 10 *num.* 31. quod in terminis noſtris videtur ſentire *Valaſc. de jure emphyt. q.* 14. *num.* 10. ubi ſic etiam judicatum refert. Plane nec in maioratus inſtitutione, nec in dote, de quibus in inſtrumento à fol. 6 domini directi iſtius prædii nuncupati dos Bernardos, aſſenſus, vel ſcientia reperitur: ergo illis non obſtantibus alienationes poſtea ſubſequutas de domini beneplacito ſuſtineri oportet, & RR. abſolvi à petitis, ut doctus illorum Patronus deſiderat, iſti hæc erudite allegant.

Ne-

707 Neque oberit, quod defectus consensus domini à solo domino allegari valet, in cujus voluntate est, maioratum probare, dotem ratam habere, unde Rei allegare videntur jura aliena, & super illis non audiendi, ex vulgari regula *text. in L. loci corpus §. competit ff. si servitus vendicetur*: quia responderi potest dominum jam explicuisse voluntatem suam, & dissensum, tam super maioratu, quam super dote, quando alienationibus subsequutis consensum præstitit, laudemium recepit, & emptores emphyteutas agnovit, ut constat ex instrumentis à fol. 22. unde Reis licuit allegare illius jura, quando sunt exclusiva juris agentis, ex *L. finali ff. si ager vectig vel emphyt.* potest enim emphyteuta allegare jus domini directi, saltem quando illius adest consensus, ut in præsenti, *Bartol. in L. 2. n. 1. ff except. rei judicatæ*, & post *Alex. & Jason.* quos refert, resolvit *Thesaur. dec. 4. num. 3.* Facit, quod etsi citra veri præjudicium daremus maioratum, dotem agnosceremus, tamē cum ipsa Actrix cum marito, & matre vendiderit, & illorum hæres probetur, & hæreditatem adisse ex habilitatione, de qua per testes deponentes ad secundum, & quartum contrarietatis articulos, de evictione teneri dubitare non possumus, ac proinde exceptione repellendam, *ex L. vendicantem ff. evictionib.* quam & ad hæredes extendit *text. in L. sive possessio, ubi Salicetus Cod. evictionibus*: explicat *Gusman. de evictionib. q. 38. n. 8.*

708 Neque obstat Actricem hæredem quidem fuisse, sed cum beneficio inventarii, unde videbatur ex persona propria posse alienationes nullas asserere, & redditur alienatos vendicare: quia id verum fateremur, si in hæreditate non reperirentur bona æquivalentia, secus vero dicendum omnino, si tota bona in hæreditate fuerint, quæ pretium, & æstimationem reddituum venditorum æquare possent: explicat *Mangil. de evictionib. q. 54. num 4.* Plane nec Actrix probat inventarium fecisse, ut cum judicio advertit eruditus Patronus, & quamvis testes illius deponentes ad tertium libelli asserant, bona non fuisse sufficientia ad dotem integrandam, id non per testes probandum erat, sed per ipsummet inventarium, & Judicis decretum; cum enim in dote includantur redditus, de quibus contenditur, illud omnino specialiter erat docendum, bona inventario descripta non sufficere ad dotem integrādam ultra hos redditus, quod nullatenus ostenditur: præsumitur enim hæreditas solvēdo, donec producatur inventarium, per quod appareat de contrario, *Auth de hæredibus, & falsid. §. sancimus, Nata consil. 258. num. 9. Cyriac. controv. 275. num. 7.* ubi in istis terminis teneri hæredem cum beneficio inventarii approbare factum defuncti, cum *Surd. cons. 7. n. 34. Phanucio*, & aliis resolvit *num. 7.* quibus addo *Valasc. consult. 52. num. 44.* de cōmuni testificantem, & *Cancer. var. 3. cap. 2. de inventario num. 175.*

Omito, quod etsi vere, & valide maioratus institutus probaretur, cum ipsa Actrix simul cum marito vendiderit, ipsa non debebat admitti ad revocandas alienationes, dum alii reperiebantur, ad quos successio post illius vitam deventura erat, *ex Molin. de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 16. Barbos. in privat. schol. ad L. filiusfam. §. divi ff. legat. 1. sub gloss. 2. L. cum pater §. libertis ff. legat. 2.* & saltem in vita ipsius venditricis sustinendæ erāt alienationes, ut passim videmus sustineri. Absolvantur igitur Rei à petitis, Judice revocato. Ulyssipone 8. Decembris 1671. Pereira.

Non est adeo facilis meo judicio hujus processus decisio, visa facti varietate, ac juris censura. Constat in facto, quod matrimonio contracto per dotem, & arrhas, prædium, de quo contenditur, insimul cum aliis bonis in dotem datis duplici sub vinculo in maritum translatum fuisse. Primum, ut oneri maioratus subjiceretur, ut fol. 9. Secundum, ut bonorum dotalium naturam retineret, ut fol. 12. nec quoad maioratus vinculum domini directi adfuit consensus, nec dotis notitia ei data fuit, utroque vinculo spreto dotatrix anno 1628. unum magnum modium tertii in eodem prædio cum domini assensu vendidit, ut fol. 32. dotati postea anno 1631. duos in eodem prædio modios venundarunt dato domini directi consensu, ut fol. 45. ac nunc post mariti dotati obitum uxor trium modiorum censum libetum esse conatur, tum virtute maioratus in prædio adjecti, quam virtute dotis, cujus ratione mansit inalienabile.

His sic de facto distinctis, ac prælibatis, quamvis mihi semper nimis dubia visa fuerit distinctio insignis *Barbos. in privatis ad d. L. filiusfam. §. Divi ff. leg. 1.* dum inter censum perpetuum, ac ad vitas distinguendum existimavit, veriorque sit praxis in distinctione denegans, emphyteutica bona maioratui subjici posse, ut bene probat præcedens dominus, eaque de causa maioratus vinculo prædium, de quo agitur, inconsulto domino subjici non posse existimem, Actricēque hac de causa actione destitutum dicerem: tamen dum dotis prætextu alienationes rescindere conatur, ut in libello fol. 3. meo judicio bonam causam fovet. Licet enim in contractu dotalitio

dotalitio hujuſmodi clauſulæ domino directo notio data non fuerit, ſervata forma *Ord in 4. tit. 38 §. 2.* ibi: *E todavia lho fará ſaber*; tamen verius ſemper mihi viſum fuit hujuſmodi legem in dote filiæ datæ locũ habere non poſſe, ut judicatum ait *Gam. dec. 233. num. 2. Cabed. dec. 104. Valaſc conſult. 113. num. 20.* Nec hucuſque audivi, quod ea de cauſa dotalitius contractus annullaretur, aut bona in dotem data ſub hoc prætextu commiſſi pænæ ſubjicerentur, quod hic multo maiori jure procedit, ubi dominus directos penſiones à dotato accepiſſe credendus eſt per ſpatium 10. annorum, quod ſufficit, ut conſenſus præſumatur, *ex text. in L. ſi filius Cod de præſcript hæred.* in ſpecie *Gam d. dec. 233. num. 3.* & à fortiori quando non conſtet, quod ipſe hujuſmodi jure uti valeat. imo ex taciturnitate ſiquæ fuit, caducitas remiſſa cenſeatur, juxta ea quæ ad intentum *Gam. d. dec. 233. num 3. late Cyriac. contr. 266. à num. 10. cum ſeqq.* Si ergo hujuſmodi bona non obſtante defectu aſſenſus domini directi dotalia remanent, ac uxori reſtituenda poſt mariti obitum inſimul cum promiſſis, ut fol. 11. tam alienatio unius modii facta à dotatrice inconſultis dotatis, quam poſtea facta ab eiſdem, nulla omnino extitit ex prohibitione legis, quæ nec de conſenſu uxoris id admiſit, *L. unica §. & cum Lex Cod. rei uxoriæ act. cum ſimilib.* optimè inſignis *Barb.* ad intentum *in L. 2. p. 5. num. 7. ff. ſolut matrim.* & vulgare eſt, imo adeo eſt invalida alienatio, ut ipſe maritus conſtante matrimonio contra proprium factum potuiſſet alienationes vendicare, ut poſt *Barb.* & multos alios notat *Aug. Barb. in d. L. unic. §. & cum Lex num. 20.* & à fortiori uxor, ac ejus hæredes, ut eleganter notat *Valaſc.* omnino videndus *conſult. 190. per tot* quem refert, & ſequitur *Aug. Barb. in L. cum à matre num. 17. Cod. reiviud.* ac conſequenter ex hoc capite Actrix in hoc proceſſu alienationes reſcindere conatur magno ſub juris fomento.

712 Neque obſtat, quod reſpectu duplicis modii Actrix proprium factum impugnat, ac mariti hæres invenitur ex certitudine fol. 11 pecuniam ex venditione redactam in caſali conſumptam eſſe; nam cum factum nullum ſit, illud licite impugnare valet juxta ibi dicta, licet hæres ſit defuncti, ut eſt communis ſententia, de qua *Gam. dec. 222. num. 4. Valaſc. ſupra num. 7. Auguſt. Barb. in L. cum à matre num. 15. Cod. reivend.* & ſolum facto inventario tenebitur pro ea quantitate, quæ ad ejus manus devenit, *Peregrin. de fideicom. art. 33. num. 13.* cum multis notat *Auguſtin. Barb. ſupra num. 27.* immo & quamvis pecunia in domus ſuſtentatione fuerit conſumpta, non ideo fit præjudicium dotis reſtitutioni, juxta ea quæ *Gam dec. 200* eleganter omnino videndus *Valaſc.* ſæpiſſime judicatum dicens *de part. cap. 23. num. 7.* quæ omnia ſaltem altiorem indaginem requirunt, interimque intentata actio in actis, ac in jure probata victoriam promittit.

Ex quibus Judicis ſententiam confirmatione dignum cenſeo ſub reſervationibus, quoad pecuniam, quæ pro pretio venditionis data fuit contra Actricem ſi vel nomine proprio, vel ut mariti, aut matris hæres ad id de jure teneatur. Ulyſſipone 17. Decembris 1651. Dector Carneiro. 713

Uterque dominus, qua dexteritate ſolent, Actoris, & R. jus exhaurierunt, nil indiſpatatum relinquentes. Ego viſo proceſſu, & his, quæ late, & erudite allegantur, primi domini ſententiam amplectendam vellem, cæteris rejectis; moveor, quia Actricis maritus, & matris hæres nominatur, de quo non eſt apud litigantes litigium, ex quo fit, quod etiam ſi fateamur, quod ipſorum valeat factum impugnare ex propria perſona, quando illud nullitatis labe aſſeritur feritum, *Cæſar Barz dec. 42. & dec. 46. Surd conſ. 237. num. 21.* quos refert, & ſequitur *Cancer. lib. 3. variar cap. 2. num. 177. Pinel L. 1. p. 3. num. 81. Cod. bon. mater. Valaſc. conſ. 52. n. 44.* tamen hoc non tollit, quod hæres impugnans factum defuncti nullitate denigratum ex hæreditate ſibi delata, & acceptata, teneatur de evictione, ut eſt vulgatum. Cum enim illius repræſentet perſonam, debitum ob male alienatam rem tenetur perſolvere, ex vulgata *L. unic. Cod. act. ab hæred. & contr. hæred. L. 2. Cod. hæred. action.* nec ab hac generali diſpoſitione liberabitur A. ex eo quod ſit hæres ex beneficio inventarii, quia ut primo domino placuit, de inventario non conſtat, interim hæreditas præſumitur ſolvenda, ex quibus, & aliis docte conſideratis, ego judicem revocarem. Ulyſſipone 19. Decembris 1651. Azevedo.

777 Et meliorationes sustinendæ sunt, tamquam factæ à vero domino tempore ædificationis, prout reputatur Reorum maritus, & pater,

pater, & eis ſolvendæ ſunt, tam utiles, quam neceſſariæ ab Actore *L. plane ff. de hæredibus pet. L. domum Cod. de reivend Valaſc. conſ.* 83. *n.* 18. *Cardoſ in praxi verbo melioramento n.* 2. *Nig. de except. cap.* 8. § 4. *à n.* 1. *&* § 9. *à n.* 1 *&* § 26. *n.* 33 & ſunt compenſandæ cum penſionibus ædium perceptis ex ipſis meliorationibus, *Barb. 1. p. L. divortio* § *fin. n.* 49. *ff. ſolut. matrim. Gam. deciſ.* 364. *n.* 1. ubi judicatum tradit *Pereir. deciſ.* 47. *n.* 8. quæ opinio aperte colligitur *ex L. ſumptus ff. de reivind. & ex Ord. lib.* 3. *tit.* 86. § 5. cujus diſpoſitio procedit in fructibus perceptis ex ipſis meliorationibus, ut intelligit *Pereir.* loco ſupra citato, & ita judicavimus in Senatu in ſimili controverſia.

780 Quoad tempus, quo ſunt æſtimandæ meliorationes, convenio cum ſapientiſſimo domino, ex notatis per doctiſſimum *Peg. ad Ord. lib.* 1. *in art. pacis gloſſ.* 43. *n.* 48. late, & eleganter *Nig. dict. cap* 8. § 30. *n.* 3. *&* 12.

781 Quoad pretium ædium reſtituendum non invenio fundamentum, quo Actor condemnetur, quia Rei non oſtendunt, eum fuiſſe hæredem debitoris in ſolidum, neque in replicatione Actor directe fatetur, ſe eſſe hæredem hæredis, quare eum non condemnarem, præcipue cum Rei per reconventionem pertium non poſtulaſſent, quibus in terminis condemnationi non erat locus. Ulyſſipone 22. Januarii 1678. Quifel.

782 Licet dominium teſtibus probari poſſit, ut tradit *Maſcard. de probat. concl.* 548. incipit teſtes, & etiam indiciis, & argumentis probetur, ut eſt *text. in L. indicia* 19. *Cod. de reivend.*

Tamen in præſenti non invenio indicia, quibus probetur dominium ædium contentionis apud Ferdinandum maioratus inſtitutorem, probatio etenim, quæ offertur ab Actore, conſiſtit in duobus teſtibus ſecundo, & tertio productis à fol. 340. & in aſſertione inſtitutoris in teſtamento, & inſtitutione fol. 11.

783 Teſtes iſti non reddunt ſufficientem rationem, ut dominium probent, & eam reddere tenebantur, etiam non interrogati, ut eis fides adhiberetur, non enim ſufficit dicere Ferdinandum poſſediſſe illas ædes, *Maſcard. de probation. dict. concl.* 548. *n.* 5. per ſimplicem namque poſſeſſionem non probatur dominium, nec ſatis erat dicere teſtes, ipſum poſſediſſe dictas ædes, ut ſuas, tenet cum *Paul. Caſtr. Alex. Soccin. & aliis Maſcard. concl.* 540. incipit dominium non probari per ſimplicem poſſeſſionem *n.* 3. & quamvis id *Maſcard. ſupra num.* 4. referat aliorum opinionem tenentium contrarium, intelligitur, ſi teſtes deponant ſe vidiſſe Titium poſſediſſe pro domino decem annis, vel potius per tempus ſufficiens ad præſcribendum, *ex L. ſiquis emptionis* 8. §. 1. *Cod. de præſcription.* 30. *Cyriac. contr.* 258. *n.* 45. Quod hic teſtes non deponunt, & ita per eos non probatur dominium.

Et eodem modo non probatur aſſertione 784
Ferdinandi inſtitutoris fol. 11. licet enim aſſertio teſtatoris, quando ſumus in antiquis, probet in bonis ejus fuiſſe ea, quæ aſſerit eſſe ſua, ut per *Maſcard. concl.* 778. incipit ſuperius *n.* 14. hoc intelligitur quoad legatarios, ſeu fideicommiſſarios, quoniam ſi teſtator viveret, non poſſet refricare quæſtionem dominii legatariis, ſeu fideicõmiſſariis, propterea quod allegaret turpitudinem ſuam, ſecundum *Gloſſ. in Leg. cum res verb. in vacuam Cod. de probat. Maſcard. proxime n.* 15. vel etiam, quod hæredem poſt aditam hæreditatem non confecto inventario, quia non poterit dicere teſtatorem fuiſſe mentitum, ut cum *Bald. & aliis Maſcard. proxime n.* 18. *&* 19.

Verum quoad alios non probat teſtatoris aſſertio, ut in præſenti tenent *Bald. & Alex. ex Maſcard. n.* 17. *Peregr. de fideicommiſſ. art* 44. *n.* 20. *verſ. item aſſertio.*

Accedit, quod quando probationes imper- 785
fectæ ad dominii probationem admittuntur, eſt dum agitur de antiquis, quod in præſenti verificari nequit, quia non inveniuntur lapſi quadraginta anni, qui temporis lapſus ad minus requiritur, ut cum multis *Peregrin. de fideicom. dict. art.* 44. *n.* 18. *Valenz conſ.* 105. *n.* 24. *Cyriac. contr.* 700. *n.* 3.

Quod corroboratur, quia hic agitur, an 786
ædes eſſent Ferdinandi inſtitutoris, aut ejus fratris Eduardi, qui ejuſdem fuit hæres, ac maioratus adminiſtrator, & idem debitor condemnatus, & virtute ſententiæ ædes prædictæ ſub haſta venditæ fuere Reo originario, & cum ſit contentio, an ædes fuiſſent iſtius, vel illius fratris, nec ſatis probetur dominium in Ferdinando, quia etiam ex teſtibus Rei à fol. 388. probatur poſſeſſio in Eduardo vivente fratre, ſequitur Reos eſſe abſolvendos ex defectu probationis, *L. officium* 9. *ff. de reivind.* Ex quibus, & aliis à docto patrono perpenſis pro appellantibus ſententiam revocandam dicerem. Ulyſſipone 25. Februarii 1678. Vanveſſem.

Satis, & eleganter de juſtitia utriuſque li- 787
tigantis eſt diſceptatum, mihi vero circa probationem dominii, ſuper qua maior eſt dubitatio, potius arridet primum, & ſecundum ſuffragium, illud enim conſtanter capit mens mea, domos, ſuper quibus lis eſt, ad Ferdinan-

dum maioratus fundatorem spectare, cum viderim ejus fratrem Eduardum vinculum non impugnavisse, quinimo ei paruisse non dubitatur, & quamvis in judicio reivendicationis possessor alieni dominii exceptione uti valeat, tamquam agentis juris exclusiva, ut eleganter tenet *Barb in L. si aliena 12. n 4. & 77. ff solut. matrim.* Attamen, quin ille à quo causam habet possessor, dominum suum non esse recognovit, parvi ponderis reputari debet talis exceptio, vel defensio, nisi alia concurrant, quibus res diversis terminis constituatur, & cum in præsenti Eduardus vinculum in ædibus impositum pateretur, quasi dominium suum non esse, immo fratris fundatarii profitendo, juste non existimo Reos tentavisse hujusmodi defectu actionem inefficacem reddere.

788 Et licet Actoris testes maiori ex parte non nisi de possessione Ferdinandi deponant, quæ quidem licet dominii sit inductiva, ex *Mascard. de probationib. concl. 540. n. 22. Mend. lib. 3. cap. 21. num. 38.* tamen plena probatio non reputatur, argumento *text in L. naturaliter §. nihil commune ff de acquirend. hæreditate, L. qui petitorio ff. reivindic.* & insuper licet in reivindicationis judicio plena tantum dominii, & non conjecturalis admittatur probatio, per ea, quæ *Bald in L. indicia n. 3. Cod de reivind. & in L. cum res n. 10. Cod. de probationib. Menoch. lib. 6. cons. 576. num. 7.* tamen in præsenti licet titulus nobis non exhibeatur, quo Ferdinandus dominium fuit consecutus, qui quidem necessarius videbatur ex notatis *à Valasc. de jur. emphyt. quæst. 9. num 3 & quæst. 14. num. 6. Surd. dec. 260. num. 11.* ipsum ex jam notatis dominium fuisse existimo, sæpe enim sæpius titulus non requiritur, sed sufficit possessio, quin annectatur fama, ut notat *Barb. dict. leg. qui aliena 12. n. 86.* Eo maxime cum præcitati Actoris testes fol. 340. & 345. de simplici possessione non deponant, sed verum fuisse dominium Ferdinandi asseverent.

789 Sic dominio apud Ferdinandum probato, vinculoque in ædibus impositio, nulliter sub hasta venditionem Reæ viro fuisse factam, est indubium, & ad Actorem pertinere ædes, utpote maioratus successorem, indubitabilius, cætera namque, quibus Rei tentant actionem aufugere, satis in deliberationibus præcedentibus sunt restricta, & ideo cum primo, & tertio dominis doctissimis cõvenio quoad restitutionem ædium cum fructibus à tempore, quo devoluta fuit successio: qui quidē liquidabuntur juxta ædium æstimationem, attento tempore subhastationis, ut secundo domino visum fuit, & isti cum meliorationibus compensentur, harum enim fructus ad meliorantem pertinere, securius duco, ut secundus tenet dominus, & ad recuperandum subhastationis pretium indistincte RR. jus reservarem, poterunt enim magis eo uti contra creditricem virtute obligationis personalis contractæ in scriptura fol. 55. & 56. Ulyssipone 20. Aprilis 1678. Pinheiro.

Quid mihi de duobus tantum dicere in- 790
cumbit, omnia enim alia, quæ in hoc processu discussa sunt ab amplissimis, doctissimisque patribus in deliberationibus aureo exaratis stylo, & ad Cleantis lucernam elucubratis resolvuntur; secundus siquidem, tertius, & quintus addictionem rescindunt, in meliorationibus, tempore quo RR. Actori possessionem demiserint æstimandis: conveniunt primus, secundus, & tertius, fructus 5. mercedem domuum, ex illarum locatione obvenientes, juxta addictionis tempus fore computandos, omnes ferme statuunt, sed Actori à tempore, quo ipse maioratus, cujus vinculo dictæ domus complectuntur, possessionem adeptus sit, secundus, tertius, & quintus autumant. Duo ergo adhuc pendent, omnes meliorationum fructus cum ipsis sint compensandi. Et quisnam Reis pretium, quo dictæ ædes sub hasta venditæ sunt, refundere teneatur.

Quoad primum meliorationum fructus 791
cum ipsis non esse computandos, ultra copiose à secundo domino citatos, tenent expresse *Cald. de emptione cap. 27. n. 75.* ubi hanc opinionem in hoc Regno usu, & praxi receptam affirmat, *Gusman. de evict. q. 20. n. 50.* pluribus suo de more laudatis *Castill. de usufruct. cap. 57. n. fin. Fachin. contr. lib 11. cap. 23. Gratian forens. cap. 193. num. 3. Marescot. var. 2. cap. 112. n. 37.* & plures alii, quo magis tædiosum, quam difficile esset recensere.

Quoad secundum Actorem ad pretii non 791
teneri refusionem opinor: agnoscimus eum hæredem non probari, & ita fructus à tempore tantum adepto possessionis judicamus, quo pacto conciliari poterit, ut qui ad lucrandos fructus hæres non sit, ad restituendum pretium pro hærede judicetur. Quin etiam nos addictionem rescindimus, quasi Actor pecuniam, in cujus solutionem cessit pretium domuum, non deberet: ergo quemadmodum ipse, si solvisset, quasi indebitum repetere poterat, ita & RR. poterunt ex *reg. text. L. cum quis 38. §. 1. & § de peculio ff. de solutionib.* explicat *Valeron. de transact. tit. 4. q. 6. à n. 55.* solutio enim, quæ liberationem non producit (ut in præsenti, quia non debebatur ab Actore) producit tamen condi

ctionem

ctionem contra eum, cui ſolutum eſt,& ideo cum ſecundo domino R R. jus indiſtincte reſervarem,ſed quia eximius magiſter ſecundo ſuffragatus loco, hujus articuli reſolutionem ad Senatum reſervavit, ego etiam in Senatu conferam. Ulyſſipone 25. Aprilis 1678. Pereira.

No feito de Henrique Peſtana Travaſſos contra o Procurador da Fazenda de Sua Mageſtade, Eſcrivaõ o da Fazenda Luiz Gomes Pinheiro, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ &c. Viſtos eſtes autos, libello do A. Henrique Peſtana Travaſſos, contrariedade do Procurador da Fazenda, documentos juntos,e prova dada. Moſtraſe inſtituir Martim Ferreira hum morgado no anno de 1468. ao qual vinculou as caſas, em que vivia na Praça da Palha, e a ſua quinta de Malapados, junto á fonte do Louro, termo deſta Cidade, e que ſendo Antonio Travaſſos poſſuidor, e adminiſtrador deſte morgado, lhe foraõ as ditas propriedades tomadas para os proprios por huma fiança que fez. Moſtraſe ſucceder o A. no dito morgado, por morrer ſem deſcendentes o dito Antonio Travaſſos, e o A ſer ſeu ſobrinho filho de ſeu irmaõ Henrique Peſtana, pela qual razaõ trata de reivendicar as ditas propriedades, por quanto a arrematação que dellas ſe fez, naõ podia ter effeito alem da vida do dito Travaſſos, nem podia prejudicar ao Autor ſeguinte ſucceſſor, que naõ recebe delle os ditos bens, mas da maõ do primeiro inſtituidor. O que tudo viſto, e o mais que dos autos conſta, e como por parte do Procurador da Fazenda ſe naõ moſtra couſa, que de condenaçaõ o releve, o condenaõ largue, e reſtitua ao A. os ditos bens com os fructos da demanda conteſtada em diante, que ſe liquidardõ na execuçaõ, e lhe deixaõ reſervado ſeu direito, contra quem entender que o tem. Eſeja ſem cuſtas por ſer entre o Procurador do dito Senhor, e ſeu vaſſallo Lisboa 19. de Agoſto de 1652. Marchaõ. Souſa. Monteiro.*

793 Attamen ſequendo deliberationes doctiſſimorum Senatorum, qui victi fuerunt, & non eruditiſſimorum Dominorum, qui victores evaſerunt,conſtanter ſalva parte Senatus, & illorum, mihi magis arridet oppoſita reſolutio, ſecundum quam, ut Actor poſſit in hac actione obtinere, tenetur agens ex ſua parte probare dominium concludenter, alias Reus poſſeſſor venit abſolvendus, *ex L. fin. Cod. de reivendic. & ibi Aug. Barb. in collect. Mend. in praxi 2. p. lib. 4. cap. 2. n. 1.* Et judicatum fuit in cauſa, de qua infra n. 95.

794 Neque obſtant,quæ adducta doctiſſime fuerunt à ſapientiſſimis Senatoribus, qui victores fuerunt, quia ultra conſiderata ab aliis ſapientiſſimis, qui fuerunt victi: conjecturæ ſolum admittuntur, quando agitur incidenter, & per exceptiones de dominio, non vero quando agitur principaliter de reivendic. per actionis viam, tunc namque non præſumptivè, & per indicia probari debet, ſed vere, & plene oſtendi debet, prout concludunt, & notabiliter diſtinguunt *DD. & Bart. in L. quidam in ſuo n. 4. ff. cond. inſt.* cui conſentit *Bald. in L. cum res n. 10. Cod. de probation. Maſcard. concl. 538. n. 2. & ſeqq. & maxime n. 6.* cæteris præſtantius *Paul. Æmil Veral. dec. 280. Rot. Rom. p. 1. verſ. dominium*, quando agitur de reivendicatione, neceſſe eſt, ut probetur plene, ſequitur *Cocin. dec. 69. per tot. Anton. Faber in ſuo Codic. ſub tit. de prob. dif. 69. n. 11. Gratian. foreſt. tom 4. cap. 678. n. 8.*

Et non ſolum Actor debet probare ſuum 795
dominium, ſed etiam ſui anteceſſoris, *Bart. in L. emptor fundi ff. pro empt. Capic. Galeot. tom. 2. contr. 53. n. 18. & 19. Noguerol. alleg. 20. n. 12 Cancer. p. 1. var. cap. 15. num. 62. Surd. conſ. 160. num. 11. & nos diximus tom. 1. foreſt. cap. 5. num. 54. Capyc. Latro conſ. 113.*

Non ſufficit enim in hoc caſu poſſeſſionis 796
probatio, nec diſpoſitio antecedens, prout tenet *Cyriac. foreſt. contr. 178. n. 57. & 58. Parela de inſtr. edit. tit 1. reſol. 3. §. 2. n. 79. & 80.* Idem *Cyriac. contr. 653. n. 30.* Neque etiam fama, *Galeot. tom 2. d. contr. 53. n. 15. 16. & 17.*

Nam licet poſſeſſio proſit ad dominii pro- 797
bationem, *L. quidam in ſuo, ubi gloſſ. ff. cond. inſt. Valaſc. de jur. emph. q. 9. n. 13. verſ. ex quo, Almeid. de num. quin. alleg. 5. n. 3. Giurb. de feud. §. 2. gloſſ. 9. n. 9. & obſerv. 116. num. 26.* & alii apud *Caſtejon alphabet. jurid. verb. dominium n. 5.* Hoc intelligitur, quando incidenter deducitur, ut fatentur citati, non vero quando principaliter, & ideo non ſufficit probare dominium de præterito, ſed de præſenti, ut notat *Mend. 2. p. d. cap. 2. n. 1. verſ. nec.*

De probatione enim dominii antiqui, & 798
de præterito non reſultat probatio dominii de præſenti, ut ſentit communiter *Gloſſ.* & interpretes *in d. L cum res Cod. de probat. Bart. in L. quidam in ſuo n. 4. verſ. aut ad probationem ff. de conditionib. inſtitution. Pariz conſ. 27. n. 128. & conſ 104. num. 8. lib. 1. Cornev. conſ 63. lib. 3. Maſcard. concluſ. 536. n. 6. Tuſc. lit. D concluſ. 611. n. 124.* ad quod debent ponderari verba *text. in d. L. officium 9. ff. reivendicat. ibi.* Ubi enim probavi rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere; textus enim non loquitur

per

per verba, *fuisse*, de præterito, sed per verbum, *esse*, de præsenti: ex quibus manifeste colligitur non sufficere probationem dominii antiqui, sed requiri probationem de præsenti, & de præterito in persona, in cujus jus successit, ad hoc ut possessor sit condemnatus, ad quod etiam requiritur dominii probatio, tempore actionis reivendicationis, ut probat *text. in L. ex diverso* 36 § 1 *ff. de reivendicat. L. eum qui* 8. § *si petenti ff. public. L. & quæ nondum* 15. § *quod dicitur ff pignorib. Mend. d. cap.* 2. *n.* 1.

799 Et quamvis *Mascard. conclus.* 546. *num.* 4 *&* 5. teneat contrarium, quia dominium præsumitur continuatum, & mutatio minime præsumitur: nihilominus nostra opinio est communis, & fundamentis longe solidioribus nititur, multæ enim sunt causæ, ex quibus acquiritur, & amittitur dominium, tam jure gentium, quam jure Civili, *Gloss & DD. in L. in rem actio ff. de reivendicat. L. ex hoc jure ff de justit & jure L.* 1. *ff. de adquirend. rer. dominio.* Unde frequenter solet contingere, quod quandoque quis fuerit dominus uno tempore, & quandoque alius de præsenti, ut recte adnotat *Corneus cons.* 63. *n.* 12. *lib.* 3. Atque ita dominii probatio etiam antiqua non concludit per necesse dominium de præsenti, sed per possibile, quod sufficiens non est *Cap. in præsentia de probationib. L. nec natales* 6. *Cod. de probat. ubi Barb. utrobique.*

800 Et quando dominii antiqui probatio attenditur, est tantummodo in vim præsumptionis, quod olim dominus præsumitur de præsenti dominus, & cum hæc probatio sit præsumptiva præsentis dominii, non sufficit ad obtinendum in judicio reivendicationis, ubi deducitur quæstio dominii principaliter, & per viam actionis, ut diximus, & concludit *Tusc. d. conclus.* 711. *num.* 126. & ideo non relevat probatio dominii antiqui, & de præterito, ut cum multis, quos refert, & sequitur, tenet *Gratian. forens. cap.* 293. *numer.* 11. de qua re est videndus *Hermosill. L.* 53. *gloss* 5. *n.* 19. *tit.* 5. *partit.* 5. *Vela differt* 48. *num.* 3.

Quomodo autem probetur dominium, tam
801 præsumptive, quam concludenter ad maioratus, & aliorum bonorum reivendicationem, vel exceptionem, diximus *Forens. cap.* 5. *n.* 45. *& seqq. Valasc. de jur. emphyt. q.* 9. *n.* 7. relati ab *Ozuald. lib* 20. *commentar. cap.* 2. *lit R, & S, Barb. in L.* 12. *n.* 79. 83. *& seqq. Vela differt.* 46. *num.* 10. *&* 29. *Hermosill. L.* 23 *gloss* 8. *n.* 5. *tit.* 5. *partit.* 5. *Pareja de edictione instrumentor. tit.* 1. *resol.* 3. §. 2. *n.* 79. *Salgad.* 2. *p. labyrint. creditor. cap.* 22. *n.* 74. *Tondut. lib.* 2. *q* 41. *Surd dec.* 10. *Mascard. conclus* 536. *& seqq. Balmased. de collectis q.* 8. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 42. *Castejon Alphabet. juridicum lit. D verb dominium, Otero de act. lib.* 3. *cap. unic.* §. 1. *Fermosin. in rubric de caus poss & propriet.* novissime *Rosignol. de contract contract.* 1. *prænot.* 2. *de modis acquirend. rer. dom.* & ad maioratus probationem, & dominii.

Et ad nostrum intentum concludenter pro 802
batur per scripturam ex contractibus, & titulis contentis in *Ord. lib* 3 *tit.* 59. ex quibus acquiritur, si probetur Actoris, & antecessoris, *Surd. cons.* 260. *n.* 11. *Concer.* 1. *p. variar. cap.* 15. *n* 62. *Noguerol. Galeot.* & alii, quos ego ipse refero *Forens. cap* 5. *n* 54.

Aut per sententiam transactam in rem ju- 803
dicatam, *Gratian. tom* 3 *forens. cap* 403 *n.* 3. *Mascard. concl.* 541. *n.* 12. *&* 542. *n* 14. *Reynos. obs.* 6. *per tot.*

Aut per subhastationem, *Mangil de sub-* 804
*hast. q.* 126. *n.* 3. *Posth. de subhast inspect* 53. *num.* 1. 4. *&* 44. *Pereir. dec.* 70. *n.* 5. *Cald. de emption. cap.* 12. *à princip.* & probatur per *Ord lib.* 3. *tit.* 91. §. 1 *& lib.* 4. *tit.* 6 § 4. Si realis accedat traditio, aut possessio, ut explicat *Sous. de Maced. dec.* 27. *n* 2. quem ego ipse refero *Forens. d. cap* 5. *n.* 56.

Aut per adjudicationem in judicio parti- 805
tionum, ex qua absque traditione dominium in hæredem transfertur, § *fin instit. de Offic. Judicis Valasc. de partit cap.* 2. *n* 6. *Gratian. Ægid. Pereir. Reynos. Riccius Cald. Posth.* quos ego ipse refero *Forens. d. cap.* 5. *n.* 52. *&* *n.* 53. quod prætextu hujus dominii potest reivendicare res adjudicatas à quibuscumque possessoribus per ipsas chartas.

Non vero probatur concludenter per tes- 806
tes, quia cum requiratur scriptura ad dominii probationem secundum dispositionem *Ord. lib.* 3. *tit.* 59. probatio est nulla. licet contrarium judicaretur in causa D. Mariæ Pimentel adversus Mariam Cardosam apud Notarium Emmanuelem Gomes Machado, anno 1679. contra ea, quæ *Thor. in compend. decision. p.* 3. *verb. dominus.*

Neque dictum dominium probatur per 807
solam venditionis scripturam Actoris *L. proprietatis Cod. de probationib. L. cum res Cod. eodem*, quamvis instrumenta sint antiqua, ut notant *DD. in d. L. cum res Cod. de probationib Mascard. conclus.* 541. *num.* . *& seqq. Tusc. lit. D concl.* 611. *num.* 34. *Afflict. dec.* 40. *num* 1. *Barb. in L. si alienam num* 86. *ff. solut. Sess dec.* 191. *num.* 20. *Pareja de instrumentor. edit. tit.* 11. *resol.* 3. § 2. *n* 79 Licet contrarium quando instrumentum sit antiquum, teneant ex *L. indicia Cod. reivendicat.*

*Rutin.*

*Ruin. conſ.* 14. *n.*7. *&* 8. *vol* 4. *Abbas conſ.*64. *n.* 11. *&* 23.

808 Neque etiam probatur per inſtrumentum dotis, ut tenet *Maſcard. concluſ.* 541. *num.* 4. neque ex ſcriptura donationis, *Afflict. dec.* 14. *n* 8. *Maſcard. concl* 541. *n.*7.

809 Neque per teſtamentum, quia non ſufficit agenti reivendicatione contra alicujus rei poſſeſſorem oſtendere teſtamentum, in quo res eſt ſibi per teſtatorem jure legati, vel fideicommiſſi relicta, niſi probet teſtatorem dominum fuiſſe ejuſdem rei, ſibi per fideicõmiſſum relictæ, *Bald. in L. cum alienam Cod. de legat. & ibi Alexand.* qui hoc procedere dicit, etiamſi legatum, vel fideicommiſſum eſſet relictum piæ cauſæ, *Aymon. conſ.* 61. *numer.* 5.

810 Et ſi concludenter non probetur dominium, debet Reus abſolvi, ſufficit enim poſſeſſio ad obtinendum, *L. uti frui* 4 *ff. ſi uſusfructus petatur, L. is qui deſtinavit ff de reivendicat. & eſt text. elegans in L fin Cod. eodem* ibi: *Res alienas poſſidens licet juſtam tenendi cauſam nullam habeat, non niſi juam intentionem implenti reſtituere cogitur. Gratian. dec.* 353. *n.* 33. *Molin. diſp.* 628. *num.* 2. *Poſth. poſt tract. de manut. dec.* 517. *num.* 1. *uſque ad* 4.

811 In judicio enim non metitur jus ex defectu Rei, ſed ex perſona Actoris, *Bart. in authent. hoc loco num.* 12. *verſ. tertio Cod. de ſecund. uupt.* neque curamus de jure poſſeſſoris, ſi non conſtat de jure petitoris, *d. L. fin. Cod. reivend. Surd. conſ.* 150. *n.* 89. *Noguerol. alleg.*25. *n fin. Caſtill. lib.*5. *tom* 6 *contr. cap.* 122. *n.* 1. *in med. Cyriac. contr.* 281. *n.* 40. *Altograd contr* 4 *n.*8. *& contr.*6. *n.*34. *& contr.* 47. *num.* 12. *Giurb. de feud.* §. 2. *gloſſ.* 9. *num.* 4.

812 Et ſi probetur dominium, debet in reivendicatione Reus condemnari non ſolum ad rei reſtitutionem, *L. ſi qua* 3. *Cod. ne rei dominicæ, L.* 2. *Cod. de fund. & ſaltib. rei dominicæ, L.* 1. *Cod. de fide inſtrum. Pelegrin. ubi ſupra.*

813 Sed etiam tenetur ad fructus in hac reivendicationis actione, ut ultra citatos *Caminh. & Coſt. annot.* 2. *forma de libellos*, eſt textus expreſſus *in L. domum Cod. reivendic. L certum Cod. eodem, L. ſi nulla Cod. de acquirend. poſſeſſ.* cum aliis, de quibus *ego ipſe in Allegat. impreſſa pro Comite de Vimioſo ſobre Pernambuco num.* 103. *&* 104. & ultra quos refero, ſunt etiam *text. expreſſ. in d. L.* 1. *& in L. filio* 16. §. *contra tabulas ff. in officioſ. teſtam. Maſtrill. dec.* 29. *n.*5. *Barboſ. in L. divortio* 8. §. *fin.* 1. *p. n.* 46. *verſ. ſimiliter, Somoza de regia* 4. *p. cap.*14. *num.* 140. *Faber in ratic. ad Leg. Julianus* §. *idem Julianus ff. de reivend. gloſſ.*3. *Caſtill. tom* 6 *contr. cap.* 135. *n.* 25. *Otero de act. lib.* 3. *cap. unic.* §. 1. *num.* 26.

Et quid in vineis poſitis in bonis maiora- 814
tus, & datis, & diviſis per permutationem, de qua conſtabat per confeſſionem in precibus, & articulis, & quando competat actio, vel non ſucceſſori, judicatum fuit in cauſa ſequenti.

No feito de Joaõ Freire de Mello contra 815
Dona Joanna Botelho, Eſcrivaõ Manoel Pinheiro da Coſta, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos &c. Moſtraſe por parte de A. que he herdeiro de ſua irmã Dona Maria da Sylva, e Mello a qual herdou os bens livres de ſeu marido Lopo Botelho de Mello, entre os quaes ſaõ dezaſete oliveiras, que eſtaõ miſticas com olivaes do morgado que a R poſſue. por ſucceder a ſua irmã Dona Iſabel Botelho, a qual ſuccedera ao dito Lopo Botelho de Mello, porque falecendo eſte, e ſeparandoſe os bens livres, e de morgado, entre a dita Dona Maria, irmã do A. e mulher do dito Lopo Botelho, e a dita Dona Iſabel Botelho, irmã do R fizeraõ entre ſi concerto pelo qual a dita Dona Iſabel houve as dezaſete oliveiras, que eraõ bens livres, por eſtarem miſticas a hum olival do morgado, e por ellas houve a dita Dona Maria huma vinha do morgado para a poſſuir em recompenſa, como livre, e porém a R. demandando ao A. pela dita vinha, ſe lhe julgou por ſer vinculada ao morgado, e aſſim lhe deve largar as ditas oliveiras com os fructos da indevida occupaçaõ, do meſmo modo que o A. foy condenado na dita vinha, viſto naõ ter effeito o dito concerto, porque as poſſue, e o A. naõ ter noticia delle ao tempo da dita demanda, ſenaõ na inſtancia de liquidaçaõ, onde naõ foy ouvido, e ſe lhe deixou para eſta via ſeu direito reſervado.*

*Defendeſe a R. com que a troca em que o A. ſe funda, e confiſſaõ della feita pela dita ſua irmã a fol.* 10. *naõ lhe dá direito a elle, nem a ella prejuizo, porque ſe fez com errada informaçaõ, por quanto o A. foy condenado na dita vinha, por ſe haver eſta plantado em terras de olival de morgado, e naõ pela occaſiaõ da dita troca, pois ſe naõ fizeraõ partilhas, como o A. articula, em que cabiſſe o dito concerto, e dado que ſe fizeſſe, naõ podia valer ſem Proviſaõ de S. Alteza, ouvido o immediato ſucceſſor do morgado, pelo que devia ſer abſoluta, e o A. condemnado na damnificaçaõ de hum olival do morgado, que a R. poſſue, como herdeiro da mulher, e herdeira do dito Lopo Botelho, que o damnificou, e aſſim mais*

*em 24U. e 24. galinhas, que o A. cobrou indevidamente, porque arrematando os fructos de huma quinta da R. cobrou de mais o foro de 4U. e 4 galinhas cada anno, que naõ entraraõ na arremataçaõ, e finalmente nas damnificaçoens, que tem feito na dita quinta, do tempo, que a desfructa o que tudo se lhe pede por reconvençaõ. O que visto, com o mais dos autos, e disposiçaõ de Direito, e como se mostra provar o R. sua auçaõ pela confissaõ do concerto articulado, feita pela mesma contrahente a fol. 10 e constar por informaçaõ, que se tomou na vistoria, que judicialmente se fez de que consta a fol. 67. a dita troca, com que se fica bem provando a posse da R. e direito do A. o qual se mostra ser condenado na vinha, que com effeito restituio a R. com que naõ prevalecendo o dito concerto por huma parte, como está julgado, naõ póde subsistir pela outra, e do mesmo modo, que o A. restituio a vinha, deve a R. restituir as oliveiras. Por tanto condeno a R na restituiçaõ das ditas dezasete oliveiras com os fructos da indevida occupaçaõ até real entrega E deferindo á reconvençaõ da R. vistos os autos, e como por elles se mostra, que no appenso E pedio a irmã R. esta mesma damnificaçaõ a fol. 336. e se lhe naõ deferio na sentença fol. 393. que se refere á certidaõ fol. 103. o que passou em cousa julgada, e como outrosim se mostra, que o foro de quatro milreis pedido pela R. foy juntamente arrematado com os fructos da quinta com que o A. os fez seus, e justamente os cobra, e as damnificaçoens da mesma quinta, além de que as juraõ as testimunhas, defectuosas, naõ tem a R. por hora lugar de as pedir ao A. estando de posse dellas pelo dito titulo de sua arrematação, cujo fim deve esperar, para lhas pedir, por naõ caber em reconvençaõ do liquido, e incerto, e certo illiquido. Por tanto absolvo ao A. do pedido na reconvençaõ da R. a quem condenaõ nas custas dos autos. Lisboa 10. de Junho de 1634. Gregorio de Mattos, e Guerra.*

816 A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberatione sequenti.

Judicis sententiam in omnibus libenter amplector, quia confessio in articulis facta plene probat, *L. cum precum Cod. de liberal. cauſ. Mascard. de probat. concl.* 348. *n.* 48. *Cald. forens. q.* 31. *n.* 13. *Thom. Vaz allegat.* 72. *num.* 56. & in nostra hypothesi invenitur confessio Reæ in articulis facta fol. 10. quæ transactionem confitetur, & cum Actor fuisset condemnatus restituere Reæ vineam acceptam ab ejus sorore virtute transactionis, ita etiam eodem modo, ac per consequens Rea tenetur demittere Actori olivetum acceptũ ab ejus sorore virtute ipsiusmet transactionis, & nulla est melior probatio, quam proprii oris confessio, *L. cum te Cod. de transact. Reynos. obs.* 74. *n.* 1. & probatur etiam, quod olivetum postulatum accepit soror Reæ virtute vineæ ab ea demissæ solori Actoris per laudatoris Reæ, atque Actoris declarationem juratam fol. 67. & confessio facta in uno judicio, probat in alio, *L. jubemus Cod. de liberal. cauſ. ad fin Valasc cons* 33. *à n.* 1. *cum seqq.* & per declarationes factas in inventario fol. 11. aperte constat, quod olivetum est liberum sine onere, seu vinculo maioratus, quin obstare possit certitudo fol. 64. & adjudicatio in ea scripta, quia ibidem fol. 67. reperitur expressum, quod si per tempus futurum constiterit, quod sorori Actoris pertinebat aliquid in illa Villa ultra bona maioratus, manebat jus suum illæsum, ut petere possit: ergo cum per declarationes in inventario positas, & per confessionem Reæ, & ipsusmet laudatorem constet, quod contentionis olivetum est liberum sine vinculo maioratus, & quod soror Actoris illud demisit virtute vincæ Reæ judicatæ, sine controversia est, quod illud restituere Rea Actori sororis hæredi tenetur.

Igitur Judicem approbo in condemnatio- 817
ne Reæ facta, & in absolutione reconventionis ex fundamentis ab eo erudite perpensis. Ulyssipone 30. Januarii 1675. Quisel.

Conveniunt Ribeiro, Cardoso.

E no dito feito está hum appenso com a 818
sentença do theor seguinte.

*Naõ defiro aos embargos fol. 529. offerecidos em nome de Dona Isabel Botelha contra a partilha, e divisaõ das terras, de que se trata, feita pelos louvados a prazimento das partes fol. 198. visto ser passado o termo da Ordenaçaõ dado para semelhantes embargos, e muito mais sem a embargante contradizer a divisaõ, antes tendo della noticia, a naõ contradisse, mas a approvou fazendo os requerimentos, que correm a fol. 207. por diante. sem fallar em lesaõ alguma, que houvesse nesta divisaõ, antes consentio nella pedindo sómente, que se tratasse de se avaliarem humas bemfeitorias, e damnificaçoens em comprimento de hum Acordaõ da Relaçaõ, ao que se satisfez pelo despacho fol. 208. pelo que confórme a Ley do Reyno naõ podem ser admitidos agora os ditos embargos: e assim o julgo, e mando, que sem embargo delles, corra a causa seus termos, e a embargante pague as custas dos embargos. Lisboa 23. de Junho de 1651. Doutor Basto.*

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit lata sen-

ſententia ſequens

*Acordaõ os do Deſembargo &c. Naõ he aggravada a aggravante pelo Corregedor do Civel da Corte, cumpraſe ſua ſentença por ſeus fundamentos, e pelo mais dos autos, e condenaõ a aggravante nas cuſtas delles, e lhe reſervaõ ſeu direito, para que via ordinaria poſſa tratar das propriedades, que entender, que ſaõ vinculadas ao morgado, de que he adminiſtradora, e ſe lhe naõ julgaraõ na diviſaõ, de que ſe trata, na fórma de ſeu proteſto Lisboa 9. de Novembro de 1652. Pereira. Salas.*

820 Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Non ſolum poſt tempus à lege definitum læſio allegatur, ex quo pars audiri non debet, *Ord lib. 4. tit. 96. §. 19* magis in ſpecie *Ord lib 3. tit. 17. § 5. Pin. 2. p. lib. 2. cap. 1. n 3. Fachin. lib. 11 cont. cap. 22. Valaſc. de part. cap. 39 à n. 17.* Sed neque in concludenti forma læſio allegatur, cum pars non articuletur, in quo læſa fuerit, id eſt in qua quantitate, an ſcilicet in ſexta parte portionis ſibi debitæ, vel in dimidia, quod neceſſarium quoque erat ut obtinere valeat, nam generalis, & incerta læſionis allegatio prodeſſe non poteſt, argumento *Ord lib 4 tit. 13 & tit 96. §. 18. & 19.* 817 faciunt quæ *Maſcard concl. 586. numer. 14. Mantic de contract. lib 23. tit. 6. num. 28. Cabed. deciſ. 34. n. 20. p. 1.* Unde ex una, & altera ratione per viam intentata læſionis impediens conſequi nequit, ſic confirmato dig- 818 niſſimo Præſide. Lisboa 3. de Setembro de 1652. Salas.

Convenio. Pereira.

821 Et quando à vendicante producitur inſtrumentum alienationis, ſive conceſſionis obtentum à Principe ſupremo, ſeu ab ejus officialibus, tunc enim per ipſum dominium probatur ad omnes effectus, ut multis citatis tenet *Pareja de inſtrum. edit. tit. 1. reſol. 3. §. 2. n 91. & 96.* & quare *Noguerol. alleg. 26. n. 218.* & diximus cum multis ſupra *n. 174. 175. & 176.*

822 Ideoque poteſt acquirens facultatem ad ſubrogationem eam facere, & dominiũ probat ex reſcripto contra poſſidentem bona data in locum maioratus, & non contra poſſidentem bona maioratus, in quorum locum alia ſubrogata fuerunt, ut jam diximus, & judicatum fuit in cauſa ſeq. Ubi etiam ad alia.

823 No feito dos Religioſos do Convento de Belém contra Dona Catherina da Veiga, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz em obrigar a R. a que em cada hum anno contribua com os dous mil reis de Miſſas impoſtos na terra, de que ſe trata. Revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como ſe moſtra. q̃ o chamado por A. houve o Alvará fol 28. do dito Senhor, para que podeſſe vender a propriedade, de que ſe trata, e pór o encargo della em outros bens, como ſe fez, e podia ſer confórme a Direito, nos quaes termos os AA. naõ ficavaõ tendo auçaõ contra a R. e ſómente contra o vendedor chamado por o A para que lhe refizeſſe o damno, que havia de ſe transferir o dito encargo em outras propriedades taõ remotas. Abſolvem a R. do pedido pelos AA. e declaraõ, que naõ eſtá obrigada ao cumprimento de dous mil reis e aos AA reſervaõ ſeu direito contra o vendedor, para delle poderem haver o damno, que tiveraõ em haver de cobrar os ditos dous mil reis das propriedades, que ſe ſubrogáraõ, taõ remotas das primeiras, em que eſtava impoſto o tal encargo. E paguem os appellados as cuſtas dos autos. Lisboa 5. de Fevereiro de 1647. Velho. Marchaõ. Leitaõ.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberatione ſequenti.

Dubium non eſt, ſupremum Principem 824 poſſe mutare teſtatoris voluntatem, *Clement. quia contingit de Relig. domib. L legatum ff. de adminiſtrat. rerum ad Civit. pert. Molin. de primog. lib. 4 cap 4 à num. 1. Cabed. 1. p. deciſ. 176. Moneta de commut. cap. 5. n 95. Pelaes de maiorat. 4 p q 1. limit 6. num. 11. Gam. deciſ. 288. n. 5. Phæb deciſ. 47. n. 2. Spin. de teſtament. gloſſ. 1. rubricæ num 21. Reynoſ. obſ. 7. n. 10.* Idque etiam ſine teſtatoris voluntate: ergo à fortiori in terminis propoſitis id efficere potuit, concedendo facultatem, ut bona maioratui annexa vendi, & alia ex pretio illorum comparari poſſent, ſiquidem de voluntate teſtatoris maioratus ſucceſſor optime per illius chyrographum docuit, ut conſtat ex Regio Diplomate fol. 28. ex quo apparet licentiam ad venditionem prædii, de quo agitur, & aliorum ad maioratum pertinentium, conceſſam fuiſſe, ea declaratione, quod prædia vendita ab onere maioratus libera manerent, & ad alia de novo empta transferretur: quo ſuppoſito, non eſt cur adverſus appellatricem promiſſarum onere agatur, ſed potius adverſus venditorem actio proponi debet, ut alia bona emat, & maioratus onus adimpleat in bonis, quæ in locum venditorum ſubrogari jubentur. Revocetur igitur judicatum, & abſolvatur appellatrix, jure appellatis adverſus venditorem reſervato. Ulyſſipone 5. Januarii 1647. Leitaõ.

Eadem mihi mens eſt. Marchaõ. Ego equi- 825 dem ſum ſententiæ. Velho.

826 Et si pars è vita decedat, non potest Actor continuare actionem absque successoris legitimatione, quia in causis maioratus transit instantia ad illum, ut diximus *tom.* 8. *in commentar. ad Ord. ad tit.* 1. *lib.* 2. § 8. *num fin. & Amat. resol.* 86 *& dicemus tom.* 2. hujus tractatus: & dum non fuerit facta legitimatio, citato successore non continuatur causa, nec ulterius progreditur, ut multoties vidi judicatum, & decisum fuit in causa sequenti.

No feito do Doutor Sebastiaõ Gameiro Feyo, e D. Pedro Feyo de Souſa contra Luiz de Barros Henriques, Franciſco Monteiro de Barros, e Fernaõ Martins de Souſa, Eſcrivaõ Antonio de Vargas da Silva, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ em Relaçaõ &c. Aggravados ſaõ os ſupplicantes pelo Corregedor do Civel da Cidade em mandar correr a cauſa, ſem primeiro ſerem habilitados, e chamados para allegarem de ſeu direito os filhos do A. D. Pedro Feyo, e outroſim em os lançar da contrariedade. Provendo em ſeu aggravo, viſtos os autos, e como os filhos do dito A naõ podem ſer excluidos do direito, que competia a ſeu pay, ſem ſerem ouvidos de ſeu direito, porque ſeria dar-ſe ſentença contra elles, e excluillos da ſucceſſaõ, e eſtes inauditos, ſendo confórme a Direito, que contra a parte inaudita ſe naõ póde diffinir couſa alguma, por ſer a defeza de Direito natural, e pela meſma razaõ ſe naõ póde negar a contrariedade aos Reos por tambem ſer defeza Mandaõ, que o dito Corregedor mande citar, e habilitar os filhos do dito A. para allegarem de ſeu direito, ſe lhes parecer, e que outroſim admita os Reos á contrariedade. Lisboa 7. de Outubro de 1683. Mendonça. Mouſinho Peçanha.*

827 Et ſi ſunt multi oppoſitores, ultimus primo loco allegat de jure; & ſic de cæteris, tunc poſt illos Actor, & denique Reus per ſuos Procuratores, & an omnes teneantur dicere per unum, vel ſeparatim per alios, vide *Fontanell. dec.* 4 *n.* 6.

Et judicatum fuit in cauſa ſeq.

828 No feito do Doutor Sebaſtiaõ Gameiro Feyo, e outros contra Luiz de Barros Henriques, e outros, Eſcrivaõ Antonio de Vargas da Silva, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ em Relaçaõ &c. Aggravados ſaõ os ſupplicantes pelo Corregedor do Civel da Cidade em conceder aos RR. que cada hum poſſa fazer ſeu procurador: Provendo em ſeu aggravo, viſtos os autos, prejuizo que ſe ſegue da dilaçaõ, e eſtylo, que ha, mandaõ, que os ditos RR façaõ hum Procurador, com que eſta cauſa ſe continue. Lisboa 15. de Junho de 1680. Sylva e Souſa. Freire. Baſto. Pereira.*

Hoc decretum fuit impeditum cum exceptionibus, ſuper quibus fuit prolatum ſequens decretum. 829

*Acordaõ em Relaçaõ &c. Recebem os embargos dos embargantes, e os julgaõ por provados, viſtos os autos, e como delles conſta cada hum dos embargantes ter ſeu direito differente, que poder allegar em ſua defeza: pelo que deferindo ao aggravo interpoſto, naõ he aggravado o ſupplicante pelo Corregedor do Civel da Cidade, com declaraçaõ, que o dito embargante Franciſco Monteiro fará ſeu procurador á parte, e os outros dous RR juntamente faráõ hum ſó procurador, que por elles diga. Lisboa 26. de Setembro de 1680. Sylva, e Souſa. Pereira. Quifel.*

Et quando excludatur Actor ab hac rei- 830 vendicationis actione à Reo, ex eo quia non oſtendit inſtitutionem, neque probavit requiſita juris, de quibus in ſententia ſeq. eam vide.

No feito de Gil Lourenço Cabeça com 831 Franciſco de Magalhaens, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos, libello dos AA. Gil Lourenço Cabeça, e ſua mulher, contrariedade dos Reos Franciſco de Magalhaens Frade, e ſua mulher. Moſtra-ſe por parte dos AA. que elles eſtaõ de poſſe do morgado, ou Capella, que inſtituio Encenſa Bertaõ, mulher de Joaõ Domingues Gaſtaõ. Moſtra-ſe mais, que como poſſuidores do dito morgado lhe pertencem a elles AA. todos os bens pertencentes ao dito morgado, ſaõ tres moradas de caſas, que eſtaõ no Caſtello, que partem humas com outras, e pela parte de cima partem com caſas de Afonſo Berceiro, e pela parte debaixo com caſas, que foraõ de Pedro da Fonſeca as quaes tres moradas de caſas foraõ dadas para a dita Capella pela carta de partilha, que deduzem. Moſtra-ſe mais, que os RR ſem titulo ſe meteraõ de poſſe das ditas tres moradas de caſas, e as naõ querem largar a elles AA. Moſtra-ſe mais, que os AA. eſtaõ de poſſe do dito morgado ha nove annos, e delles lhe devem os RR. pagar os corridos a razaõ de quinze mil reis por anno. Por parte dos RR. ſe moſtra, que os bens de Encenſa Bertaõ eraõ foreiros a Leonor Fradeça Loba de hum moyo de trigo de foro, e indo os ditos bens a poder de Beatrix Loba Fradeça, e por naõ pagar alguns annos o dito foro, alcançara a dita Leonor Fradeça Loba, mãy do R. Franciſco de Magalhaens, ſentença contra a dita Beatrix Loba, a qual ſe liquidara em cento e vinte mil reis. Moſtra-*

ſe mais, que a dita devedora Beatrix Loba Fradeça nomeara á penhora as tres moradas de caſas, de que ſe trata, e por a dita Leonor Loba Fradeça lançar nellas cento e cincoenta mil reis por naõ haver mayor lanço, lhe foraõ arrematadas com todas as ſolemnidades de Direito neceſſarias. Moſtraſe mais, que a dita Leonor Loba Fradeça, mãy delle R. naõ ſabia, que as ditas moradas de caſas eraõ vinculadas, porque ſe ſoubera, fizera execuçaõ em outros bens da devedora, porque era muito rica, e tinha muitos bens. Moſtraſe mais, que quando o poſſuidor do morgado, ou Capella vendeo alguns bens vinculados, ſe o comprador os comprou com ignorancia do tal vinculo fica a tal venda valida, e ſó o ſucceſſor poderá pedir a eſtimaçaõ, e o preço aos herdeiros do vendedor. Moſtraſe mais, que a dita Leonor Fradeça Loba he falecida da vida preſente, e que por ſua morte ficaraõ os RR. por ſeus herdeiros, e como taes lhe pertencem as ditas caſas pelo juſto titulo, e boa fé da dita compra. Moſtraſe mais, que elle R. tem feito muitas bemfeitorias, e grandes, por quanto eſtavaõ cahidas, e elle as levantou, e gaſtou nellas muito dinheiro, e as bemfeitorias foraõ todas neceſſarias. Por parte dos AA. ſe moſtra, que os bens do morgado, ou Capella naõ ſe podem vender por dividas do poſſuidor. Moſtraſe mais, que a divida porque ſe fez a execuçaõ nas ditas caſas, era da poſſuidora, por quanto era pelos foros dos ditos bens, do tempo que ella os poſſuia, os quaes devia pagar, por lhes goſar os fructos, e rendimentos. Moſtraſe mais, que as caſas, de que ſe trata, naõ tem bemfeitorias algumas, e ſó alguns concertos, e eſſes eſtá o poſſuidor do morgado obrigado aos fazer. Moſtraſe mais, que as ditas caſas tem grandiſſima perda, e lhes faltaõ ſete, ou oito portaes das portas, que valem quinze mil reis, e duas caſas, que eſtavaõ levantadas, quando ſe fez a execuçaõ, o R. as deve reſtituir no eſtado em que eſtavaõ, quando ſe fez a execuçaõ. Moſtraſe mais, que os bens do morgado nunca ſe podem vender, nem alhear, ainda que o comprador naõ ſaiba ſaõ de morgado. Por parte do R. ſe moſtra, que em razaõ de eſtar eſta Villa muitos annos pelos Caſtelhanos, ſe derrotaraõ as caſas, que nella havia, e achou o R. as ditas caſas derrubadas, quando eſta Villa ſe reſtituio a eſta Coroa, e elle R. as reparou, e reedificou, para nellas ſe poder morar, e os portaes faltaraõ na povoaçaõ dos Caſtelhanos, e os que agora tem os poz elle R. e que todas as bemfeitorias ſe lhe devem pagar, no caſo em que os AA. tenhaõ vencimento. O que tudo viſto, e o mais dos autos, diſpoſiçaõ de Direito, conforme ao qual os bens, de que os AA. eſtaõ de poſſe, que foraõ de Encenſa Bertaõ, ſenaõ podem reputar de morgado, nem de Capella, por quanto naõ conſta da inſtituiçaõ, pois a naõ ha, nem por falta della ſe prova a dita inſtituiçaõ por teſtimunhas, nem que os ditos bens ſe tenhaõ poſſuido como taes por tempo immemoriavel, ſaltem por tempo de dez annos, na opiniaõ de alguns Doutores, e de Direito he neceſſario entrevir hum deſtes requiſitos, faltando inſtituiçaõ, para ſe reputarem de morgado quaeſquer bens que ſe diz ſaõ vinculados, quando naõ aparece inſtituiçaõ, e ſómente os ditos bens ſaõ bens affectos com hum encargo de miſſa quotidiana, como ſe moſtra pela carta de partilha junta: mas como os ditos bens tem em ſi o dito encargo de miſſa, ſuppoſto ſejaõ alienaveis entre os herdeiros, o ſaõ por eſtimaçaõ, e nunca ſe podem dividir por annos do encargo de miſſas individuo, pelo que naõ podia a poſſuidora dividir os ditos bens, alheando as caſas pelo foro dos ditos bens, naõ ſendo decurſos do tempo da inſtituidora, mas do tempo, que a dita poſſuidora os começou a poſſuir, como da carta de partilha conſta. Pelo que condeno aos RR. abraõ maõ das ditas moradas de caſas, e as larguem aos AA. aos quaes condeno nas bemfeitorias, que os RR. tem feito nas ditas caſas, as quaes ſe liquidaráõ, e compenſaráõ com os rendimentos das ditas caſas, viſto provarſe renderem a razaõ de quatorze mil reis por anno, a qual compenſaçaõ das ditas bemfeitorias ſe fará com os ditos rendimentos vencidos da lide conteſtada em diante, até real entregna, por os RR. ſerem poſſuidores de boa fé, no caſo em que as ditas bemfeitorias naõ excedaõ os ditos rendimentos, porque excedendo-os, ſe fará compenſaçaõ com os rendimentos da indevida occupaçaõ, em quanto as ditas bemfeitorias obrangerem, e ſendo as ditas bemfeitorias maiores que os ditos rendimentos da indevida occupaçaõ até real entrega, lhes ſerá reſtituido tudo o que mais for pelos AA. E condeno outroſim aos RR. nas cuſtas dos autos. Olivença 6. de Março de 1680. Franciſco de Oliveira do Amaral.

A qua ſententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus ſequentibus. 832

Per invaſionem Caſtellanorum in oppidum de Olivença deperdita fuit inſtitutio Capellæ, aut maioratus, de quo controvertitur, ex notariorum certitudinibus verificatur, quod poſt pacis tranquillitatem ſolummodo in Cartophilacio acta, & proceſſus inveniuntur, quo in caſu ſufficit probatio per teſtes domum ad maioratum pertinere, & appellanti onus probandi contrarium incumbere,

bere, ut tenent *Addentes ad Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num 24. & 25.* Maxime quando in partitionibus adjudicata fuit, ut maioratus: quo supposito domus annexa maioratui alienari non potest, sed per venditionem illius tamquam liberæ, appellans in bonæ fidei possessione existit, quare nunc solum super melioramentis cadit dubitatio.

833 Possessor bonæ fidei cum titulo omnes fructus suos facit ante litem contestatam, ut est vulgare, post eam vero fructus, quos percepit ex re meliorata, ut erat ante melioramenta, cum ipsis melioramentis compensat. Illi autem, qui ex melioramentis proveniunt, ad ipsum possessorem pertinent, exemplum ponit *Scobar de ratiocin. cap. 13. n. 7.* quod proculdubio verum est, quoad fructus ex re ipsa meliorata perceptos, nam provenientes à melioramentis ad eum, qui fecit, ad huc pendente judicio spectant, *Cov. lib. 1. var. cap. 8. n. 3. vers. compensatione harum, Marescot. lib. 2. var. cap. 112. n. 52. & 54 Cyriac. contr. 83. n. 7. Brito de locato 2. p. 1. ubric. §. 3. n. 45. Rotta decis. 116. p. 6. Mier. de maior. p 4 q 32. n. 5.* Qui dicit hanc communem, & æquiorem sententiam, & hac declaratione confirmetur sententia. Ulyssipone 21. Aprilis 1681. Freire.

Convenio. Magalhaens.

834 Mihi autem sententiam revocare, Reumque absolvere placet, agitur namque de censu ab institutrice ante maioratus institutionem, venditio in bonis, ex quibus postmodum maioratus ipse constructus fuit, cum ex actis, & præsertim ex toto instrumento fol. 15. tenore aperte elicitur, neque Actor id inficiatur. Et quamvis objiciatur, sententiam, ex qua ad ædium subhastationem deventum fuit, obtentam fuisse propter non solutas pensiones tempore successorum, non vero institutricis: ex quo inferri videtur, quod cum sit debitum à successoribus, & non ab institutrice contractum, fieri debuisset; attamen hæc argumentatio, quæ prima specie concludens videtur, peritius inspecta in mero sophismate consistit, ex quo enim institutrix bona censui subjecta maioratui annexuit, transierunt cum sua causa, quippe ejusdem institutricis facto deterior conditio creditoris censuarii fieri non potuit, ea autem fuerat creditoris censuarii conditio, ut non solutis sibi pensionibus bona censuata exequi potuissent: ergo quamvis eadem bona vinculo subjecta fuissent, non ideo minus jure suo uti potest, imputet enim sibi, qui maioratum instituit ex bonis censuatis, quin censum redimeret vel aliquo quovis modo sibi prospiceret.

Confirmatur hæc resolutio, ex eo quia licet sententia habita sit propter non solutas pensiones tempore successoris, attamen creditor verè agit actione ex contractu ab institutrice ipsa ante maioratus institutionem celebrato, atque ita debitum ab ea originem ducit, ac proinde fit consequens, quod recte ad exequenda bona maioratus deveniri potest, tamquam ex debito institutoris. 835

Ad quod pulchra mihi videntur nostræ Regiæ Sanctionis verba *lib 3. tit. 93. in princip.* ibi: *Porque pois o que estabeleceo o morgado, ou Capella, obrigou esses bens, de que dotou o dito morgado, ou Capella, ou elle se obrigou á dita divida, com razaõ se podem vender, e arrematar por sua divida, como quaesquer outros bens.* 836

Notanda sunt verba illa, *porque pois o que estabeleceo o morgado, ou Capella, obrigou esses bens*, & referenda sunt, ac conjungenda cum antecedentibus ibi: *Se a sentença for dada contra o instituidor, ou a condenaçaõ foy por causa de alguma divida, ou obrigaçaõ que procedesse da pessoa do instituidor.* 837

Ex quibus tane verbis luce meridiana clarius constat, in bonis maioratus non solum ob instituentis debita executionem fieri posse, sed etiam si debitum ab obligatione, & contractu cum eo celebrato procedat: cum ergo debitum, de quo agitur, procedat à contractu, & obligatione institutricis, quæ census vendiderat, evidenter sequitur, quod potuit in bonis executio perfici. 838

In idem tendit *Carvalh. in cap Raynald. p. 2 n. 261.* ubi perspicue docet, quod non solum propter instituentis debita, sed etiam propter debita possessoris, si modo originem ducant ab instituente, posse alienari maioratus bona. 839

200 Et optimo iure procedit, nam ſicuti nulli dubium eſt, quin poſſit teſtator, & inſtitutor declarationem ſuæ voluntatis valide, & juridicè alteri comittere ad declarationem faciendam circa vocationes maioratus, *L. Theopompus, & ibi Bart. ff dot. præleg. L quem hæredi ff cond & demonſt L fideicõmiſſaria a 2. § fin ff fideicõmiſſ. libert. L. utrum § cum quidam ff. reb. dub Natta conſ. 115. num. 8. Surd. dec. 194. num. 18 & conſ. 380. num. 9. Giurb. ad ſtat. cap. 2. gloſſ. 7. p. 1. n 5. Caſtill. lib 5. cap. 182. n 1. & ſeqq.*

198

201 Et ſtatur ſimili declarationi, quia dicitur teſtimonium de voluntate defuncti, aut inſtitutoris, ut refert *Bart. in d. L. Theopompus n. 7. Surd. d. conſ. 380. n 9. Caſtill. d. cap 182. n 9 & 10.*

202 Et maxime ſi fuerit declarans ultimus maioratus poſſeſſor, qui intervenit in maioratus erectione, quia tunc etiam credendus eſt in declaratione vocationum, ſi declaratio ſit veriſimilis, ei ſtandum eſt, quia affert magnum voluntatis ſpecimen, cum voluntatem defuncti agnoſceret, ut multis tenet *Molin. de primog. lib 1. cap 8. num. 38. & ibi Add. Ramon conſ. 100. num. 413. Caſtill. lib. 3. cap. 10. num 35. Capyc. Latr. conſult. 85. alias 83. n. 33. Barb. vot. 7. num. 26. Valenz. conſ, 135. num. 140.*

203 Ita etiam quando fuerit declaratio facta ab inſtitutrice, potius ei credendum eſt, quia ſi creditur, ut diximus, hæredi, & ſtatur declarationi poſſeſſoris, & illorum, cum quibus inſtitutor loquutus fuit, maiori cum ratione à nullo clarior haberi poteſt declaratio, quam ab ipſo, qui diſpoſitionem ipſam condidit, & ideo illam poteſt facere, & ei ſtandum eſt, *L. peto 71. ff. leg 2 Caſtill. d. lib. 3. cap. 10. n. 25. Auguſt. Barb. vot. 4. num. 4. Larr. dec. 33. num. 110.*

204 Et hæc declaratio eſt tam fortis, & potens, quod in quocunque tempore fieri poteſt, etiam ex intervallo, & poſt multos tranſactos annos, & tunc facta non debet declarari ſecundum leges, ſed prout voluit ipſe, qui illam fecit, licet facta ſit poſt longum tempus talis declaratio voluntatis, ut tenet *Bald. in L. precibus 8. Cod. impub. & aliis ſubſt. & in L. petens Cod. de pact num. 12. eleganter in terminis maioratus Larr. d. dec 33. num. 31.* & ibi multos refert, *Molin. de primog. lib 1. cop. 8. num. 32. alter de juſt. diſp. 917. n. 19. Caſtill. d. cap. 10. n. 7.*

Et probari poteſt non ſolum ex inſtru- 205
mento facto circa eam, ſed etiam ex teſtibus, & quare, magiſtraliter docet *Gloſſ. in L. hæredes palam. 21. §. ſi quid poſt ff. de teſtam. Bald. in d. Leg. precibus 8. Cod. de impub. & aliis ſubſt. num. 11 & 12. Paul. de Caſtr. conſ. 18 num 3 Oldrad. conſ. 297. num 7. Molin. de primog. lib. 1. cap 5. n. 40. Caſtill. lib. 4. contr. cap. 19. n 30. & 33.*

Et adeo vera eſt noſtra reſolutio, quod 206
procedit etiam in bonis aſſignatis ad maioratum; quia licet ex aſſignatione ad maioratum transferatur dominium ex illa facta in contractu irrevocabili, *L. quiſquis Cod. de donat. L. argentum § ſed ſiquidem Cod. eod. Molin. de primog. lib 4 cap. 2. n. 9 & add Caſtill. lib. 4. cap. 35. num 41. & 42. & de aliment. cap. 43. n. 13. verſ. rurſus, Poſt. de manut. obſerv. 20. n. 116.*

Nihilominus tamen ab inſtitutore poteſt 207
revocari, & alterari per aſſignantem, cum in ea non conſiſtat, nec in vocationibus ſubſtantia vinculi, & ita poſſunt mutari, licet aſſignatio ſit irrevocabilis, & acceptata, & res tradita ex traditione vera, vel ficta per conſtitutum, ut tenet in terminis *Angulo de melioram. lib. 3 gloſſ. 2. num. 4. Tello Fernand. in L. 20. Tauri n. 14. Caſtill. lib. 4. contr. cap. 35. num. 60. & 61.*

Quæ dicta ſunt, optime procedunt in noſ- 208
tro caſu, in quo proponitur ſcientia neptis, circa vocationum mutationem, & illius approbatio, & conſenſus non ſolum expreſſus ex ratione ab ea data inſtitutrici, & nominatione in filium ſeniorem facta; ſed tacitus, deductus ex ſcientia, & approbatione abſque contradictione, aut reclamatione, qui ſufficit ad dictæ mutationis vocationum validitatem, & declarationem, inter enim conjunctos ex ſola ſcientia præſumitur conſenſus etiam in præjudicialibus, idque ratione taciturnitatis, *L ſi ſervus 39 ff. donat. inter, Bart in L quæ dotis n 22. verſ. fallit, Menoch. conſ 304 n 30. Honded. conſ. 91. n. 44.*

Et diuturna patientia idem opetatur, quod 209
conſenſus expreſſus, & conſequenter ex hac taciturnitate, & conſenſu, ex ea reſultante idem præjudicium cauſatur, quod ſi expreſſe renuntiaſſet quis juri ſuo, *Alex. in L. 2. §. voluntatem in princip. verſ. hoc tamen limita ff. ſolut. matr. Dec. conſ. 409. num 6. Cæphal. conſ. 314. num. 42. & conſ. 315. num. 29. lib. 3 Cravet. conſ. 425. num. 50. lib. 3. Reminald. conſ. 244 n 240 & ſeqq. lib. 3.*

Et diuturna patientia per quinquennium 210
idem operatur, quod conſenſus expreſſus, ut inquit *Cæphal. ubi ſupr. Honded. d. conſ. 91. num. 41. & 46.* Ubi etiam dixit, quod ſcientia, &

tia, & patientia ejus, qui scit, & patitur, ita observari, & declarari, maxime dicto tempore, declarationem tacitæ præcedentis voluntatis inducit, & præjudicium causat, ac si voluntas expressa adfuit, juxta *text. in L. qui in aliena §. sed si non adierit ff. acquirend. hæredit. L. si filius Cod. pet. hæred. L. cum post ff. de jur. dot. Roman. cons.* 271. *Castr. cons.* 347. *lib.* 1. *in fin. Craveta. cons.* 273. *col. fin. lib.* 2.

211 Et quando tacens potuit actum impedire, contradicendo, & non fecit, sed habuit taciturnitatem, ex illa inducitur consensus, si de jure reali agitur, & ipse potuit impedire, ne ille actus fieret in præjudicium sui juris realis, & non contradicit, neque reclamat, videtur consentire in declaratione, & mutatione vocationis, & valida alteratio illius existit, ita docuit *Bart. in L. quæ dotis ff. solut. n.* 23. *& ibi Jaz. num.* 88 *& in L. si fundum per fideicõmissum num.* 7. *ff. leg.* 2. *Alex. in L. liberta num* 9 *ff. solut. matr. Menoch. cons.* 304. *n.* 30 *Tiraquel. de retract. lignag. §* 9. *gloss.* 3. *num.* 16. *Honded d. cons.* 91. *num* 45. *lib* 1. *cum aliis Padil. in L. quoties ab omnibus n.* 5. *ad fin. Cod. fideicõmiss. Tello in L.* 12 *Taur. num.* 18. de qua re vide *Castill. de usufr. cap.* 2. *n.* 105. *& seqq.* Atque ita manet nostra resolutio fulcita, & probata, & est sine dubio validam fuisse dictam declarationem factam circa successionem senioris filii, ad cujus favorem jam alius maioratus erat factus, & erectus, & solum ad illum pertinere potest successio vinculi, de quo agitur, quod regulare dicendum esse existimo, & d. filium seniorem esse verum successorem non obstante matris nominatione, quæ filio juniori non suffragatur, non solum ex dictis.

Sed etiam quia talis nominatio est nulla, &
212 invalida. Nam licet ea sit maioratus natura, ut in eo filius senior succedat, & præcedat juniori, & masculus fœminæ, in hoc tamen maioratu, in quo ex libera electione, aut nominatione succedendum est, non est servandus successionis ordo, sed libera electionis facultas electori, aut nominanti relinquenda, ut possit eligere, nominareque etiam remotiorem, seu illum, qui ab alio ex successionis ordine secluſa electione alias præcederetur, dummodo electus, aut nominatus ejusdem electionis incapax non sit, ut est textus expressus *in L. unum ex familia §. si de falsidia, ubi Bart. ff. leg.* 2 *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 5 *n.* 4 *Sesse tom.* 4. *dec.* 436. *n.* 7. *&* 10. *Fontanell. dec.* 436. *n.* 7. *&* 8.

213 Atque ita inter filios potest eligere, & nominare juniorem, & relinquere seniorem, *Tiraq. de retract. lib.* 2. §. 11. *gloss.* 6. *num.* 7. *Moliu. de primog. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num* 45. *&* 6. *Mier. de maior. p.* 1. *q.* 71 *maxime n.* 110. *Gut. lib.* 2. *pract. q* 77. *num.* 4 *Castill lib.* 2. *contr. cap.* 26. *n* 56 *& lib.* 4. *cap.* 36. *n.* 16. *Gom. L* 40 *Taur. n* 58 *Zeval. q.* 265. *com. alter Molin disp.* 594. & dicemus *tom.* 3. *de maioratu electionis, aut nominationis.*

Et potest nominare fœminam relicto mas-214
culo, ut inquit *Molin supr. & Addent.* dicemus *suo loco*, interim vide *alter. Molin. disp.* 594 *num* 2. *tom* 3. *Paz de tenut. cap.* 34. *n.* 113. *Castill. cap.* 160 *tom* 6 *n* 11. *& seqq.*

Et tam latam, absolutamque facultatem, & 215
potestatem à J. C. his quibus eligendi libera facultas relinquitur, concessam fuisse tradit, ut nullis successorum, nec maioratuum regulis, nec etiam juris communis decisionibus adstricti sint, possequе remotiorem, excluso proximiore, indignumque indignitate facti, omisso digno, atque etiam digniori, ad maioratus successionem eligere, dummodo non sit indignus indignitate juris, *Molin. ubi supra d. cap.* 5. *num* 5. *&* 6 *Raudens. dec Pisan.* 38, *num.* 341. *Mier. de maior. p.* 1. *q* 72. *n.* 1. *&* 2. *Paz de tenut. cap* 34. *num.* 107. *Gut. lib.* 2. *pract. q.* 67 *num.* 3. *Zeval. q.* 265. *num* 6. *& seqq. Valenz. cons.* 40. *num.* 45. *Castill. tom.* 6. *cap.* 160. *num.* 11. *Add. ad Molin. ubi supr.*

Et quamvis isti DD. loquantur in electio-216
ne, idem dicendum est in nominatione, quia in hoc casu qui habet facultatem nominandi, habet facultatem eligendi, & promiscue de hac loquutione utuntur DD. ut per *Molin. d. cap.* 5. *num.* 4. *&* 5. *Castill. lib* 5. *cap.* 87. *n.* 22. & est textus formalis *in L. nominationum forma Cod. de Decurion. lib.* 10. & quod nominare sit eligere, probat *text. in L.* 2. *ff. de fidejuss. & nomin. L.* 1. *Cod. tempor. appell. L.* 4. *Cod. de appell. Bald. in rubric. de elect. in fin.* resolvit nominationem esse electionem *Cald. de nom. q.* 1. *n.* 1. Et in terminis probant, & utuntur promiscue de terminis nominandi, & eligendi, ut tenent *Fontanell. tom.* 2. *dec.* 525. *Sesse dec. Arag dec.* 346 *Larr. dec.* 31. Atque ita videbatur dicendum validam esse nominationem, & electionem factam in filio juniore, excluso seniore, licet non fuisset obediens, si uti senior fuit, & licet iste fuisset magis obediens, & ille minus, ex dictis *à Molin. d. cap.* 5. *n.* 5. *&* 6. *Raud. d. dec.* 38. *n.* 341.

Sed his non obstantibus contraria senten-217
tia in nostro casu. & terminis mihi verior videtur, & manifeste probatur; quia filius senior secundum naturam maioratuum habet primum locum in illius successione, *Cap* 1. *de nat. succes. feud. & probat Ord. nostra lib.* 4. *tit.*

*tit.*100. *&* §.1. & reſolvunt *Greg. Lop. in L. 2.tit.5 part.2.verb.maioria in princip. Tiraq. in tract. de primog.q.1.num* 10. *Molin. de primog.lib.3.cap* 1 *n.* 1. *& ſeqq. & ibi Add. Caſtill. lib* 5. *contr. cap.* 67. *n.* 28.

218 Et qui habet regulam pro ſe, ſatis intentionem ſuam fundatam habet, donec exceptio, vel limitatio expreſſe probetur, *L. illud Cod. ſacroc. Eccleſ. L. ab ea parte ff. probat. L. fin. Cod. hæred. inſt. Alex. conſ.*79. *num.* 5. *lib.*7. *Pinel in L.*1. *Cod. bon. matr.* 3. *p. num.* 23 *Decian.conſ.*68 *num.*36 *vol.*4 *Tuſch. tom.* 6 *lit. R concl.* 94. *Gut. de jur. confirmat. p.* 1. *cap.* 1 *n* 64. *& pract. lib.* 3. *q.* 4 *n.*13. *& q.* 76. *n.*8. *Valenz. conſ.* 97. *n.* 218.

219 Unde provenit, quod ad hoc ut ſecundo genitus excludat primogenitum, eſt neceſſaria voluntas clara, diſpoſitioque expreſſa, aut evidens ad ſuum favorem, & quod inſtitutor ita expreſſè diſponat, vel apertiſſimis conjecturis comprehendi poſſit, *Molin. de primog. lib* 3. *cap.*2 *n.*28 *Caſtill. tom.* 6 *contr. cap.* 180 *n.* 16. *&* 17. ubi de diſtrictione caſus clari, aut dubii.

220 Et tam longe eſt, quod ad favorem ſecundi geniti, caſus ſit clarus ex nominatione facta à matre, quod potius eſt dubius; & clariſſimus pro primogenito; quia inſtitutrix non dedit facultatem liberam matri filiorum, de quibus agitur, ut inter filios ſuos eligeret, nec in tota diſpoſitione tale verbum invenitur circa electionem, ſed tantummodo, ut per ſuam mortem nominaſſet unum ex filiis maſculis magis obedientem, ut patet ex verbis,ibi: *E lhe dá faculdade para por ſua morte nomear hum de ſeus filhos machos,qual lhe for mais obediente.* Quæ diſpoſitio multum diſtat à facultate eligendi; nam quamvis multoties verba *electio*, *& nominatio* idem ſint,& uno ſenſu intelligantur, in realitate ſunt voces differentes, & verba diverſa, & habent diverſum ſignificatum; aliud enim eſt concedere facultatem ad nominandum, aliud ad eligendum: nam licet qui eligit, nominet, ille qui nominat, non ſemper eligit,nec facultati nominãdi eſt annexa electio.

221 Hoc comprobatur, quia nominatio verificatur, etiam quando nominatio præciſè eſt facienda in certa perſona, & determinata, ita ut evenit in Patrono cujuſcumque Capellaniæ, ubi datur ſpecifica Capellani nominatio, aut generica conſanguinei, qui Patronus præciſe eſt nominaturus, aut præſentaturus vocatum, aut conſanguineum, & aliter facta præſentatio erit nulla juxta tradita per *Perez in L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinam. col.* 247. *verſ. quod adeo procedit, Gutierr. conſ.*2. *n.* 4. *Valenz conſ.* 103 *per tot. maxime numer.* 38. *Molin. & Guſman verit. jur. veritate* 24. *n* 5. Et nihilominus tali in caſu non negabitur, Patronum præſentandi jus habere; hoc namque provenit ex natura patronatus, quod ſecundum communem Doctorum opinionem diffinitur, poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium vacans, *Hoſtienſ. in ſum tit de jure patron. lib.* 1 *p.*1. *q.* 1. *art.* 1 *n.*15. *Valenc in paratit. ad tit. de jure patronat.* §.1. *num.* 1. *Ricc. in praxi poſt dec.* 230. *notab.* 2. *Molin d. verit.*24 *num.*5. *Vivian. in prax juris patron. lib.* 5. *cap.* 1.

Confirmatur etiam ex reſolutione quæſ- 222
tionis tractatæ, & reſolutæ *à Paz. de tenut. cap.* 34. *à num.* 116. ubi diſputat, ſi quando mulier marito poteſtatem concedit, aut è converſo, ad inſtituendum maioratum,& ad eligendum unum ex filiis ſuis ad ſucceſſionem,debebat præciſe regularem eligere maioratum, aut irregulares facere poſſit vocatione? Reſponſum præſtat, maioratum ſic erectum omnino regularem debere eſſe, ut conſtat, ibi: *Quam quæſtionem illud confeſtim ſequitur, an conjux qui facultatem habet eligendi ad maioratum unum ex filiis, vel filiabus, debeat maioratum regularum facere, an vero maioratum agnationis poſſit inſtituere,& inter filios ſubſtitutiones quas voluerit, apponere queat: qua in re ſecurè dicendum cenſeo, ſolum regulare primogenium, abſque irregularibus vocationibus, & ſubſtitutionibus à conjuge inſtitui poſſe:*& proſequitur *uſque ad n.*141. hanc reſolutionem quamplurimis,& efficaciſſimis rationibus comprobando. Ergo etiam, quamvis fundatrix noſtri maioratus dixiſſet,habere facultatem,ut nominationem ſucceſſoris facere poſſet, regularem electionẽ exprimere,ipſi licitum erat, filium ſeniorem primario vocando; & non poterat irregularem facere vocationem, juniorem filium præferendo.

Hancmet opinionem fuere ſectati *No-* 223
*guer alleg.* 9. *num* 72. relatam authoritatem comprobantes, illic: *Sexto ad hoc eſt reſolutio Paz de tenut cap.* 34. *num.* 117. *uſque ad* 141 *ubi ex pluribus fundamentis in difficiliori caſu probat, quod commiſſarius ad inſtituendum maioratum:,quamvis ampliſſimam facultatem habeat,illum regularem debet facere in favorem maſculorum,& fæminarum,& non irregularem.*

*Caſtill. lib* 2 *controverſ. cap.* 26. *num.* 39. 224
ubi *Mier.* referens, ita loquitur. Et antea *num.* 16. ex aliis probat, quod mulier cum marito concedit facultatẽ eligendi filium ad maioratum, videtur tacite ſe conformare cum jure communi, & legibus, & conſuetu-

dinibus Hispaniæ, quæ præferunt filium primogenitum cæteris fratribus, & sororibus.

225 Simile est, quod in favorem masculi infæminarum competentiam affirmavit *Carpius de executor & commiss. text. lib. 2 cap. 19 n. 59* his verbis: *Trigesimo nono. si commissario mãdaverit testator ut ex bonis suis instituat maioratum in aliquem ex filiis, aut filiabus, nec aliter constet facultatem hanc absolutam esse, in dubio commissarius haud quaquam eligere poterit filiam, exclusa seu prætermisso masculo, quia ordine scripturæ videntua filii, & filiæ ad successionem invitati, maxime si ex aliis clausulis, & vocationibus colligatur, hãc fuisse testatoris mentẽ, ut pluribus comprobat Castill. d. lib 2. controv. cap. 6. per tot.* Siquidem eamdẽ[m] et prælationem primogenitus habet respectu secundogeniti in successione maioratuum, quam masculi respectu fœminarum.

Et rationem præstat *Paz. d cap. 34. num.* 226 134 videlicet, vocationes, & substitutiones irregulares exhæredationis speciem in se continere, cum removeatur quis à suo gradu propter admissionem alterius remotioris, ut dixerat *Molin. lib. 3. cap. 4. n. 8* ibi: *Hæc namque exclusio quamdam exhæredationem, & odium etiam irrationabile continet.* Sed sic est, quod commissarius ad testandum, & ex aliquibus bonis disponendum non possit, virtute potestatis, exhæredare nullum ex filiis, aut descennentibus defuncti, aliter si ipsi ad exhæredandum specialis esset concessa facultas, ut cavetur *in L. 31. Taur quæ est L. 5. tit. 4 lib 5. recop.* illico irregulares non poterit facere vocationnes, à jure primogenituræ seniorem spoliando, & virtualiter exhæredare, secundogenitum primario vocando, quin detur ad hoc faciendum clara, & expressa facultas. Atque ita cum non detur clara, & specifica facultas, ad hoc ut nominetur fillius junior exclusso seniore, sed tãtummodo quod nominetur ex filiis masculis, qui fuerit magis obediens, cum hoc prætextu non fuisset facta nominatio, nec de tali obedientia loquatur in testamento, & proponatur filium seniorem esse plus obedientem, nullo modo potest sustineri nominatio, quia deficit qualitas, sub qua relicta fuit facultas nominandi, & eligendi unum ex filiis masculis, & cum deficeret qualitas, sub qua concessa fuit facultas, deficit etiam ipsamet nominandi facultas restricta ad ipsam obedientiæ qualitatem, ut late resolvunt *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13 num. 36 Paz de tenut. cap. 34. num. 32. Azeved conf. 9 num. 26. & conf. 34 num. 41. Valenz. conf. 7. num. 23. & conf. 43 num. 161. & conf 52. n. 18. 20. & 21. & conf. 83. num 4. & num. 134 & conf 92. num. 141 & 144 & 146 Gut. conf 1 num. 8. conf. 24. num. 16 & 26 num. 6 & conf. 28 num. 3. Valasc. conf. 151 num. 21. Molin. de rit. nupt. lib 3 q. 13. num. 12. Gratian dec. 71 num. 8. & dec 89 num 2. & dec. 148 n. 3. & dec. 224. n. 2. Amat dec 11 n. 32. Giurb. conf. 99. num 8. Bart. in L. ex facto num 1 de vulgari ubi Ripa num. 19. & 30. gloss. in L. mancipia Cod. serv. fugit.*

Et tantummodo hæc nominatio potuerat 227 habere locum, si fundatrix dixisset concedere facultatem ad hoc, ut posset nominare unum ex filiis, quem voluisset eligere, cum verbis *podesse nomear em o filho que quizer.* Quæ verba sunt termini, cum quibus leges explicant liberam facultatem nominãdi esse datam, ad hoc ut libere eligatur, quem ex filii voluerit, *L. cum quidam 24.* ibi: *Rogo restituas libertis meis quibus veles, L unum ex familia § sed & si 5. illic: Rogo fundum cui voles, aut quibus voles ex familia relinquas: & §. Rogo 7.* ibi: *Restituas ex libertis cui voles: & § si de falsidia, L. cum pater 77. §. à filia 10.* ibi: *Cui vellet ex liberis suis prædia, cum moreretur restitueret ff. leg 2 L utrum 7. §. 1. ff. de reb. dub. Molin. lib. 2. cap. 5. Mier. p. 1 q. 48 num. 11. Castill. lib 5. cap 87. num. 3. & seqq.* & est text. *in L. cum quidam ff. leg. 2. Paz de tenut. cap. 34. n. 106. Pereir. dec. 8. n. 8.*

Et cum in d. institutione non inveniatur 228 talis clausula, nec facultas nominandi, quem voluerit, nullo modo potuerat nominare irregulariter filium juniorem, & excludere seniorem, in quo nominatio regulariter faciẽda erat, quia facultas non erat libera, sed restricta ad filium magis obedientem, de quo non loquitur in nominatione facta, prout tenebatur non excedendo facultatem, sed nominare debebat juxta facultatis terminos, ut notat *Roxas de incomp. maior p. 1 cap. 6. num.* 357. & ut inquit *Bald. conf. 326. num. 2. lib.* 1. quod sine potestate nihil ad actum reducitur, sine voluntate nihil consensu perficitur, & sine modo nihil ad finem dirigitur. De qua re etiam *Castill lib 2. cap 26. num. 4. & lib. 4. cap 5. num. 4. Molin. lib. 1. cap. 24. num. 24. Cueva dec. 50. num. 1. Menoch. conf. 108. num 4. Surd. conf. 27. num. 13.* & ita debebat eligere illum, in quo illæ qualitates concurrebant, ut in simili inquit *Pereir. dec. 8 num 3. & seqq.* & ideo tenebatur ostendere adesse qualitatem obedientiæ ex dictis ab *Scobar de purit & nobil. proband. p. 1. q. 8. n. 3. & § 3. num 13. Menoch. conf 322. num. 43. Mier. de maior. p. 1. q. 50. num. 123.* optime de ratione *Lara de capell. lib 2. cap. 4. n. 23. & seqq.*

*ſeqq. Gratian forenſ. cap* 491 *num.* 15 *&* 16. *Farin. in repert. ult. vol. dec.* 6. *n* 30. Ubi quod procedit etiam parte non opponente, & ideo non ſufficiebat eſſe filium, ſed debebat eſſe obedientiorem ſecũdum qualitatem à fundatrice requiſitam, ad hoc ut nominatio ſuſtineri potuiſſet ex dictis *à Pereir. d. num* 3. *& ſeqq.* & ab aliis proxime citatis, & ſine illius declaratione, & probatione debet intelligi electio cõceſſa ordine in electione, & nominatione ſervato, ita ut prius eligatur filius maior, & reliqui poſtea ſucceſſive unus poſt alium, juxta *text. in L. hæredes mei* §. *fin. ff. ad Trebel. L. cum pater* §. *à te peto ff. leg.* 2. *Caſtill. tom.* 2. *cap.* 26.

229 Data enin facultate ad nominandum unũ de certis, ſemper intelligitur in terminis habilibus, & data capacitate, & qualitate perſonarum, quæ nominari debent, quia ſemper hoc præſupponitur in qualibet diſpoſitione, *L. ut gradatim* 11. *in fin. princip.* ibi: *Si idonei ſint ff. muner. & bonor. Tiraq. de retract. lign* § 1 *gloſſ.* 7. *num.* 12. Atque ita cum filius junior non habeat dictam qualitatem, capacitatem, & habilitatem filii magis obedientis, non debebat nominari, excluſo ſeniore, quia facultas non erat libera, ſed reſtricta ad filium magis obedientem, & maioratus aut eſt liberæ nominationis, aut neceſſariæ, & regulatæ, *d L. unum ex familia, & cætera jura citata in Ord lib.* 4. *tit.* 37. ibi: *Para ſi, c certas perſoas: Pereir. dec.* 8.

230 Et quando conceditur facultas, ut nominetur unus ex certis, tenetur eligere nominans ex eis cum qualitate à fundatrice requiſita, *Bart. in L. unum ex familia* §. *ſi duos ff. leg.* 2. *Gratian. forenſ. cap.* 229. *n.* 23. *Valenz. conſ.* 40. *n.* 47.

231 Et nominatio aliter facta eſt nulla, *d. L. unum ex familia, & in* §. *ſed & ſi fundum ff. leg.* 2. *L. cum quidam ff. eod. cum aliis Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 38. *&* 39. *Azeved. de exeq. mand. p.* 1. *cap* 19 *n.* 2. *Bart. & Peralt. in d. L. cum quidam num.* 3. & quare, *Flores var. lib.* 1 *q.* 19 §. 4. *n.* 39. *Menoch. conſ.* 1006. *num.* 33. *&* 35.

232 Et quamvis verba illa, *que lhe for mais obediente*, importent electionem, quia dictio, magis, eſt ſignificativa electionis, maximequãdo ponitur inter incompatibilia, ut hic; quia uterque filius non poteſt ſuccedere, & poſita fuerunt *in L. filiofamilias ubi gloſſ. verb. magis, & ibi Bart. ff. cond. & demonſt. L.* 2. §. 1. *ubi gloſſ. magna ante medium ff. de reb. cred & in L. in commodato* §. *ſicut verb. magis ff. cõmod. L. quia magis ff. fin. reg. & in L.* 1. *ff. cõmun. divid* & notarunt *Faz in L. jubere ff. de jurid. & ibi Dec. num.* 6. & in aliis juribus, in quibus hæc dictio poſita inter plures ſtat electivè, ut *in L. & ſi forte* § *hæc actio ff. ſi ſervit. vend. L.* 1. *Cod. com. divid. L.* 2. §. 1. *ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ.* 115 *num.* 13. *vol.* 1. & maxime quando eſt poſita inter obedientiam, & filium, quo caſu inter illos poterat eligere, ut in facultate eligendi dignos eſt *text. in L. cum quidam* 24. *ff. leg.* 2. *& ibi gloſſ. Alba conſ.* 790. *n.* 14.

Nihilominus tamen hæc electio non eſt 233
libera inter filios maſculos, ſed præciſa, & limitata ad filium maſculum magis obedientem, & tunc non conceditur electio, aut facultas nominandi libera, ſed reſtrictiva ad magis obedſentem, quia in his terminis non conceditur electio libera, ſed datur reſtrictio *ex L cum qui certarum* §. 1 *ff verbor. oblig. Bald. in L.* 1. *num.* 1. *Cod. de furt.* & qui habet jus nominandi, & quidem ſub certis modis, & qualitatibus non poteſt libere nominare, ſed tenetur reſtricte eligere, ut multis juribus tradit in terminis *Torre de pact. fut. ſucceſſ. dec.* 178. *num* 5 & allegat *Paz de tenut. cap.* 34 *n.* 153. *Cald de poteſt. elig cap.* 16. *n.* 3. *& ſeqq.* & alios. Et cum mater nominaſſet libere, & non reſtricte filium magis obedientem, nulliter nominavit, & extitit nominatio invalida, ac ſi non nominaſſet, atque ita poſt ejus mortem ad filium ſeniorem ſucceſſio devoluta fuit, ſicuti devolvitur, quando mater, aut pater habens facultatem nominandi non nominavit, tunc enim ſuccedit primogenitus filiorum, inter quos debebat fieri nominatio, ut originaliter reſolvit *Gregor. Lop. in L.* 2. *tit.* 15 *part.* 2 *gloſſ. verbo eſto uſaron, & verb. ſed pone, Peralta in L. unum ex familia* § *ſed & ſi fundum ff. leg.* 2. *Molin. de prim. lib.* 2. *cap* 4 *num.* 42. *Mier. p.* 1. *q.* 48. *num.* 41. *alter Molin. de juſt. diſp.* 593. *n.* 6. *Caſtill. lib.* 4 *cap* 36 *num* 6. *Raud. de annalog. in append. p.* 1. *num.* 137. *Molfeſio in com. ad conſ. Neapol.* 3. *p q.* 11. *num.* 6. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 4 *gloſſ* 9. *p.* 5. *num.* 11. *Cov. in cap Raynald. de teſt.* §. 3 *num.* 8. *Gut. in L. unic. Cod quando non pet. num.* 9. *Cald. de nomin. q.* 13 *num.* 1. *Leon. tom.* 1. *dec.* 51. *num.* 6. *Larr dec.* 31. *n.* 51. *Pereir. dec.* 8. *n.* 4. *&* 8. ubi eleganter, quia loquitur in ſimili.

Et in noſtro caſu habet maiori ratione 234
hæc reſolutio locum, quando proponitur, & conſtare poteſt inſtitutricem antea feciſſe maioratum unius Villæ, ad cujus ſucceſſionem vocavit primogenitum filium, & ideo cõſideravit declarationem factam, ad hoc ut bona indivita, & unita manerent in uno ſucceſſore, & conſobrina, ſeu neptis ita recognovit, & in prima infirmitate hanc voluntatem ſequuta fuit, & ita exequutum fuiſſe inſtitu-

trici certioravit,& postea inducta fuit à filio juniore ad hoc,ut ei nominaslet bona, ut in effectu nominavit illius persuasionibus, & in hoc casu ea non obstante bona possunt avocari ab illo filio juniore, qui postea fuit nominatus,& applicari filio seniori prius vocato,ut per hæc verba inquit *Mier. de maior.p.1 quæst 25.num.28.& 49. Castill. lib. 3. cap. 1 n. 112. Lara de anniversf. cap. 31. n. 11. Cabrer. de metu lib. 2. cap. 9. n. 5.*

235 Et ita recognovit mater nominans petens filio seniori, quod non contraveniret ejus nominationem factam in filio juniore, ex rationibus de quibus in verbis testamenti, ibi: *Peço a meu filho*: ex quibus ostendit defectum potestatis talis nominationis, & ex illis non inducitur obligatio observandæ nominationis, *L. cum pater §. mando ff. legat 2.& ibi DD.* atque ita manet clara justitia primogeniti, pro quo etiam in dubio decidenda,& resolvenda erat quæstio proposita, & pro validitate declarationis in ejus favorem factæ, ut concludit *Castill. tom. 6. contr. cap. 160. n. 16 in fin. vers. clausulæ.*

236 Et pro complemento nostri capitis, advertendum est circa regulam *text.in L. perfecta donatio Cod. donationib. quæ sub modo*, quod potest dici erectio maioratus,aut donatio per viam vinculi perfecta:&irrevocabilis,ad hoc ut non possit à fundatore revocari, nec alterari in substantia,si detur acceptatio,aut tradatur res, quia si hæc deficiant, & donatio absque traditione sit facta simpliciter,tamen non dicitur perfecta antequam tradatur, & interim potest alteri obligari, & vinculum facere, erectionemque maioratus formare, & validum remanet, & tantummodo competit actio personalis contra primum donatarium, ad hoc ut præstet æstimationem rei donatæ, & sustinendum est vinculum factum, antequam res donata tradita fuisset, quia ante traditionem non dicitur perfecta, ut non cadat res donata in obligationem, aut vinculum, quod cadit, si res tradita non est,ut tradit eleganter in terminis *Burg. de Paz cons. 24. num. 22. vers. sane ea ex alio, ubi multos refert,& est text. elegans,ex quo probatur in L. fin §. Lucius ff. de donat. gloss. in L 1. verb perfectam Cod de jure fisci lib. 10. & ibi Bart.num 9 Celso Ugo cons.53 n. 2. & cons. 58 num.6 & 8 & cons.100. num. 10 & cons. 104 num 2. ubi affirmat, quod in facti contingentia ita semper tenuit ex Dec.cons.259.n.7 Gut de juram confirmat p 3.cap. 15. num. 23. judicatum refert Mastrill. dec. 211. num. 26. usque ad fin.* & generaliter affirmant veram esse hanc propositionem *Milanens. dec. 5. num.49.lib. 2. Beroi cons. 60. num. 1. lib. 1. Franch. dec.213. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 27 num.11 vol.1. Mier.de maior.p. 1. q. 24.num.111. Cancer. lib. 1.cap. 8 de donat. num. 30. Amat resol 26. num. 2. & 12. Noguerol.allegat.14 n.46.Cutel. de donat. tract. 1. discurs. 2. pratic. 13. n. 53.*

Et quid dicendum,si facta fuerit revocatio 237
persuasionibus filii,aut novercæ. Vide *Mier. de maior. p. 2. q. 25 num. 45. & 47.* Ex quid si facta fuerit ex inobservantia pactorum *p. 1. q 24. n. 148.*

Quid autem dicendum sit, si facta fuerit 238
erectio maioratus per contractum inter vivos, in quo vocatus fuit Petrus, & post eum alios ad successionem, & fuit erectus cum alio fratre Petri, qui erat Religiosus professus,& cum isto fuit continuata scriptura erectionis, & fructus bonorum ei fuerunt consignati ad annonam in sua vita, & post ejus obitum vocatus fuit pater,& iste talis acceptavit,an ex ista acceptatione maneat erectio irrevocabilis,& videbatur dicendum, quod sic; ex dictis supra.

Sed contrarium mihi videtur esse verum, 239
tum ex eo quia Religiosus non potest acceptare talem contractum, nec stipulare istam erectionem, quia sine Prælati authoritate non potest contrahere,nec aliqua facere circa dictum contractum, & obligationem, ut multis juribus ostendi *Forens.cap.1.in noviss. impress. num. 207. & seqq. pag. 50.* & idem dicendum est,si fuerit acceptata à servo,quia monacho æquiparatur, & mulier uxorata absque viri licentia,ut vidi judicatum ex dictis *Forens. cap. 6.*

Tum etiam, quia dictus Religiosus non 240
erat successor maioratus, nec institutus in proprietate bonorum, sed tantum fructuum bonorum creditor, & ad maius erat usufructuarius, & ut talis non dicitur successor ad acceptationem erectionis,& datur magna differentia inter usumfructuarium, & proprietarium successorem, ut inquit *Castill. de usufr.cap.34.per tot.& cap.75.* atque ita acceptando nihil fecit non solum propter illius incapacitatem, sed quia non erat successor, nec ad successionem vocatus, & ita defecta fuit acceptatio legitima, sine qua non datur irrevocabilitas,& potest institutor, dum non intervenit acceptatio,revocare, ut dictū est, & potest disponere, quomodo visum fuerit ei, quia solum prohibita est alteratio,quando est maioratus erectus irrevocabiliter, & acceptatus à successore, ut inquit *Castr. de usufr.cap.40 num. 40. 41. & 42. & per tot.* Ubi etiam,an usumfructuarius omnium bonorum habeat usufructum bonorum maioratus, & quando. De qua re vide processum Emmanuelis

nuelis Rodrigues Jacome com Maria de Figueiredo apud Notarium Sebaſtiaõ Vicente de Padilha, ubi ſimilis quæſtio diſputatur, & vide *Molin.de primog lib.4.cap 2.num.48.& ſeqq & ibi Add. n.30. Caſtill. lib.4 cap 37. n. 39. & lib. 5. cap. 80. n. 16.*

241 Idem etiam dicendum eſt,quando ſucceſſor vocatus eſt infans, nam licet tunc ad irrevocabilitatẽ non ſit neceſſaria acceptatio, & ſine illa ſit valida erectio, ita ut non poſſit revocari ex *Molin.de primog. lib. 4. cap. 2. n. 75. Lara in comp. vit.hom cap. 16 numer. 94.* quia ad illius favorem ſufficit ſtipulatio notarii,& translatio per conſtitutum, aut uſusfructus reſervationem.

242 Nihilominus tamen id verum eſt, quando ille, in cujus favorem fit cõſtitutum,eſt præſens,& acceptat conſtitutum, alias autem ſi abſens ſit, aut ſit minor,ante acceptationem, ſeu ratificationem illi nullum jus quæritur, licet Notarius pro infante ſtipuletur, *Burg. de Paz q.civil. 10. num 18.* de qua re *Caſtill. d cap 80 num. 41. & 42. Molin. ab eo relatus diſp.264.col.6. verſ.5.* & idem videtur ſentire *Lara d cap 16 num. 94.* ubi poſtquam dixit, quod donatio facta infanti Notario pro eo ſtipulante valet irrevocabiliter, addit ibi hæc verba: *Id tamen intellige revocabiliter ante acceptationem abſentis:* quod non dubie videtur probare *Molin. d. lib. 4. cap. 2. n. 68.* ubi cum propoſuiſſet quæſtionem, utrum actio utilis, quæ ſtipulatione Notarii acquiritur abſenti, cui infans comparatur, acquiratur revocabiliter,aut irrevocabiliter; allegando in hoc numero DD. opinionem, qui probant, quod acquiratur irrevocabiliter, *in num. 69* reſolvit contrarium, & ſic, quod poſſit revocari ante ratihabitionem abſentis, & quare, ut *in verſ. quod in Hiſpaniorum primogeniis. Valenz conſ 63 num 24 & ſeqq.* & cum minor, & infans non ſit capax acquirendi, nec acceptandi, *L. quod meo §. ſi furioſus ff. acq poſſ. ubi gloſſ. verbo ſi non transferas, L. quamvis § infans ff. eod.* de qua re vide *L quamvis 32. § pupilus L 1. § furioſus ff. acquir. poſſ. ubi gloſſ. Cald. in L. ſi curatorem verbo non abſimilis n. 50.*

243 Et quid dicitur pactum de non revocando, vide *Molin de primog lib.4.cap.2.num 39.& ſeqq* ubi diſputat, an pactum de non revocando, facit,aut non, irrevocabilem diſpoſitionem maioratus, de qua re agunt *Add. ibi,& Gut pract. lib. 2 q.77. Barb. in L. quæ dotis num. 116. ff. ſolut. matr. & nos multis allegavimus forenſ.reſol cap. 4. & in noviſſima impreſſione.*

244 In maioratu autem facto à marito,aut uxore, an ſit irrevocabilis, jam ſupra *notavi cap. 3 num. 3 & 4.* & nunc dicendum eſt, ditinguendõs eſſe duos caſus, qui poſſunt accidere: primus eſt, quando in eadem ſcriptura maritus,& uxor ſimul faciunt erectionem ex bonis utriuſque, in hoc enim caſu ſuperſtitem poſſe pro ſua parte revocare, conſtitutiſſimum eſt, per *text. in L. Lucius §. Caio ff. ad Trebel.cum multis Molin. de primogen. lib.4.cap. 2. num. 84. Pech de teſtam. conjug. lib.1 cap.18.& 19 Caſtill.lib.2 contr. cap. 18. n 16. & ſeqq & alii tenent, quos allegavi ubi ſupr. d. n. 3. & 4.*

Secundus caſus eſt, quando maritus ipſe 245
ſolus, aut è contra ex conſenſu uxoris conſtituit maioratum, de bonis tam ipſius, quam uxoris; in hoc enim caſu mortuo marito, confirmatur ejus voluntas, & manet irrevocabilis, tam quoad bona ejus, quam ad bona uxoris, *L. nec fratris Cod.donat.cauſ.mortis, L. ſicut §.venditionis ff. quibus mod.pign. vel hypothec.* Ex quibus adnotarunt DD. teſtamentum, in quo quis de re aliena diſponit domini conſenſu expreſſo teſtantis morte adeo firmum eſſe effici, ut idem dominus bonorum contraria voluntate illud mutare non poſſit,& rationem præſtat, & exornat *Caſtill. tom. 5. contr. cap. 89. n. 112. & ſeqq.*

Ad cujus confirmationem expendi poſ- 246
ſunt *text. in L. ſine voluntate Cod. ad Senat. Vel & in L filiofamil. Cod. jur. de liber.* ibi: *Pro hærede voluntate filii geſſit, & in L.cum. quidam ff. admin. tut.* tenent *Molin. d.n. 84. verſ. ſed hoc limitari ſolet, Mier p.1. q.23. n. 47. & ſeqq verſ. tertius caſus, Caſtill d. cap. 18.num. 38.* & ad hoc ſufficit acceptatio tacita, ut erectio maneat irrevocabilis, ut volunt multi (quos non ſequor, ut dixi ſupra) prout ſunt *Molin. d. cap.2 num.76. Caſtill. d. cap. 80 num.8. Mier p. 1 q 41.in fin. & q.36. num. 23. Theſaur.dec 70. num. 12.* & tantummodo acceptatio expreſſa primi ſucceſſoris impedit revocationem, ut judicatum fuit in cauſa ſequenti.

No feito de Fernando de Lemos com os 247
Padres de noſſa Senhora da Graça, e oppoentes as Religioſas do Calvario, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Deſembargo, &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz em abſolver aos RR. do pedido pelos AA. em ſeu libello, e declarar, que o morgado, de que ſe trata, pertence aos RR Revogando ſua ſentença,viſtos os autos, e como delles ſe prova, ſerem os AA. os parentes mais chegados ao ultimo poſſuidor o Licenciado Jeronymo Freyre, e ainda a ſeu anteceſſor o Padre Frey Franciſco de Magalhaens, Religioſo da Ordem de S. Domingos,*

*e como pela vocaçaõ expressa do instituidor em falta da geraçaõ dos primeiros chamados filhos de Francisco Vellez, mandou que succedesse no dito morgado o parente mais chegado do ultimo possuidor, que se mostra ser a A. Dona Anna de Figueiredo: e supposto que depois da primeira instituiçaõ se mostre fazer o instituidor outra instituiçaõ a favor dos RR. em a qual declarou, que caso, que faltasse a descendencia dos chamados filhos do dito Frãcisco Vellez, succederiaõ os RR. com tudo sendo a dita primeira instituiçaõ feita por cõtrato com aceitaçaõ dos primeiros nomeados Francisco Velles, e seu filho Beltraõ de Magalhaens, e com aceitaçaõ do Taballiaõ em nome dos ausentes, sendo em instituiçaõ de morgado, ficou a dita instituiçaõ firme, e irrevogavel de tal maneira, que se naõ podia alterar, nem revogar em prejuizo do direito acquirido aos successores chamados na primeira instituiçaõ: e visto outrosim, como se mostra serem as oppoentes Religiosas, que guardaõ a primeira Regra de Saõ Francisco, sem possuirem bens em commum, nem em particular, e supposto que sejaõ mais chegadas em grao ao ultimo possuidor, por se provar serem filhas do dito Licenciado Jeronymo Freire, com tudo por serem Religiosas, que se prova guardarem a primeira Regra, ficaõ pela dita razaõ incapazes de poderem succeder nos ditos bens, pois ainda no caso, que foraõ dispensadas pelo Concilio para poderem possuir bens em commum, havendo mais de trinta annos, que lhe foy concedido o dito privilegio, naõ usando delle, nem da dispensaçaõ de sua primeira Regra, conforme a Direito ficáraõ renunciando o dito priviligio ainda no caso em que pelo dito Concilio foraõ dispensadas. O que visto julgaõ pertencer o dito morgado ao A. Fernaõ de Lemos por meyo de sua mulher D. Anna de Figueiredo, e que as oppoentes por naõ possuirem bens em commum, nem em particular, por guardarem a primeira Regra de S Francisco, naõ pódem lograr os fructos delle em vida das duas Religiosas, filhas do ultimo possuidor. E condenaõ aos RR. e oppoentes em iguaes partes das custas dos autos. Lisboa de Fevereiro 6. de 1677. Barros. Rego. Privado.*

Hæc sententia fundata fuit in deliberatio
248 ne sequenti.

Joannes Rodrigues Azinheiro, Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Benalberge Prior, per donationem inter vivos, de qua in instrumento fol. 4. vers. exacto 27. Decembris de 1561. tenuissimum quemdam instituit maioratum ex nimia etiam parte prædii, de quo agitur, cum onere missarum quotannis celebrandarum etiam prohibitione alienandi. Primo loco vocavit Franciscum Vellez, uxoremque ejus, post quorum mortem vocavit Beltrandum de Magalhaens, & uxorem Margaritam cum descendentibus palam fit fol. 4. in fin. & in defectum descẽdẽtium Beltrandi, & Margaritæ vocavit Annam & Franciſci filiam.

Tandem fol. 4. deficientibus vocatis, co- 249
rumque descendentibus (in quo tota lis pendet) ita disposuit ibi: *E naõ havendo dos sobreditos descendentes alguns, ficaráõ os ditos bens ao parente mais chegado do ultimo possuidor*

Triduo post factam, & acceptatam dona- 250
tionem hanc per partes, & Tabellionem, Prior Joannes donator ductus pœnitentia in instrumento ratificationis, aut declarationis fol. 23. scripto 30. die Septembris de 1561. sic disposuit in casu, quo deficerent Franciſci, & Gratiæ descendentes, ibi: *E que outrosim hey por bem que quando quer que naõ houver descendentes dos ditos Francisco Vellez, e Gracia de Aguiar sua mulher, a saber filhos, netos, e bisnetos, e todos mais por linha direita, para herdarem esta mesma Capella, e bens. E entaõ quer, e ha por bem, que a dita Capella, e bens della, se torne a dita Capella a nossa Senhora da Graça do Mosteiro desta Cidade.* Religiosi Fratres Divi Augustini, quare Cænobium in Eborensi Civitate nuncupatur de nosla Seuhora da Graça, hac dicti vocatione desiderant hunc maioratum occupare, ex eo quod Anna Actrix non est Franciſci, & Gratiæ descendens. Actrix, ejusque vir fortiter pugnant, quod Joannes institutor post primam institutionem, acceptatam in donatione fol. 4. non poterat secundam fol. 23. facere, restat videre, quisnam justius induat arma.

Donatio, quam Joannes fecit fol. 4. pura, 251
& perfecta est, ex quo, sicut cæteri contractus nominati, non potuit per pœnitentiam donantis, postea in scriptura fol. 23. revocari. Rursusque donatio de sui natura contractus est irrevocabilis, in quo pœnitentia non admittitur, *L. Aristo ff. de donat. Ord. lib. 4. tit. 63. in princip.* ibi: *Logo saõ firmes, e perfeitas, de maneira que em tempo algum naõ possaõ ser revogadas.* Ergo perperam donator in secunda scriptura dicto fol. 23. revocavit vocationem propinquare ultimi possessoris maioratus istius, quibus jam jus quæsitum erat per partium acceptationem dictæ donationis, & notarii stipulationem.

Donatio namque facta à Joanne fol. 4. & 252
per Tabellionem ibidem absentium nomine acceptata profecit, non solum, ad quærẽdum jus, & actionem absentibus contra donantem,

tem, ſed etiam ne ipſe donator poſſit prædictam donationem revocare, diſponit *Sanctio noſtra dict. lib 4 tit. 63. in princip* tradit *Decius in L. quo tutela §. fin. num 2. ff. de reg. jur. Tiraq. de conſtit. 2. p. limit. 30 num. 49. Cov. var. lib. 1. cap. 14 n. 12. Gam deciſ. 8. n. 2. & ibi additio Flor. infinitos allegat.*

253 Fateor, quod ex communi regula, alteri per alterum, actio, vel obligatio non queritur, id tamen fallit, niſi notarius pro abſente ſtipuletur, qui ex vi legis, & communi conſuetudine alii ex vi officii publici acquirere poteſt, ut bene *Bart. Alberic. Angel. & omnes affirmant in L. 2. ff. rem pupil. & in L. nec 41. §. eorum ff. de adopt.*

254 Si igitur alteri notarius acquirere poteſt, manifeſte ſequitur, abſenti ſine ceſſione utilem actionem ex ſtipulatione notarii eſſe acquiſitam, & promittentem (valida exiſtente promiſſione) remãſiſſe efficaciter obligatam. Abſentiſque ratihabitio ſolummodo quoad ſe ipſum requiritur, ut vel repudiat, vel maneat etiam obligatus.

255 Et ſupradictis civiliter infertur, quod jus Actrici Annæ quæſitum per ſtipulationem notarii fol. 5. non poteſt ab illa auferri abſque ejus conſenſu, *L. ſi pater Cod. de pact. convent. L. fin ff. de pact. L. cum à ſorore, & ibi Bald Cod. de jur. dot cap. ſi tibi abſenti de præbend in 6. L inſulam §. fin ff ſolut. matr. regula id quod noſtrum ff. de reg. jur. plures allegat. Gom. in L. 40. Tauri.* Infertur etiam, quod Joannes donator non poterat in ſecunda declaratione fol. 23 revocare primam donationem fol. 5 & per conſequens, quod Actrix habet optimam actionẽ adverſus Reos, quod ex ſequenti apparebit evidenter.

256 Utique hujus maioratus poſſeſſor fuit Licentiatus Hieronymus, qui mortuus eſt duas filias relinquendo, quæ Moniales ſunt profeſſæ in Monaſterio do Calvario Civitatis Eboræ, & ibi primã Seraphici Patriarchæ regulam profitentur, de quarum jure ſtatim agemus in deciſione oppoſitionis fol. 47.

257 Filiabus ultimi poſſeſſoris nunc poſthabitis, Actrix Anna ſe conſanguineam magis propinquam probet ultimi poſſeſſoris, & ſuccedit vocatio dicto fol. 459. ibi: *Enaõ havendo dos ſobreditos deſcendentes algus, ficardõ os ditos bens ao parẽte mais chegado do ultimo poſſuidor.* Certi namque juris eſt, quod in ſucceſſionibus ille primum locum habet cum aliorum prælatione, qui vocatus eſt. *ex L. cum ita §. in fideicommiſſo*, ibi: *Si ad petitionẽ ejus admitti poſſunt, qui nominati ſunt ff. de legat. 2. ubi gloſſ. verbo nominati, Bart. Bald. & Paul. ibi num. 4. Cov. practicar. cap. 38. num. 6. Gam. deciſ. 160. numer. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 33.* Ex quibus reſpectu Fratrum Divi Auguſtini maioratum hunc Annæ Actrici competere judico, ſic Judice reformato.

Accedamus ad oppoſitionem fol. 43. in 258
qua Abbatiſſa vult, quod Monaſterium in ſucceſſione hujus maioratus præferatur Actoribus, & Reis, hoc ducto fundamento, quia ibi ſunt Moniales profeſſæ duæ filiæ Hieronymi ultimi poſſeſſoris, in quarum vita fructus maioratus ad Monaſterium ſpectare dicit.

Verùm eſt, quod Moniales ſunt filiæ ul- 259
timi poſſeſſoris, ſed tota lis pendet, an Monaſterium hoc ſit capax ſuccedendi in bonis profanis.

Et ante omnia certiſſime ſciendum eſt, 260
quod in hoc Monaſterio Calvarii ſervatur prima Divi Franciſci regula, & primævus ejuſdem regulæ rigor, & poſt ſanctum Concilium Tridentinum hucuſque ſemper victum, & veſtitum acquiſierunt ex eleemoſynis, quin unquam acquiſiiſſent bona, neque in communi, & nunquam paternas, aut extraneas acquiſiverunt hæreditates, & quod magis eſt, neque dotes pro Religionis ingreſſu, ſed tantummodo paupertate patris Sancti Franciſci contentæ pro Dei amore datas eleemoſinas accipiunt, totum palam fit ex actis, præcipue ex Abbatiſſæ poſitione.

Hoc ſuppoſito, Abbatiſſa, & ejus Guar- 261
dianus maior ſuam oppoſitionem fol. 43. fundant in his, quæ Frater *Emmanuel Rodrigues 3. tom quæſt. regular. q 29. art. 14.* quem ſecuti fuere *Auguſt. Barb in noviſſim. collectan. ad Concil. cap. 2. ſeſſ. 25. de regular. n. 6. & 7. Sanch in Decalog. lib. 7. cap. 12. num. 2. Bonacin. de contract. diſput. 3 q. 17. punct. 3. propoſition unic. num 5.* ubi affirmant, quod exceptio ibi facta *in dict. cap. 7.* non porrigitur ad ſorores præfati Ordinis, quantumvis primam regulam profitentur, & ipſius rigorem. Ut veritas appareat ſancti Concilii, diſpoſitionem hic fideliter transcribam *in dict. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3.* quæ ita ſe habet.

*Concedit ſancta Synodus omnibus Monaſ- 262
teriis, & domibus tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, exceptis domibus Fratrum Sancti Franciſci Capucinorum, & eorum, qui Minorum de obſervantia vocantur, etiam quibus, aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex privilegio Apoſtolico non erat conceſſum, ut deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat.*

Ultra alia hic contenta, de quibus doctus 263
Patronus in oratione à fol. 206. maximè notanda ſunt ſancti Concilii verba, ibi: Eis poſ-

ſidere

sidere liceat, quæ quidem important quamdam dispensationem, gratiam, beneficium, & privilegium, quis ergo in re dubitare potest, quod privilegium illud per non usum amittitur, si enim usus sit longi temporis, ut decidit *L. 1 ff de nundinis, ubi notant omnes, & in L. 2. Cod de diversis rescript. Bart. in L. licitatio § earum ff. de publicanis, Abbas in cap. ut privilegia de privileg. & in cap. accessissent num. 6 de constitutionib. & ibi Felin. num. 25. & Decius num. 17. idem Decius cons. 638. n. 13. Gam. decis 282. num. 3. Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. ad fin. Alex cons. 33. num 5. lib. 5.* ubi materiam ex professo explanat, qui quidem non usus ex actis apparet ex tempore sancti Concilii.

264 Ad istum non usum à tempore sancti Cõcilii usque hic non habet Monasterium restitutionem, tam ex diuturnitate temporis, quæ ad summum competit Monasteriis usque ad triginta annos, *ex cap. de terra de privileg. & ex cap. accidentibus eod tit. Cancer. 3. var. cap 3.* tum etiam quia tempus octoginta annorum elapsum est sine eo, quod Monasterium hoc privilegio usum fuisset.

265 Nunc enim ad Religiosam Abbatissam loquor, neque ad ejus Guardiannm maiorem, qui hanc proposuerunt oppositionem, sed ad eorum improbos homines indevotos consiliarios, qui cupiditatem consiliatis? Quis namque cupidus fuit primo voto contentus, cum adipiscetur quod optavetat, desideratum ampliare, semperque in habendis, non in habitis finem ponit, attendite pessimi consiliarii ad regulam Seraphici Patriarchæ Francisci, quæ admodum laudabilis est, ut probat *Clement. exivi de verbor. signif. Frater Emmanuel Rodrig 3 tom quæst regular q. 29 art. 14 in fin. ibi: Quæ si nolint tali confirmationi conformare, laudanda sunt, quid ergo vultis quod acceptant bona profana, ex vi privilegii eo uti nequeant, sed illo renuntiato sua sancta paupertate vivere* Revocetur igitur sententia, prout supra dixi, revocato Judice, maioratu Annæ Actrici judicato, & Monasterio oppositore excluso, Lisboa 7. de Dezembro de 1656. Privado. Convenio Barros.

266 Quid autem dicendum sit in donatione facta filio existẽti in patria potestate de certis bonis ad nuptias contrahendas, an talis donatio aut dos sit irrevocabilis, vel non, itaut non possit postea pater erectionem maioratus, aut vinculum facere de ipsismet bonis, & titulo maioratus relinquere, in præjudicium hæredum filii nepotis, aut uxoris, aut aliorum?

267 In qua quæstione, & casus figuratione dicendum est, & prænotandum, quod quando pater filio existenti in patria potestate donationem faciebat, erat nulla, & nullo jure subsistebat, *L. 1. § si pater ff. pro donat. L. donationes 31. § pater ff. donat. L. cum bonis 11. Cod. eod. tit. L. Imperator 50. ff. ad Trebel. L. donationes 25. Cod. donat. inter, L. 2. Cod. inoffic. don.*

Ratio est, quia filius, qui sub patria potes- 268
tate existebat, nihil acquirere potest sibi, sed ipso jure acquiritur patri, *L. placet ff.* ibi: *Per refluxum revertebatur ad patrem quod ab eo donabatur filio in sacris patris potestati, constituto:* ut aliis relatis magistraliter explicat *Barb in L. 2 § quod si in patris ff solut. matr. n. 1. Gom. L. 17. Taur. n 4.*

Hæc regula communis secundum alio- 269
rum DD. sententiam limitabatur in donatione, filiæ à patre facta causa dotis, cum sint nixi *in L. Pomponius Philadelphus ff. famil. erciscund.* affirmantes, hoc esse dotis privilegium singulare; hancmet opinionem fuere sectati *Cujac lib 12. respons Pap in d L Pomponius. Othom. lib 9 obser. cap. 2. Donellus lib. 9. comment. cap. 5. Fachin. lib. 13. contr. cap. 60. & Barb. in L. 2. §. quod si in patris num. 2. ff. solut. matrim.* & alii moderni, quin juris principia examinarent, horum DD. sola nixi authoritate.

Contrariam opinionem, scilicet, hanc do- 270
nationem causa dotis nullum habere privilegium, nec specialitatem, quàm quòd esse comprehensam in generali regula, donationes factas inter patrem, & filium in patria potestate constitutum annullatas fuere sequuti *Raphael Cuman in d. L. Pompouius num. 3. Ripa in L. 3. num. 141. Alciat. num. 8. ff. solut. matrim. Paul. Castrens. cons. 345 lib. 1.* qui tenent donatum ex causa mortis filiæ valere, quando traditio fit marito, si tamen traderetur ipsi filiæ non valere: & hoc fuere sectantes hancmet opinionem comprobantes quamplurimi, quos refert, & sequitur *Tello in L. 17. Tauri num. 79. Anton. Fabr in lib. conjecturar. cap. 12 & lib. 13. cap. 2. ad fin. & de errorib pragmat. decad. 40. error. 9. Esquifordeguerro lib. 2 forens. tractat. 15. q. 1. cum seqq. Merend. lib. 1. controv. cap. 23 à n. 7.* & quamplurimi DD. quos sequitur, atque refert *Rovito tom. 2. cons. 15. n. 6.*

Doctores, qui hanc sequuntur opinio- 271
nem, nituntur *in d. L. Pomponius 35. vers. quoniam*, ubi Papinianus ait: *Non aliter justam retentionis causam filiam habere, quam si post mortem patris matrimonium duratet.* Affirmant etenim, ex his verbis manifeste probari donationem, de qua hæc lex loquitur, à principio suo neutiquam fuisse validam,

dam, quia ſi fuiſſet, nihil intererat, matrimonium permanſiſſe, aut totaliter fuiſſe diſſolutum tempore, quo pater è vivis deceſſit.

272 Conjecturam faciunt *in d. L. Pomponius 35. verſ. filiam*, in quo Papinianus ait; *filiam naturaliter agros tenuiſſe*, ex quo inferunt, quod non habente filia niſi ſolam naturalem detentationem prædiorum in dote præſtitorum, clare cenſuerit Papinianus, nullam eſſe donationem; nam naturaliter agros tenere, apud Papinianum, nihil aliud eſt, quam corporalis inſiſtentia, *L. 1. §. quod ait, verſ. unde ff. quor. legat. L. quod ſervus 34 ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam quod de facto fieri dicitur, per verbum naturaliter ſignificatur, *L 3. §. ſi quis tabulas ff. ad Silan. L. 1. §. 1. ff. de novat. L. in cauſæ 16. § idem Pomponius ff. de minorib.*

273 Affirmant etiam rationem, quod filia haberet illam naturalem inſiſtentiam in dotatis prædiis eſſe, quia quamvis illud, quod filius acquirit, illico patri acquiratur per *Legem placet, & L 1. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ſed naturalis inſiſtentia, cum tota referatur ad factum, *L. ſtipulatio 38. §. quoque ff. de verbor. obligat.* ideo non tranſivit ad patrem. Nam ea, quæ in facto conſiſtunt, ad patrem non tranſeunt, *L. qui hæredi 34 ff. de condit. & demonſtr*

274 Et quamvis *Cujac. in lib. 12. reſponſ. Papin. in d. L. Pomponius*, graviſſimam hujus textus difficultatem recognoſcens, cenſuerit, Papinianum dixiſſe, naturaliter filiam prædia habere, à patre donata cauſa dotis; uxor namque, conſtante matrimonio, ſolummodo dotalium bonorum naturale conſervat dominium, civile vero acquirit maritus *ex L. in rebus 30. Cod de jur. dot.* reſponſum facillimè præſtant, hanc ſolutionem violentiam in ſe continere, & contra literale textus eſſe; Papinianus etenim non affirmat, filiam naturale prædiorum habere dominium, ſed naturaliter ea tenere; quod nil aliud eſt, quam nudam quamdam habere detentationem.

275 Et in hujus opinionis comprobationem allegant etiam *L. cum pater 77 §. pater filiæ ff. de legat. 2.* in quo caſu pater in teſtamento ſuo reliquit gravata fideicõmiſſo filiæ bona, de quibus ipſi donationem fecerat tempore matrimonii, ex quo inferunt, donationem à principio ſuo nullam eſſe, quæ ſi non fuiſſet, neceſſe non erat, patrem, ipſam in fideicommiſſum relinquentem, eamdem confirmaſſe.

276 In qua controverſia DD. etiam defendentes donationis valorem factæ cauſa matrimonii in terminis *d. L. Pomponius*, conveniunt, neceſſariam eſſe dotatorum bonorum traditionem, & ſi non adfuerit, non eſſe validam donationem, ut plures referens docet *Rovito conſ. 15. vol 2. n. 13.* ibi: *Eoque fortius quod in hac donatione nulla intervenit rei traditio, aut conſtitutum, & precarium, ſeu aliud quod loco traditionis inter patrem, & filium etiam in terminis L. Pomponius Philadelphus ff. famil. erciſcund. cui inituntur DD. pro valididitate hujuſmodi donationis contemplatione matrimonii, ut in ſpecie adnotavit ibi Florian. n. 4. & eſt expreſſum in ipſo text. in princip.* ibi: *Tradidit quod in propriis terminis ponderavit Burgos de Paz conſ. 14. n. 13. & poſt eum Cancer. variar. reſol. lib. 1. cap. de donat. n. 53. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 8. p. 2. n. 30. & præcipue n. 35. verſ. primam igitur opinionem adde in gloſſ. ad deciſ. Juſtinian. 50. q. 3. n. 3.* de qua re vide *Marium Cutel. de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. p. 15.*

Atque ita ſi non interveniat traditio, non manet irrevocabilis donatio, & poteſt à patre in teſtamento, aut alia diſpoſitione revocari, & de eiſdem bonis erigere poteſt maioratum, de qua re, & quando dicatur facta, vide *L ſi donatæ 36. §. ſi ſponſus ff. don. inter. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 5. n. 28. & ſeqq. & dec. 46. & 47. Surd. dec. 93. Cenſal. ad Pereg. art. 6. verſ. add. n 9. Caſtill. lib. 3. cap. 10. n. 46. Gratian. forenſ. cap. 34.*

Si autem pater promittat certam rem donare filio ex cauſa futuri matrimonii, licet promittat inter vivos per viam dotis ad futurum matrimonium contrahendum, talis promiſſio facta filio exiſtenti in poteſtate non dicitur facta irrevocabiliter, & ſi voluerit, poterit revocare dictam donationem, & ſi poteſt talem revocationẽ facere, multo melius in perſona filii, cui promiſit, aut in alterius perſonam poteſt bona vinculare, & primogenituram erigere, licet filio promitterentur talia bona ad futurum matrimonium contrahendum, non obſtante *d. L. Pomponius* diſpoſitione, ut inquit *Xuar. conſ. 9.* ubi ait: *Videtur, quod ei potuit ex intervallo apponere vincula ſuper quibus eſt lis: primo, quia tunc temporis, quo donatio facta fuit, non erat condita Lex Tauri, quæ diſponit de melioratione tertii non revocanda, ſi fieret cum tertio ex cauſa oneroſa: ſecundo, quia tempore, quo facta fuit dicta donatio meliorationis dicto Alphonſo de Texeda, ipſe erat in patria poteſtate, & per conſequens non valuit donatio irrevocabiliter, ut in L. donationes cum vulgaribus Cod. de donat inter vir. & uxor. & in L. 2. Cod. de inofficioſ. donat. ergo cum potuit pater, ſi voluiſſet revocare dictam donationem à fortiori potuit eam vinculare, quod erat minus, auth. multo magis Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* 277

*Et inſtantiam adverſus vinculum factam,*

*& in L. Pomponius Philadelphus fundatam, continuat in num* 6. ibi: *Non obstat, si dicatur, quod in donatione propter nuptias valet donatio inter patrem, & filium in potestate, ut dicit gloss. in L. 2. Cod. de inoffic. donat per L. Pomponius Philadelphus ff. famil. erciscund. quæ permittit valere donationem pro dote, quando pater dotat filiam; quia illa gloss. non facit ad propositum, etiam si esset vera, quia isto casu etiam si Didacus de Texeda feciſſet huic filio dictam donationem ex causa matrimonii, absit dicere, quod propterea dicatur donatio propter nuptias: nam donatio propter nuptias dicitur, quæ fit uxori per virum ut per totum Cod. de don. aut nupt. aut si fit ab alio, debet intelligi, quod fit uxori pro ipso viro, qui tenebatur facere, ut in L. Cod de jure dot. & hodie in hoc declaratur per Leg. part. 4. tit. de las dotes, L. 1. quæ dicit, quod hodie nominatur Arrhas illud, quod de jure erat donatio propter nuptias, & sic loquitur dicta gloss. quando pater daret arrhas uxori pro filio, sed quod donatio dicatur propter nuptias quæ datur filio ex eo quod datur ei ob causam matrimonii, illud est apertissimè contra omnia juris principia, & hoc declaratur per Leg. ut liberis Cod. de collat. & per fundamenta, quæ gloss. allegat.*

278 Et in eisdemmet terminis sic se habet *consil.* 14 *Burgos de Paz* videndum ad hunc punctum *à num.* 10 *usque ad* 14. quod omnia comprehendit, ut patet ex verbis ibi: *Primo, quia dictus contractus oneroſus matrimonii & donationis confectus patruo dicti Francisci Osorio fuit factus ante Leg.* 17. *Taur.* (*quæ habetur lib.* 5. *novæ recopilat. tit.* 6. *lib.* 1.) *ante quam legem patri licebat venire contra meliorationem, ſive prælegatum filiæ factum etiam ex causa matrimonii ſiquidem jure donatio inter patrem, & filium fieri non poterat, L. donationes quas parentes Cod. de donat. inter virum, & uxor. L. ſi pater Cod. de inoffic. donat. L.* 1. § *ſi pater ff. pro donat. L. cum de bonis Cod. de donat tit. generali quibus concordat text. in L.* 3. *verſ. eſſo miſmo dezimos tit.* 4. *partit.* 5. *licet ex causa dotis fieri poterat, vel donationis propter nuptias, L. Pomponius Philadelphus ff. famil. erciſcund. ad quod eſt optima gloss. in d. L. ſi pater in gloss* 1. *in princip. Cod de inoffic. donat. & alibi ſæpe, & in præſenti non tantum prædicta melioratio non fuit, nec dici poteſt dos, quin nec donatio propter nuptias, ſiquidem in his Regnis Hiſpaniæ, proprie ſit arrha, quæ ſponſæ conſtituitur, ut expreſſe diſponit text. in L.* 1. *in princip. tit.* 11. *p.* 4. *& idem probatur in L.* 87. *tit.* 18 *p.* 3. *& id expreſſe notat Joann Lup. de Palac. rubric. in repetit. rubric. de donat. inter virum, & uxor.* § 12. *n.* 1. *& Roderic. Suar. in repetit. L.* 1 *tit.* 12. *de las Arrhas lib.* 3 *for. L. col.* 2. *verſ. & iſtæ de quibus hæc Lex, & Didacus Caſtel. in L.* 50. *Taur. in verbo Arrhas col.* 1. *verſ. & nota, & Didacus à Covara ſuper lib* 4. *decretal cap* 3 § 7. *ſecundæ part. n.* 12. *& de jure communi donatio propter nuptias erat. quæ ab ſponſo ſponſæ conſtituebatur, ut in L. cum te Cod. de donat. ante nupt. cum aliis. Verum, & in propriis terminis, quod donationem ob cauſam matrimonii pater non poterat facere filio quem habet in ſua poteſtate, conſuluit Paul. Caſtrenſ. in conſil.* 345. *circa bona n.* 1. *verſ. primo quia filius famil. per tot. verſiculum lib.* 1. (*& ſi in hoc aliqui contrarium teneant*) *immo ut d. L. Pomponius Philadelphus procederet, neceſſaria erat traditio bonorum donatorum, ut conſtat ex eadem L. in verbis in poteſtate tradidit. quæ traditio in hoc caſu non intervenit: & ob id dicta donatio confirmari non potuit, etiã ſi filio emancipato fieret, ſive vera, ſeu illa quæ oritur ex legibus Regiis, quibus ſtabilitum eſt, ex contractu matrimonii filium emancipari: donatio enim filio facta ſi traditio rerum non interveneri, non confirmatur emancipatione ſuperveniente ex text. in L.* 2. *Cod. ſi quis alter. vel ſibi. & ibi, & bona gloss. in verbo emancipatis, & idem probatur in L. Pomponius, & ibi notat gloss in verbo mariti in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. & notat Cinus in L.* 1. *col.* 1. *verſ. modo ad declarationem Cod. de donat. ante nupt.*

Et non ſolum ante Leges Tauri, de qui- 279
bus ſupra, quas referunt DD. citati diſponentes ſuper irrevocabilitate donationum, quas patres filiis faciunt cauſa oneroſa matrimonii, & cum illo diſſolvunt vinculum patriæ poteſtatis, diſpoſitiones juris communis alterantes; propoſitio eſt communiter recepta, & à DD. comprobata, patrem gravamina, aut vincula ponere poſſe, quæ ſibi voluerit. in bonis antea promiſſis filio cauſa oneroſa matrimonii, ipſi enim affirmant, hac conditione, & qualitate promiſſione legaliter factam ſic intelligi, ita *Mier. de maiorat.* 1. *p q* 66 *num.* 13 *& aliis relatis, Caſtill. lib.* 5. *controverſ. cap.* 76. *quos ſequitur Olea de ceſſ. jur. tit.* 1. *q* 6. *n.* 23. ubi quod in praxi non auderet recedere à prædicta *Mier. & Caſtill.* ſententia.

Et ut nihil intactum relinquamus ad 280
conſtituendam revocabilitatem, & irrevocabilitatem in ſimilibus donationibus, advertendum eſt, quod donatio, quam pater filio facit in capitulis matrimonialibus, duobus fieri poteſt modis: aut filio, & illis, quos ipſe ex matrimonio habuerit, de quo agitur,

aut

aut ſolummodo ipſi filio, quin ſit facta mentio de ejus deſcendentia.

281 In primo caſu diſputant DD. ſi donatoris nepotes ſint vocati in capitulationibus per ſuam propriam perſonam, aut ut hæredes patris; de qua quæſtione late agunt *Bertrand. conſ.276. num.5. lib.1. & conſ.73. à num.6. verſ. ſed his non obſtantibus lib.2. & conſ. 281.n.2. verſ. quinimmo lib.3. Alciat. conſ.7. lib.8. Menoch. conſ.286 lib 3. idem de præſumpt. lib.3 præſum.48. Covas lib.2. var cap. 21 Xuar. conſ.9. num.9. Surd. dec. 322. Theſaur. lib.4 quæſtion. forenſ.q.2. Noguer.alleg. 37. n. 20. Caſtill. tom.4. controv. cap. 5. Galeota lib 1. controv.57. Tondut. tom.1. reſol. civ reſol 55. & tom 2. reſol. 102. & 144. & 168. Marin. lib.1. var. reſol. cap. 89. Capyc. Latr. conſul.79. n. 48. lib. 2. & conſ.80. & 81. Pont. conſ 80. lib.1. Novar. quæſt. forenſ. lib.1. q. 83. Molfeſio conſ 2. per tot.* qui nihil intactum reliquit, *Mart conſ 38. n.20. latiſſime Fabio de Anna conſ. 52. num.22. Camilo de la Rata conſ.9 per tot. Molin. de ritu nupt. lib.3. q 15. à num.28. Camarata reſponſ. deciſivo 25. art.5. n 9 Botiller. de ſucceſſione ab inteſtato cap.2 theoremat. 115. Thoro vot.29. num.10. Rota Roman. coram Cardinali Othobono dec. 99. & 133.* Eſt autem communis opinio, ut patris ſui hæredes eſſe vocatos, inſimulque patrem libere diſponere poſſe de bonis obligatis, aut vinculatis, quin obſtare poſſint filii, nec etiam uxor, cujus matrimonii contemplatione facta fuit donatio, ut affirmant DD. citati, & quam plurimi ab eis relati.

282 Et inter illos locus adeſt doctiſſimus, & quidem dignus, in quo aſpiciatur citata reſolutio 80. *Marinis*, ubi omnibus reſponſum præbet Auctoribus, contrariam amplectentibus opinionem, quorum unus eſt *Marius Cutell.*

283 Et n. 36. judicium faciens intellectuum horum Authorum, ita ait: *Hi enim omnes incidenter articulo, non deguſtato aliqua, quæ ad materiam verbis ſeſquipedalibus ſcripſerunt ſic à juris tramitibus aberrantes, ſic contra expreſſa jura, & communem omnium ſententiam alloquentes, quod proinde in quæſtione propoſita allegari non merentur: & in n.47* præbens reſponſum principali oppoſitioni, qua inituntur iſti DD. ſcilicet, quod in ſimilibus caſibus donatio habetur pro cauſa finali matrimonii, aut ut pars illius, tali modo, ut ſine illa nullum ſortieretur effectum; his verbis comprobat ibi: *Illud pariter Zenonis conſtitutione diffinitum agnoſcimus, ut dos, quæ certe, non ob aliam cauſam ſponſo traditur niſi contemplatione matrimonii, ſicque uni cam, & finalem, & tamen matrimonio per viri mortem ſoluto, adhuc filiis ſuperſtitibus remanet in libera mulieris diſpoſitione, ita ut ad dotem illam liberis ſervandam mater ipſa non teneatur, hic eſt text. in L. ſi liberis Cod. de donat. ant. nupt. & conſequenter ea defuncta dote in vita non conſumpta filii ad maternam dotem conſequendam, non niſi ut matris hæredes venire poſſunt. Unde merito ſigillatim his omnibus reſpondit Pont. conſ. 80. à num.15. nimirum aliud eſſe, ſi tractaretur de revocanda, ſive retrovendenda hujuſmodi donatione, ſine qua non eſſet matrimonium contractum, & eo caſu bene mulieri actionem competere, ut revocatio, ſive retroceſſio ſi quæ ſequuta ſit, donationis retractetur, ſicque ut illa firma remaneat; aliud vero quando donatio ſuum ſortita eſt effectum; ſed quod maritus non poſſit rem ſic donatam obligare, & in hoc ait Dom. Reg. quod nullo jure cautum reperire potuit, ſubdens quod immo quanto magis donatio firmæ remanſit, tanto magis maritus, uti dominus, rem donatam obligare valebit; idemque ſatis bene Noguerol. citat. alleg.37. n.26. ubi ſic loquitur, & ratio hujus eſt, quia donatio facta ob matrimonium, quamvis ſit irrevocabilis, & quodammodo ſit idem cum ipſo matrimonio, & confundatur cum eo, hoc eſt ad irrevocabilitatem donationis. ſed non ut filius poſt matrimonium remaneat obligatus ad conſervationem bonorum, ut in eis illius matrimonii filii ſuccedant, & ita poterit prædicta bona alienare, & filii illius matrimonii tenebuntur credita à patre contracta ſolvere. Nec diſſentiunt, immo omnino huic ſententiæ adhærent Dom. Conſiliarius, Theodor alleg.42. n.6.8 9. & 10. Andres Molfeſ. cit. conſ. 2. n.50 & Dom. Conſiliar. Stayban. reſol.45. n.13. & 14. centur. 1. ſic in his locis approbantes cautelam à Dom. Reg. de Pont. traditam loco modo citatam, ut filius bona ſibi, & filiis naſcituris donata contemplatione certi matrimonii alienare vel obligare valeat, nimirum, ut expreſſe dicatur fieri donationem ſponſo filio, & filiis ex illo matrimonio naſcituris, ea quidem lege, ut in bonis donatis filii naſcituri ſuccedere habeant, tamquam filii, non autem tamquam patris hæredes; eſt etiam digna videndi deciſ. 7. Joann. Xarte, in illa enim doctiſſime fundat, nec uxorem, nec filios impedire poſſe marito liberam bonorum diſpoſitionem à patre donatorum matrimonii contemplatione, & omnibus oppoſitionibus in contrarium adductis reſponſum præbere haud dubitatur.*

284 Secundus caſus, in quo ceſſant omnes hæ opiniones, ſine controverſia eſt, patrem, cui facta fuit donatio, libere eam poſſe revocare, ex bonis dotatis diſponendo in forma, qua

sibi videbitur, secundum juris dispositiones, quando donatio in Capitulis matrimonialibus facta fuit tantummodo filio, quin facta esset mentio alterius personæ, nec filiorum, qui procreati essent ex matrimonio, quod contrahere adlubebat; unumquodque notavit *Scipion Rovito in conf. 15. vol. 2. num. 1.* ibi: *Et omissis ambagibus rem ipsam ad punctum (nisi fallor) præstringendo, quatenus attinet ad propriam personam ipsius Hærenæ indubium mihi est, illam ex sua persona nullum penitus jus metiri posse cum in donatione nulla facta sit mentio de filiis, ita ut opus non sit disputare, an filii censeantur vocati, ubi filii ex propria persona, veluti hæredes patris, prout disputant Bertrand. conf. 176. lib. 3. part 1. Reg. de Ponte conf. 25. & latius Surd. dec. 322. qui omnes loquuntur, quando in stipulatione donationis est facta expressa mentio filiorum, aut hæredum, ut in casu Bertrand. ipse notat d conf. 176. n. 4 vers. sed supereſt, & in casu Reg. de Ponte ipse advertit d conf. 25. n. 3. & in casu Surdi ipse satis explicat in principio decisionis Unde cum in casu nostro partes nihil loquutæ sint de filiis, utique cessat omnis prætensio hac filia ex sua propria persona: ita concludit Decius conf. 216. quod secundum novissimam impressionem est conf. 215. incipit visa transactione n. 4. prope fin. vers. ad ostendendum.*

285 Id ipsum, quod *Rovito* doctissime fundat *Rota apud Cardinalem Otthobonum in decis. 99. n. 23. 24 & n fin.* ibi: *Ad hoc vero quod aliquod jus filiis nascituris quæsitum dici posset, necessaria fuisset expressa stipulatio pro filiis, Decio d conf 216 n. 6. vers. non obstat ad fin junctis dictis in princip. n. 1 & firmat sæpe citata decisio Burati 851. sub n. 1. cum aliis supra allegatis, idem fuit decisum in Senatu Pedemont. ut testatur lib. 4. quæst. forens. q. 2.*

286 Et maxime procedit, si filius dotatus consensum præstitit, licet mulier non consentiat, quia tunc licet sit facta irrevocabiliter filio donatio ad matrimonium contrahendum, potest revocari, & bona vinculari, & in melioratum erigi, & ad filium cum d. vinculo relinqui; ut diximus supra, & tenet *Xuar. d. conf. 9. n. 7.* ibi: *Potuit apponi dictum vinculum, & fuit validum, quia tempore, quo fuit appositum, dictus filius donatarius consensit, quod apponeret dictum vinculum, sed cum consensu donatarii potest apponi conditio ex intervallo, nam lex perfecta donatio Cod. de donat. quæ sub modo, quæ vetat conditionem apponi donatione perfecta, debet intelligi invito donatario. Casus est ibi juncta gloss. Bart. & Salicetus, & probat L. penultima Cod. de pact. inter empt & vendit. ibi: si ab ea non recedatur posteriori pacto, L. juris gentium §. adeo ibi: Cur non, & pars ejus pactione mutari potest, nam si potest totares tolli, cur non & reformari. ff. de pact.*

Et replicationi, quæ fieri poterat, quod 287
etiam in ista donatione uxor habebat interesse, cujus matrimonii contemplatione facta fuit, & in sui præjudicium non poterat revocari, responsum præstat *Xuar* consideratione nixus, digna equidem ingenii sui, quo hæc innititur propositio, etiam quando promissio, aut donatio posterior regulatur legibus Tauri; asseverans revocationem, ab istis legibus prohibitam in favorem onerosæ causæ matrimonii, illam esse, in qua uxor, quam duxit uxorem filius, cui facta fuit donatio, potest habere interesse, scilicet, quod filio dotata bona, durante matrimonio, non auferantur, nec sine bonis maneat, quibus matrimonii onera possit sustinere; at vero permanentibus in filio his bonis, non invenitur prohibitus pater per Leges Tauri ad ea vinculanda inter descendentes suos, illis vinculis, & gravaminibus, quæ sibi placuerit; illius verba sunt: *Secundo quia in casu nostro non fuit revocata donatio dictæ melioration is, qui casus revocationis solummodo prohibetur à d. Lege Tauri; nam dicta donatio remansit valida, & firma dicto filio masculo, & suis filiis masculis, & sic cessat ratio, & dispositio dictæ Legis Tauri quæ fuit hæc, quod pater tradidit filiam suam nuptui filio alicujus, hac contemplatione, forte, & causa, quod pater meliorat dictum filium, cum qua melioratione, & dote substentabitur congrue matrimonium: si enim post hanc melioration em factam pater posset illam revocare, nurus sua fraudata maneret, quæ hac causa forte matrimonium contraxit: hæc igitur ratio cessat in proposito cum dicta melioratio non fuit revocata, immo remansit valida, & firma, licet dictum vinculum fuit appositum.*

*Præterea tota dispositio dictæ Legis Tauri* 288
*solum prohibet patrem, ne revocare possit dictam melioration em, non tamen se extendit in tantum illa prohibitio, quod filius ille melioratus etiam post matrimonium contractum non habeat liberam dispositionem de illis bonis melioratis, prout de bonis suis propriis: absit enim quid tale dicere, de eo non somniavit Lex: si enim illud diceremus, talia bona essent restitutioni subjecta, nec ea aliquo modo alienare posset ille filius melioratus, nec donare, aut vendere, quod absurdissimum esset. Patet hoc in casu fortiori, scilicet in dote, nam etiam si dos datur, & constituitur filiæ ad favorem matrimonii liberorum, nihilominus post dotem*

*datam,*

*datam etiam ex intervallo de consensu filiæ pater potest apponere pactum Leg. quoties L. post dotem ff. solut matrim. L. cum à socero Cod. de jure dot. L. ex morte Cod. de pact. convent. & L. cum dos, cum concordantibus ff. de pact. dotalib. unde ex hoc capite Lex Tauri, quæ solummodo prohibitionem dirigit contra patrem meliorantem, prohibitio solummodo est ad revocationem impediendam, non potest dici, aut affirmari, quod ex hoc tollatur filio meliorato potestas disponendi de illis bonis, ut posset facere de suis liberis non subjectis restitutioni, quanto magis consentire in appositione illius vinculi, per quod dicta bona manebant in matrimonio ad illud sustentandum, & pro liberis masculis.*

289 Hocmet ipsum consideravit *Tello in L. 22. Tauri n. 27.* affirmans, donationem, filio factam, matrimonii contemplatione, in ejus persona residere, neutiquam vero in persona uxoris. ibi: *Quæ non contingit in dotatione facta filio, ut in matrimonium eat; quia marito acquiritur, & solum fit ad utilitatem mariti, ut facilius onera matrimonii sustineat.*

290 Et si etiam post Leges Tauri, quibus innititur, irrevocabilitas donationum filiis factarum causa matrimonii permissum est patribus post illas dotata bona vinculare, quia in similibus donationibus tantummodo filius principale habet interesse, uxor vero secundarium, quod solum permanet constante matrimonio, ut maritus habeat, quo possit ipsius matrimonii onera sustinere, & ad securitatem sui dotis, sed non ad alios juris effectus, *Oldrad. cons. 151.* ibi: *Quod hoc interesse uxoris non est perpetuum, nisi donec, & quo utique durat matrimonium, eoque constante, at matrimonio ipso soluto per mortem alterius cessat penitus hoc interesse uxoris, & quod talis donatio contemplatione matrimonii facta constante matrimonio est donatio ob causam, sed matrimonio dissoluto remanet simplex, & non est valida nisi morte donantis confirmetur ad instar cujuslibet simplicis donationis à patre in filium collatæ, & cum sequitur Apostilator ad Guid. Papam dec. 145. vers. valida, Paneirolo cons. 59. num. 110. Fulgos. in L. Pomponius Philadelphus n. 2. ff. famil. erciscund. Zabarela cons. 152. n. 2. vers. ad Leg. Pomponius.*

291 Sequitur *Oldradum* doctissime resolvens hanc quæstionem *Rovit. lib. 2. cons. 15. à n. 7. per plures, Othobon. decis. Rottæ 133. n. 3. & seqq.* ibi: *Nec donans tali modo aliquid vult mulieri donatum, ut ratiocinatur Alciat. cons. 7. sub n. 22. & seqq. lib. 8. Joann. Francisc. Aponte cons. 80. n. 11. & seqq. sed vult tantum eam allicere ad matrimonium per donationem sponso factam; quæ causa magis demonstrat affectionem, & amorem erga donatarium, in quem confert, & conventio reddit quidem donationem irrevocabilem respectu interesse uxoris, ut vir scilicet sit dives, & alimenta pinguiora ab ipso præstari valeant. Ita probant plures relati per Add. ad Buratum dec. 861. & firmavit Rota dec. 44. per tot. p. 6. recent. sed non excludit præcipuam Petri Antonii contemplationem, ac interesse, cum fuerit in ipsius solam personam concepta, non autem in uxoris, ac filiorum, ut ibi esse facta donatione al Signor Pietro Antonio inter vivos irrevocabile, ut in individuo similis donationis fuit resolutum in d. dec. 861. coram Burato.*

Et in fortiori casu militant resolutiones 292
DD. supra adductorum; asseverant namque isti, quod quamvis donatio sit facta filio, & filiis ex matrimonio, de quo agitur contrahendo, non obstante hoc, potest vincula consentire, quæ sibi libuerit in illis, & libere disponere; & inter illos celebre est *cons. 286. Menochii*, ubi cum pater filio suo quamdam fecisset donationem, ut matrimonium contraheret cum D. Elena, & acceptante illa, & ejus patre pro se, & in nomine descendentium suorum; attamen responsum præstat in num. 6. & 7. filium tantummodo reputandum esse, ut interesse habentem, & dominium ad disponendum, ut voluerit, ex dotatis bonis; hæ namque donationes sunt factæ filiis ad onera matrimonii sustinenda, & in similibus alimentis uxores solum suum habent interesse, & ad hoc eorum proficit acceptatio, non vero ad ea acquirenda descendentibus suis, nec ad impediendum, ut ex illis, ut voluerit, disponere possit, ut notat *idem Menoch. in fine illius consil.* ibi: *Respondetur mentem donantis, ac etiam Vincentii, qui stipulatus est nomine descendentium ex filia sua tunc nubenda Ludovico donatario, eam fuisse, ut bona hæc donarentur ipsi Domino Ludovico, ut facilius posset sustentare onera matrimonii, sicut diximus supra. & licet hoc resultabat in utilitatem etiam filiorum, & descendentium ipsius Ludovici, hinc non infertur Ludovico impediri alienare hæc bona.*

Quæ dicta sunt, procedunt sine dubio, 293
quando filius consenserit in dispositione, & revocatione dotis factæ irrevocabiliter, quia tunc potest revocari, & bona dotata possunt à patre vinculari, non solum quando expressum consensum præstiterit ex dictis, sed etiam quando tacite colligatur ex approbatione dispositionis patris, ex qua revocat, & mutat primam irrevocabilem dispositionem, velut si referatur ad dispositionem, aut testa-

mentum factum circa revocationem, ut ex aliis probat *Ruin. cons.* 56. *numer.* 6 & 12. *vol.* 2. *Riminald. cons.* 31. *num* 59. *vol.* 1. *Iusar. de subst. q* 296. *num* 93. *Turret. cons.* 81 *num.* 22. *lib.* 1. *Galerat. de renunt. cent.* 1. *renunt.* 47. *num.* 15. & 21. *Thom. de renunt. legit. cap.* 16. *num.* 89. *Petr. de fideicommiss. q* 15. *num.* 119. *Merlin. forens. tom.* 2. *cap.* 48. *num.* 18. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9 *num* 25. & *num.* 35. & 38. & *q* 10. & *in simili Castill. tom.* 6. *contr. cap.* 107. *Othobon. dec.* 100. *Carrilb. dec.* 141. & 167. *Peralta in L. cum Patronus ff. leg* 2. *num.* 13. *Cald. de jur. emph. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 31. & 32. *Peregrin. cons.* 92. *optime omnino videndus Burgos de Paz cons.* 14. & *n.* 28. & 35. & *per tot.*

294 Et maxime locum sibi vendicare debet hæc resolutio, si filius, aut alius successor, cui facta fuit institutio, aut donatio irrevocabilis, acceptet ultimam dispositionem revocatoriam, aut declarativam, & virtute illius capiat possessionem, & de illa constet à tergo dispositionis, aut alio modo, quia hic actus sufficit ad dispositionem revocatoriam sustinendam, & ut censeatur renuntiatum jus competens ex prima dispositione irrevocabili. Nam qui possessionem virtute unius tituli nanciscitur, præscribit adversus se ipsum respectu alterius tituli, ut pulchre voluerunt *Corneus cons.* 20 *n.* 5. & 6. *lib.* 1. *Bald. de præscript.* 4. *p. princip q.* 3. *num.* 4. *vers. tertia*, *Cavalcan. dec* 19 *num.* 21. 25. 29. & 38 *p.* 4 *Cravet. cons.* 37. *num.* 34. *Cassanat cons.* 37. *n* 34.

295 Et in terminis, in quibus donator disponit de bonis irrevocabiliter donatis, & de illis fecit maioratum, & vinculum, quod si donatarius capiat possessionem illorum virtute ultimæ dispositionis facientis vinculum, & erectionem, censeatur renuntiare juri acquisito per primam donationem irrevocabilem, notant *Jaz. cons.* 148. *n.* 30. *Dec. cons.* 253. *post n.* 2. *Paris. cons.* 33. *n.* 78. & *seqq. lib* 3. conducunt tradita *à Cancer. lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 292. *usque ad num.* 303. ubi late probat, quod cum tituli sibi invicem adversantur per acceptationem posterioris tituli, priori renunciasse censetur, & fundatur in doctrina *text. in L si quis ante Cod. de acquir. poss. Burg. de Paz cons.* 14. *num.* 54. optime *Curc. Jun. cons.* 120. *n.* 9. *lib.* 2. *Paris. cons.* 11. *per tot. vol.* 3. Ubi quod filii consentientes patri testari de rebus, sibi ipsis prius valide donatis, sibi præjudicant, ut ea bona videntur includi in fideicõmisso sequenti, quamvis nominatim in individuo non fuerit expressa, oprime *Peregrin. art.* 6. *n.* 6. & in fortiori casu *Fontanell. de pact. nupt. tom* 1. *claus.* 4. *glos.* 5. *n.* 31. & *seqq.* & *n.* 47. omnino videndus, eleganter *Honded. cons.* 59. *vol.* 1. *n.* 43. ubi optime, & in terminis.

Nisi capiens possessionem virtute dispositionis revocantis, vel consentiens in revocationem, aut alterationem contractus, aut donationis irrevocabilis sit incapax disponendi, & acceptandi, ut sunt personæ, de quibus *diximus cap.* 3. *num.* 2. & *seqq.* & *in tract. de act. tom* 3. *forens. cap* 3 § 1. & *seqq* Quia si fuerit incapax, aut ebrius, durante ebrietate, nihil valet acceptatio, nec dispositio facta in tempore ebriationis, nisi fuerit facta tempore sanitatis, quando solum prohibitio invenitur, & ebrius disponere, acceptare, aut contrahere non valet, dum vino cerebrum obtenebratur, ut sit extra se, *Cap sane* 7. *caus.* 25. *q.* 1. *glos. in cap. unusquisque verbo quod ebrius* 22 *q* 4. *Rom. in L.* 1 *num.* 8. *ff. verbor. oblig. p.* 2. *Cov. in* 4. *decret. p* 2. *cap.* 2. *Tiraq. de pœn. temper. caus* 6. *num.* 8. *Sanch. de matr. lib.* 1. *disp.* 8. *n.* 19. *ex Farinac. Possidon. de empt. & locat. disp.* 12. *n* 21 & 22. ubi ita probatur: & n. 23. loquitur etiam in illo, qui calore iracundiæ contrahit, acceptat, revocat, aut disponit, & de ratione circa ebrium *Portug. de don.* 3. *p. cap.* 15. *n.* 30. Et ita consului in una institutione maioratus facta in Oppido de Villa Viçosa ad instantiam Mariæ Pazes, ad cujus favorem, & filiorum suorum fecit Presbyter Emmanuel Rodericus anno 1675. institutionem, & erectionem maioratus in ejus personam, & filiorum, per donationem irrevocabilem inter vivos per viam remunerationis, & cum usufructus reservatione, & in ejus testamento facto in ultimo vitæ spiritu, disposuit de dictis bonis, & revocavit donationem, & erectionem instituendo alium hæredem, qui ingressus fuit possessionem virtute testamenti, & institutionis, & etiam quia d. Presbyter erat ebrius, & prodigus, & habebat curatorem datum à Judice Ecclesiastico, atque ita videbatur dicendum potuisse facere revocationem illius erectionis, & institutionis maioratus, & observandam esse ultimam testamenti dispositionem. Et consultus resolvi, primam institutionem, & erectionem maioratus esse validam, & irrevocabilem, & testamenti factionem impediri tum ex his quæ *diximus in princip & forens. cap.* 4. *num.* 128. & *seqq.* tum etiam quia constabat institutionem, & erectionem fuisse factam legitimo tempore, & non ebrietatis; & non constabat de datione curatoris juxta terminos *Ord. lib.* 4. *tit.* 103. & §. 6. & 7. si ad ebrium extendi potest, & fuisset prodigus; esto quod potuisset dari à Judice Ecclesiastico sequen-

ſequendo iſtam opinionem, contra reſolutionem *Oliv. de for. p 2. q 32. n. 18. & 19* ubi de utraque opinione agit. Nec tunc erat nulla inſtitutio, & erectio, quia non conſtabat de notitia acceptantis circa dationem curatoris nam de prohibitione per præconia in locis publicis præcedente informatione, ut ex dicta *Ord. d. §. 7. &* 8. judicatum fuit in cauſa Ludovici de Sà cum Hectore Mendes Leitaõ apud Notarium Dominicum Ludovicum de Oliveira.

297 De qua re vide *Cabed. p. 1. dec. 147. Poſſidon de empt. dub. 12. num. 130 & ſeqq Fermoſin. in cap. cauſam 9. de judic. q. 14.*

298 Et quid dicendum, ſi maioratus erectio fuerit facta per donationem inter vivos, vel cauſa mortis, an habeat locum revocatio, & declaratio, & poſſit alterari talis donatio, & maioratus erectio; & habere locum pœnitentia? In qua controverſia dicendum eſſe exiſtimo, faciendam eſſe differentiam inter eum caſum, in quo donatio eſt cauſa mortis, & inter eum caſum, in quo eſt inter vivos. Ita ut cenſus ſit, quod quando erectio eſt facta per viam maioratus in donatione cauſa mortis facta, poſſit revocari, alterari, & admitti pœnitentia, revocatio, alteratio, aut declaratio At vero ſi eſt facta per donationem inter vivos irrevocabilis, & acceptata à primo vocato nullo modo poteſt alterari, aut revocari, ut diximus ſupra, & *Forenſ. cap. 4. n. 125. & ſeqq.*

299 Tota controverſia eſt, quando donatio dicatur facta cauſa mortis, & quando inter vivos, ad hoc ut habeat locum talis alteratio, revocatio, vel non? In qua controverſia dicendum eſt, quod donatio talis reputatur, qualis nominatur, *L qui fundum 40 §. 3. ff contrab. empt. Tiraq. de retract. lign. §. 30 gloſſ. 1. num. 7. Beccius conſ. 35. num. 9. & conſ 41. num. 12. lib. 1. Bellon conſ 8. num. 6. Cyriac. contr. 145. n. 34. & contr. 260. n. 19. Retes de don. cauſ. mortis cap. 17.*

300 Et ita eſt donatio cauſa mortis facta, quando ita dicitur in proœmio, aut ſcriptum, & inter vivos, & irrevocabilis, & quando dominus dicit, ſe titulo donationis cauſa mortis, aut inter vivos dare, tunc enim etſi in alia parte donationis facta fuerit mortis mentio, nihilominus dicitur donatio, & maioratus erectio inter vivos, cum *Bart. & aliis Surd conſ. 450. n 3. Bellon. conſ 8. n. 11. Menoch. lib 3. præſ. 35. num. 2. Cald. Pereir conſ. 19. n. 1. Rota apud Poſt poſt tract. de manut. num 13 dec. 58. Retes de donat. cauſ. mort. cap. 17. Suar. alleg. 20.* ubi eleganter exemplificat.

301 Mortis enim donatio cauſa illius facta, aut inter vivos, ejuſque eſſentia per effectum explicatur, *L. 1. L. Senatus 35. §. 1. de mor. cauſ. don. L. 1. Cod. eod. §. 1. Inſt. de don.* videlicet quia in ea donator magis vult ſibi habere rem, quam donatarius, magis vult, ut donatarius cauſa mortis habeat, quam ejus hæredes, & hinc fit, ut ſi donatarius præmoriatur, regrediatur res ad donatorem, ſi donator non ſupervivat, maneat perpetuo irrevocabiliter, vel cum aliquo modo, aut gravamine penes donatarium, ex quo tempore incipit, ut multis explicat *Retes d cap. 17. n. 1. ubi multos refert. num. 1. &* 2. ubi quod poteſt pœnitentia, & uſque ad mortem revocari.

Illa vero donatio inter vivos eſt, non cauſa mortis, ut valeat poſt mortem donatoris, 302
aut ſtatim, licet præcedat donatarius, & non licet amplius donatori revocare, aut alterare illam, *L. ubi ita donatur ff. mort cauſ. donat.* neque etiam vinculum maioratus, aut erectio in illa facta, maxime quando eſt ſtipulata pro hæredibus, & ſucceſſoribus, tunc enim tranſmittitur ad illos erectio per donationem inter vivos, & non cauſa mortis, *Poſt. d deciſ. 58. num. 13. Caſtill. lib. 5. cap. 86. num. 47. & tom. 6. cap. 119. n. 33. verſ 2 Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 21. num. 12. Cyriac. contr. 314. n. 12.*

Et quando donatio eſt inter vivos, licet in 303
illa facta mentio mortis fuerit, non alterat ſubſtantiam, nec illius irrevocabilitatem, quia mentio mortis eſt demonſtrative facta, aut ad dilationem, executionemque, & non ad ſubſtantiam, ut *ex text in L. ita donatur, & L Seia 42. ff. donat. cauſ. mort. §. fin.* tenent, ac docent præter relatos, & plures alios in lecturis, & aliis locis referendis adductos.

Ex conſulentibus *Surd. conſ. 14 num. 6. & conſ. 264 num. 11. & dec. 348. num. 9.* ubi de pacto de non revocando, *& conſ. 350.* ubi de juramento, & clauſula ad habendum, *Roland. conſ. 8. & conſ 61. à num 5. & num. 26. lib. 2. & à num 41.* in reſervatione uſusfructus, *Bruñ. conſ. feud. 135. verſ. tertio, Gabriel conſ. 61. num. 2. lib. 1 latius conſ. 96. lib. 2. Boio conſ. 13 Hugo conſ. 115. num. 7. Fab. de Anna conſ. 78. num. 5 lib. 1. Cald. conſ. 19. n. 2. & ſeqq. Sanch. conſ. mor. lib. 4. cap. 1. dub. 3. n. 8.*

In deciſionibus *Cavalcan. dec. 42. num.* 304
*1 tom. 1. Urſil. ad Afflict. dec. 72. num. 6. & 7. Gramat. dec. 73. Maſtrill. p. 3. deciſ. 211. num. 1. Ferrentil. ad Burat. dec. 581. num 18, & 19. Rota apud Poſt. de man. d. dec. 58. n. 23. & dec. 299. num. 7. Larrea dec. 57. 1um 5.*

In variis *poſt multos Caſtill. lib. 5. contr.* 305
*cap.*

*cap.* 80. *num.* 6. *& in add. & cap.* 86. *num.* 41. *& cap.* 109. *num.* 18. *vers. ipsamet, & num.* 31. *vers. sic etiam, Gratian forens. cap.* 96. *& ibi observ. & cap.* 273. *num.* 4 *& cap.* 586. *num.* 1. *& cap.* 657. *num.* 4. *Menoch. lib.* 3. *præs.* 35. *Faber. de error. pragm. decad.* 45. *error.* 2. *&* 3 *& in Codic. lib.* 8. *tit* 39. *defin.* 3. *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 12. *numer.* 10. *Fontanel. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 3. *numer.* 1. *& gloss.* 21. *p.* 2. *num.* 56. *Cyriac. contr.* 314. *numer.* 11. *Giurb. de feud* § 2. *gloss.* 11. *numer.* 85. *Galeot. contr.* 21. *lib.* 1. *num.* 1. *Cutel. de donat. tom* 2. *special.* 12.

307 Et istis detractis. Cum multis *Hermosill. in L.* 11. *tit.* 4 *part.* 5 *gloss.* 1. *numer.* 12. *& seqq. Aylon ad Gom.* 2. *var. cap* 4. *num.* 16. *vers. sicutè contra, & num.* 20. *vers. quando mentio, & n.* 23.

308 Et procedunt quæ dicta sunt, licet donatio habeat plures testes, & alia requisita ad cautelam non nocent, nec ex hoc judicatur causa mortis, *Mantic. de conject ult. volunt. lib* 1. *tit.* 13. *num.* 18. *Surd. cons* 450. *num.* 7. *Fontanel. d. claus.* 21. *p.* 2. *n.* 74. *Gratian. cap.* 586 *n.* 12. *vers. nec obstat.*

309 Et ita si maioratus erectio fuerit facta inter vivos perfecte, & irrevocabiliter, non potest revocari, nec mutari, nec alterari, aut declarari, neque in minimo, nec per contractum, aut testamentum, ultimamque dispositionem, *L. Perfecta donatio Cod. revocand. don. L. si ante* 8. *Cod. donat. ante nupt. optimus text. in L. Cum maritus* 39. § 2. *mulier ff. de pact. dot. Surd. cons.* 152. *num.* 55. *& cons.* 192. *numer.* 25. *& cons.* 196. *numer* 39. *Suel cons.* 49 *num.* 18. *tom.* 2. *Rot. post tract. Post. de man. dec.* 58. *numer.* 19. *Mier. de maiorat. p.* 1. *q.* 26. *numer.* 25. *& 2. p. q.* 5. *numer.* 117. *Fontanell. de pact. nupt. claus* 4 *gloss.* 5. *num.* 28. 31. *&* 36. *Castill. de usufr. cap.* 39. *num.* 34. *&* 41. *& lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 39. *&* 42. *& cap.* 24. *num.* 117. *Cutel. de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 10. *num.* 84.

310 Et maxime procedit, si in secreto factum sit instrumentum revocationis; & occultetur, præsumitur enim tunc fraudulenta, & clandestina, & nullum effectum producit, *Ruin. cons.* 128 *numer.* 5. *lib.* 5. *& cons.* 51. *numer.* 15. *& cons.* 149. *num.* 7. *Menoch. de arbitr. cas.* 194. *numer.* 20. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 124. *num.* 44. *&* 45. *per text. in L.* 3. *§. ult. ff. quod vi, aut clam. Mantic de tacit. lib.* 8 *tit* 21 *n* 44.

311 Atque ita cum perfecta fuerit donatio, aut maioratus erectio, perpetua fit, & irrevocabilis, & non amplius donantem pœnitere potest, nec potest apponere ex intervallo conditiones, aut modos, aut aliquid facere, licet in continenti possit, & quando, & quomodo p ocedat, sunt jura *in L. quamvis* 39. *Cod transact. L. non id circo* 12. *Cod. contrab. empt. L. eo quod* 10. *Cod si cert. pet. L. sicut Cod. act. & oblig. gloss. in L. perfecta donatio verbo non capiat, eleganter Sarmient. de reddit. Eccles. p.* 1. *cap.* 4 *numer.* 10. *Cavalcan. dec.* 45. *num.* 6. *& decis.* 42. *numer.* 34. *Surd. cons.* 113. *num.* 2. *Castill. lib.* 3. *contr. cap.* 10. *numer.* 49. *usque ad num.* 57.

Donatio enim perfecta manet eo ipso 312
quod donator manifestat suam voluntatem in scriptis, aut verbis, § *aliæ Inst. de donat.* absque eo quod præcedat traditio, *d* §. *aliæ. Mantic. de contr. lib* 12. *tit.* 10. *numer.* 15. *& lib.* 13. *tit.* 6. *numer.* 2. *Gratian. forens. cap.* 531. *num.* 65. *Castill. tom.* 5. *cap.* 109. *numer.* 10. Et hæc perfectio, quando est facta donatio per instrumentum, consistit in ultimo verbo conclusionis illius, *Bald. in L. si is qui* 25. *num.* 1. *ff. de testam. Surd. cons.* 218. *numer.* 19. *Menoch. de præs. lib.* 4. *præs.* 5. *numer.* 5 *Castill. lib.* 4 *cap.* 21. *num* 16. *& seqq.* Aut subscribitur, ut *idem Castill. testatur numer.* 63. de qua re *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *& claus.* 5. *gloss* 10. *p.* 1. *numer.* 5. *& seqq & dec.* 46.

Dummodo donans, & donatarius ac- 313
ceptet, & præsens sit, & intelligat formam erectionis, & donationis, quia si contrarium probetur, non impedit declarationem, aut revocationem, quia licet sit præsens, tamen per hoc inferri non potest, quod intersit in ea, possunt enim simul stare, quod fuerit præsens, & non advertere ad ea, quæ dicebantur, & potuit casu, & aliud agens adfuisse, unde præsentia non infert intelligentiam, *Surd. cons.* 425. *num.* 45 *& dec.* 216. *num.* 42.

Et in re præjudiciali non sufficit accepta- 314
tio tacita, sed expressa est necessaria ad impediendam revocationem, *Tiraq. in L si unquam verb. libertis num.* 54. *&* 58. *Cod. revoc. donat. Surd. dec.* 111. *num.* 7. *Gom.* 2. *var. cap* 9. *num.* 2. *Valenz. cons.* 119. *num* 44. 45. *&* 46. *optime Surd. dec.* 302. *num.* 3. 4. *&* 7. *Gratian. forens. cap.* 270. *n.* 65. *Bellon. cons.* 9. *n.* 4.

Nisi erectio maioratus, donatio, aut dis- 315
positio sit dubia, quia tunc potest à donante, aut institutore declarari, & asserere de quo intellexit, & talis declaratio observanda est, quia non mutatur substantia vinculi, sed declaratur, de quibus loquutus fuit, ut

probat

probat *text.* optimus *in L. hæredes palam* §. *ſi quid ff. qui teſtament. facere poſſ. late Doctiſſ. Olea in add. ad tract. de ceſſ. jur. & act. tit. 1. q. 6. numer. 15. pag.* 13. ubi etiam ſi pater inſtituat maioratum irrevocabilem in filium, aut filios, & ejus deſcendentes, an poſſit ex intervallo declarare, quod intellexerit de filiis maſculis, & non de fœminis, & quid ſi verba ſint dubia, & ibi multos refert. *Roſa conſult.* 69 *numer.* 98. *& numer.* 108 de qua re eſt videndus *Mier. de maior p. 1. q.* 15. *& ſeqq.* ubi ad varias quæſtiones circa revocabilitatem, aut irrevocabilitatem maioratus, & quando poſſit, vel non revocari maioratus erectus cum facultate Regia, aut ſine illa: & de hac materia etiam agunt omnes citati, ex quibus manet reſolutum, quando maioratus erectus, factus, & conſtitutus revocabiliter, aut irrevocabiliter dicatur; & per quas clauſulas, & conjecturas probatur, & à quibus perſonis poſſit fieri, & erigi, & in quibus bonis, & ad quem finem dicatur erectus, factus, & inſtitutus.

# PROTESTATIO.

*ME inſcio, ſi aliquid in hoc Libro, vel alibi, elapſum eſt, quod Catholicæ Fidei, aut Chriſtianæ Religioni aliquatenus adverſetur, vel ignaro, quod DD. minus probari contingat; id omne indictum, non ſcriptum, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ, aut cujuslibet melius ſentientis correctioni ſubjectum, ex debito voveo, ex animo volo.*

# INDEX

## Materiarum, quæ in hoc primo Tomo continentur.

## A


Absens.

Maioratus possessio per spatium 100. annorum transacta cessat, & devolvitur successori, quia absens possessor præsumitur mortuus, & competit proximiori. p. 460. num. 318 & pag. 461.

Accessiones.

Accessiones productæ ex eisdem rebus vinculatis augent relicta ad maioratum instituendum & ex illorum pretio, & æstimatione debent emi bona stabilia ad vinculum, quia fructus, & accessiones augent hæreditatem, & manent vinculata bona, quæ inveniuntur tempore mortis, & si nihil inventum fuerit, nihil vinculatum extat, sed bona inventa, & ad ea consequenda competit actio reivendicationis successori maioratus. p. 81. col. 1. & 2.

Accrescere. Accrescendi jus.

Maioratus factus, & erectus in certa persona, & de certis bonis, & aliis cæteris relictis alicui, qui fuit institutus hæres universalis, si vivente testatore, è vita decesserit, an caducet, vel sustineri debeat, & bona relicta hæredi accrescant maioratui, cui annexata fuere; & quando institutio caducet, vel non mortuo hærede ante testatorem, & in hoc casu detur accrescendi jus. pag. 522. num. 549 & seqq & pag. 523 ubi etiam quando habeat locum transmissio, & substitutio & de aliis substitutionibus, & quando caducent, vel non. & pag. 324. 325. & pag. 326.

Acquisitio. Acquisita.

Acquisita per hæredem gravatum, aut possessorem maioratus ex causa transactionis, an sibi, vel hæreditati, fideicommisso, vel maioratui, acquisivisse dicatur, ita ut acquisita bona maioratus esse dicantur. pag. 438 num. 202. & 203.

Actio.

Actione reivendicationis quid debeat actor probare ad consequendum maioratum. p. 23. n. 23 & p. 24. n. 30.

De actione competenti successori maioratus circa tertiæ annexationem. p. 65. & seqq. & p. 70. n. 106.

Ad actionem reivendicationis proponendam, requiritur dominium ex parte actoris probatum, & possessio ex parte rei. pag. 88. n. 20 & p. 461. n. 326. & 327.

Actio pro consequendis bonis maioratus competit successori maioratus & in illum transfertur dominium post mortem ultimi possessoris pag. 237. num. 174 & pag. 241. & p. 247. n. 196.

Maioratus successor potest reivendicare bona maioratui annexa, à quocumque possessore, in quẽ fuerint translata p. 247 n. 196. p. 256.

Dummodo probetur, quod bona maioratus vinculo affecta sunt, & in dominio institutoris. Ibid. & p. 248.

Maioratus vinculum si est factum per judicem residuorum, & bona ad illud sunt applicata per sententiam, & approbatum sit à successore absente, non potest contradici ab emptore bonorum asserendo esse sua, nec à futuro hærede, sed bona manent vinculata, & pertinent successori cum fructibus, & petere rationes emptionum ad emptionem maioratus ei competit actio contra hæredes ultimi possessoris, & quando habeat locum, vel non pag. 256. num. 238 & 239 & pag. 257. & seqq.

Maioratus possessor habet actionem ad petenda instrumẽta pertinentia maioratui p. 269.

Actio reivẽdicationis competit maioratus successori ad bona maioratus recuperanda eo-

dem modo, quo primo vocato competebat & etiam competit possessori, seu administratori maioratus pag 457. num. 317 & seqq. ubi ad varios casus, & pag. 458 459 in princip & 461 n 325 & 328.

Quando constat bona esse maioratus, & possessa ab uno successore, licet postea dividantur, probatur dominium, & competit actio successoris p 459 col. 1. & 2. ubi etiam quando dispposuit de medietate bonorum.

Maioratum faciendi facultas, si non sit erectus ab executore, an habeatur pro facto, & competat actio consanguineo proximiori ad hoc, ut hæres commissarii retineat bona ab eo possessa, etiam quando relicta fuerunt secrete pag 280.

Actio reivindicationis non competit maioratus successori, nisi probet rem esse in dominio institutoris, ut requiritur ad hoc, ut institutio valeat p. 366. col. 2.

Actio, ut competat in maioratus successione, debet actor probare, & verificare, bona esse maioratus, & quantitatem vinculi. pag. 437 n. 195 & p. 438. n. 196.

*Maioratus sustinetur ex clausula codicillari in tertia non obstante præteritione filii naturalis institutricis p.441.n.215. & 220. & p.440.n.204. & p.442 in princ. Quod ad maioratū, aut fideicōmissum petendū competit actio.*

Navis.

*In navi, aut cymba, an possit erigi maioratus, & quomodo, & quando p.193.n.506.*

Nepotes.

*In maioratu quando appellatione filiorũ veniant nepotes, & quomodo intelligatur cõditio, si sine liberis, & quos comprehendat. p.215.pag.219.220.221.& 222. Ubi etiam quod deficiat dispositio, si conditio non verificatur.& p. 240.*

*Ad maioratus fundationẽ si pater habeat facultatem in uno ex filiis, an possit erigi in nepote sine filii consensu, & si eam habeat ad duos maioratus erigendos, an possit facere unum, aut è contra p.306.n.469. & num. 470. ubi explicatur.*

*Maioratus si fuerit erectus in filiis tantũmodo an comprehendat, & sustineatur in nepotibus, & quando veniant appellatione filiorum. p.337 n.640. & seqq. ubi latè agitur de materia, usque ad pag. 348 Ubi de multis conjecturis ad hanc resolutionem necessariis, ex quibus dependet resolutio & pag. 393.n 75.& 76.*

*Si maioratus fuerit factus per donationẽ factam filio existenti sub patria potestate per viam dotis ad matrimonium contrahendũ, an talis donatio, aut dos possit consistere inter patrem, & filium, & sit revocabilis, aut irrevocabilis, ita ut non possit postea pater erectionem maioratus, aut vinculum facere de ipsismet bonis, & titulo maioratus relinquere in præjudicum hæredum filii, nepotis, aut uxoris, aut aliorum p 632.n. 266 & seqq & pag.634 n.280. quibus modis possit pater facere donationem, aut dotem filio in capitulis matrimonialibus, & quando nepotes succedere possent, ut hæredes, aut ex propria persona, & quid si detur approbatio, & capiat possessionem ex titulo revocante, & censeatur prima dispositio renunciata p.638 num.294.295.& 296.ubi explicatur.*

Nobilis.

*In maioratus erectione clausula, aut verba, quod successor contrabat matrimoniũ cum persona nobili, & non ignobili, servanda est, & si successor contraveniat, excludendus venit, & quãdo dicatur contravenire p.595. col.2 pag.597.n.81.& 87.& pag.598.n.89.*

Nomen.

*Ad maioratus successionem cum onere portandi nomen, & arma talis cognominis, quis admittatur, & quomodo probãda sit qualitas, & generatio, & cognomen, & ex qua parte, ad multa. p.34.num 82 & seqq.& pag.35. & seqq.*

*In maioratus institutione, quãdo institutor reservavit nominationem, & vocationes successorum in tempus mortis suæ, quanvis postea illius administrationem filiæ dotasset vinculo maioratus, non est sequenda sed quæ in testamento facta reperiatur. pag.37.n. 93 & p.41.n.118.*

*Quis dicatur proximior in stirpe, aut generatione, nomine, aut cognomine pag.42. n.123. ad fin.& p.44.n.132.& p.45.n.136.*

*In maioratu debet succedere vocatus ad maioratum relatum, & antiquatum, nisi aliud colligatur ex voluntate institutoris, vel vocentur aliqui de nomine, & generatione institutoris, de qua primus vocatus in alio maioratu non sit principaliter. p.62 63.*

*In maioratu clausula nominis*, que se chame Pedro, *an verificari debet tempore vacationis, vel sufficiat quod superveniat. p.64. col 2.*

*De præcepto posito ab institutore maioratus circa nomen, & arma, & quomodo procedat, & intelligatur p.36.n.87 & seqq. & p 37. & seqq.& p.62 63.64. & 65.*

*Maioratus censetur institutus per onus gestandi nomen, & arma p.210.n.48. in med.*

*Maioratus an inducatur ex verbo* Casa *& an sit idem quod maioratus, & quid significet, & an concessio Regis* para a Casa *sit perpetua, & quid in nomine, & quid sit nomen pag.390.*

*Maioratus conjectura deducitur ex onere delationis armorum, & nominis p.410.n 170.*

Nominatio. Nominatus.

*Nominationis maioratus non dicitur, nisi in casu expresso, & eo deficiente manet successio in dispositione juris. p.25 n 34.*

*An filius, qui conjunctim parẽtibus suis maioratũ instituit facta expressa nominatione collateraliũ, possit istos etiam proximiores ad successionem nominare, & comprehensos esse in prædicta forma succedendi data, & an conditio si sine liberis decesserit, purificata, & impleta sit, ut substitutio facta in defectu liberorũ locũ habeat, an vero pertineat ad collateralem, & non descendentem institutorum p.29.n.57.*

*Utrum institutus hæres in universitate bonorũ ab ultimo maioratus possessore facultatem nominandi ad maioratũ habente, eo ipso quod eum expresse successione maioratus non nominaverit, nominatus dicatur. p.29. n.58.& seqq.*

*Ad maioratum nominandum facultas an extendatur de casu ad casum, & de casu expresso ad omissum quando datur eadem ratio, vel similis p.30.n 60.& 61. & seqq.*

*Nominandi facultas si concessa est libere secũdum arbitriũ alicujus, quomodo intelligatur*

*tur in commendis, & concessionibus Regiis, & an durantibus vitis possit vinculari cum substitutionibus. p.132. num.258. & seqq. p. 143. n.230.*

*In nominandi facultate non admittitur verbum super fluum. p.134. num.274. & n.275. pag. 135.*

*Nominandi facultas quando extinguatur per nominationem, & an nominans possit plures nominare. p.136. n.282. & 283.*

*Ex nominatione arguitur affectio. pag. 136. n. 286.*

*Si facultatem habens nominandi non nominat, succedit nominatio legalis ex juris dispositione. p.143. n.315. & seqq.*

*Maioratus, an possit erigi in commendis, & an commendæ concessæ ad vitas cum facultate libera nominandi possint intra illas vinculari, & nominari in successoribus maioratus per substitutiones pag.115 num.177. & seqq. & pag.116. & seqq & pag.132. numer. 258. & seqq. & p.134. n.271.*

*An possit erigi, & institui maioratus de bonis Coronæ à Rege concessis in vitis aut ad liberam facultatem nominandi in vitis, & an in dictis bonis sustineatur vinculum, & reguletur per Legem Mentalem, vel non. pag. 151. n.335. & seqq.*

*Nominandi facultatem qui habet ad præfecturam, an possit nominare extraneum, & quando, & quomodo. p.164 col.2.*

*Nominatus potius capit à concedente, quam à nominante.* Ibid.

*Nominantionis maioratus censebitur, quando quis nominat administratorem cum facultate nominandi, quem voluerit. p.180. in princip. ubi etiam, an facultas nominandi censeatur repetita, & pag.181. n.436. nbi etiam an possit nominare extra familiam, & quando.*

*Nominandi facultate concessa in maioratu, si non nominat possessor, pertinet jure maioratus ad proximiorem, & an succedere possit extraneus, & nominari p 181. n.437.*

*Nominandi habens facultatem in maioratu, an possit nouinatum gravare. pag. 192. n. 502. & p.193. n.504.*

*In institutione maioratus si non apparet testamentum relatum, ad quod fuerunt relatæ vocationes, non est regulanda successio per vocationes testamenti posterioris, ex quo non potest maioratus haberi pro facto in præjudicium dotatæ, sed tantummodo constituenda est Capella absque vinculo, & in bonis illius succedere debet nominatus à dotata decedente absque liberis ipsius matrimonii, cujus contemplatione dos constituta fuit per viam maioratus cum relatione ad testamentum factum, de quo non constat, & non ad testamentum faciendum exhibitum, ex quo non potest haberi maioratus pro facto. sed solum erigenda est Capella in forma illius facta in dote, & ex bonis solum deducenda legata pia, & cætera bona manent libera, ad hoc ut dotata de illis disponat, & indivisa conserventur. p.199. n. 21. & seqq.*

*Si aliquis fecit maioratum per contractum inter vivos de omnibus bonis suis, & postea cõtraxit matrimonium, ex quo filii nati sint, licet bona sint nominata, & habita sicuti bona maioratus, tantummodo manet institutus in tertia, & non potest successor talia bona reivendicare, nec divisionem, aut partitionem de dictis bonis facere p.144. n.191.*

*Maioratus erectio, & donatio etiam ob causam habet tacitam conditionem, si donator, aut institutor filios non susceperit, & eis susceptis ipso jure revocatur. p.145. & quomodo, & quãdo, & an transeat jus revocandi ad hæredes, vel tantum revocare possit institutor,* ex L. si unquam Cod. revocand. donat. *& an procedat, quando maioratus est erectus in favorem extraneorum, vel filiorum, & d. pag. 245. distinguitur.*

*Maioratus institutor, si reservet voluntatem alteranai, & non appareat revocatio, aut dispositio, vinculum subsistit secundum primam erectionem. sicut sustinetur donatio inter virum, & uxorem; quia si non revocetur, morte confirmatur, & in aliis donationibus, & erectionibus, & etiam facultate nominandi, & quis debeat tunc succedere. pag. 188. col. 1. ubi etiam an bona reservata ad hæredem, vel successorem pertineant.*

*Maioratus si fuerit erectus, & iustitutus à marito, & uxore, & vocatis ad illius successionem duabus filiabus, post illorum mortem, cum facultate nominandi, si filiæ è vita decedant absque successione, possit superstes nominare consanguineum, & an possit revocare, seu alterare maioratum per viam dotis, & maneat erectus, & factus. licet nominatus successisset, post ejus obitum devolvitur successio titulo maioratus. pag.316. n. 528. & seqq. usque ad pag. 321. ubi ad multa.*

*Maioratus nominationis potest nominari in vita etiam in personam extraneam. p.366. & 367.*

*In maioratu nominationis, an facultas nominandi extendatur ad successores, & an possit nominans extra familiam nominare. p. 387 388.389. col 1.*

*Maioratus quando dicatur erectus, & competat reivendicatio pro bonis pertinẽtibus ad maioratus successorem per viam nominationis, & quo-*

*& quomodo probetur maioratum esse institutum nominationis, & an concessa facultas nominandi censeatur in omnibus repetita, & quando sit maioratus, aut Capella nominationis.p.540.541. & 542.*

*In maioratu nominationis, an competat actio contra Reum, qui habet nominationem per scripturam, & Actor vult probare anteriorem nominationem ex testibus, & quando, & quomodo probetur. pag.556. n. 753. & seqq. & qui testes requirantur ad nominationem probandam, & quando sit revocabilis, vel irrevocabilis. & pag. 560. & an producat effectum promissio nominandi, & vendendi.*

*In maioratu quando nominatio sit restricta, vel debeat esse libera, & ex quibus verbis. p.592.col 1.& 2.u.48. & seqq*

*In maioratu nominationis potest mater omittere,& non nominare filium,& nominare filiam, vel etiam alium ulteriorem cõsanguineum, & non proxiorem. pag. 594. num. 60.& pag.614.numer.165.& pag.624.n.212. & seqq.*

*Erectio maioratus facta per viam dotis, & acceptatæ est irrevocabilis, & etiam facultas nominandi data in ea, licet habeat clausulas importantes libertatem revocandi per verba,* poderá,*& qnomodo intelligantur,& quid si concedatur dominandi facultas inter filios, consanguineos, & illis deficientibus secundũ suum arbitrium,an possit nominari extraneus, & ommitti consanguineus, & ad multa circa materiam.p.611.n.149.& seqq. & pag. 612. an possit excedere facultatem,& ibi multa de intellectu verbi,* poſſum poteſt,& poterit, *& p.613.& 614.*

*In maioratu de familia non potest nominari extraneus. p.612. n.156*

*In maioratu nominatio facta contra tenorem institutionis est nulla. p.614. n.167.*

*Erigens maioratum per testamentum cum facultate nominandi Capellanum ad missas per contractum, an possit revocari per terziam dispositionem factam ab institutore, licet non appareat prima institutio, nec de illa constet nisi per relationem contractus nominationis.p 616.& 617.*

*Institutor maioratus licet non possit revocare, nec alterare maioratus substantiam, potest tamen per viam declarationis declarare vocationes, in quibus potest dari dubitatio, & facere maioratum regularem, licet fuisset factus irregularis ex facultate nominandi, ex qua permisit primum vocatum eligere debere de duobus filiis illum, qui fuisset magis obediens, & ne dubitaretur, qualis esset, potest revocare hanc electionis, & nominationis facultatem, & vocare primogenitum relicto juniore, ut dubia evitarentur, & declarare de illo intellexisse, ad multa. p. 621. numer. 188. & seqq. ubi etiam de verbis:* Qual lhe for mais obediente ; *& quomodo intelligi debeant, & nominatio dicatur libera, vel restricta,& maioratus nominationis possit reduci ad maioratum successionis, & p.622. & seqq.*

*Quando nominatio maioratus dependet ex futuro eventu, & potest esse, vel non esse facta nominatio de uno, & antequam nominetur, non detur jus acquisitum potest revocari facultas nominandi,& admitti declaratio potest ab instituente, ex qua declaret, de quo intellexisset, ut dubia evitarentur, & ipse, de quo fecit declarationem, admittendus venit ad maioratus successionem.pag.622.num. 197.& seqq.*

*Facta iustitutione maioratus ad filiorum successionem, & nominationem potest institutor declarare in separata institusione, de quo senserit.p,622.num.198.& 199.& p.623.& n.203.& 204.*

*Maioratũ nominare idem est quod eligere, & qui habent facultatem nominandi, eam habent eligendi.pag.624.n.216.& p.625. num. 220.explicatur.*

*Ad maioratum quando datur facultas nominandi, nominatio præcise est facienda in certa persona, & determinata, & dicitur nominatio sicuti in patrono, qui certe nominare debet ex natura rei Capellam, & patronatus est potestas præsentandi, & eligẽdi ad instituendum beneficium vacans.pag.625. num.221.*

*Utrum si quando mulier marito potestatẽ concedit, aut è converso ad instituendum maioratum, & ad eligendum, seu nominandum unum ex filiis ad successionem, debeat præcise regularem eligere, vel irregulares possit facere vocationes, & nominationes. p. 625.n.222.223.224.& pag.626.ubi an possit aliquem filium excludere, vel non.*

*Nominatio maioratus non potest sustineri,quãdo in nominato defecit qualitas,sub qua relicta fuit facultas nominandi. p. 626. n. 220. ad fin.& p. 627.*

*Ad nominandum maioratum facultas concessa cum verbis:* Pudeſſe nomear o filho que quizer, ou quem lhe parecer : *importat liberam facultatem nominandi, ad hoc ut libere nominetur, aut eligatur quem voluerit.pag.626.num.227. & num. 228. ubi quid quando facultas nominandi est restricta. & p.627.*

*Qui habet facultatem nominandi ad maioratũ, non potest excedere facultatem.sed debet nominare secundũ facultatis terminos.p. 626. n.228.*

Dat

*Data facultate ad maioratum nominandum unum de certis, semper intelligitur in terminis habilibus, & data capacitate, & qualitate personarum, quæ nominari debent. p. 627 n 229.*

*Maioratus nominationis aut est liberæ nominationis, aut necessariæ, aut regulatæ, & secundum naturam illius tenetur nominare, qui habet facultatem, aliter nulliter procedit. pag 627. n. 230 & 231.*

*In nominationis maioratu verba*: Qne lhe for mais obediente, *important electionem, & quomodo, & quando. pag. 627. num. 232. & 233.*

*Et non libere, sed restricte. p. 627. n. 233.*

Notarius.

*Notarii fides data in scriptura probat judiciũ, & intellectum, & alia p 243. n. 189.*

*Maioratus factus, & erectus per instrumentum, quando dicatur factus inter vivos irrevocabiliter, vel revocabiliter, & quando mentio mortis sit de substantia, aut de executione, & præscriptione, & quando habeat locum in maioratu, & in hoc casu. pag 518. 519. & 520. & de stipulatione Notarii pro absentibus. & n. 593 & optime p. 521. pag. 525 n. 611. & pag 559.*

Novus.

*De eo, qui possidebat terras Coronæ, de quibus fuit spoliatus, & postea se composuit cum Rege, utrum ex antiquo titulo vel novo eas habere videatur, & an convalescat maioratus ex eis factus à patre, vel ab avo possessoris, vel tanquam ex novo titulo acquisitæ liberæ maneant, & de duobus titulis, ex quibus possidere dicatur. pag. 288. num. 384. & 385.*

*In causa maioratus, an retractetur sententia per instrumenta de novo reperta, & quomodo, & quando. pag. 591. num. 44. & pag. 594. in princip.*

Nullitas.

*Et si testamentum sit productum in judicio Residuorum, donec decidatur nullitas, & habilitatio in judicio ordinario, non admittitur successor, ut pars, sed tantummodo, ut quilibet de populo, & pars ad petendam erectionem maioratus est Promotor, vel Procurator Capellarum. p 273. n. 307.*

# O

Obediens. Obedientia.

*INstitutor maioratus licet non possit revocare, nec alterare maioratus substantiam, potest tamen per viam declarationis declarare vocationes, in quibus potest dari dubitatio, & facere maioratum regularem, licet fuisset factus irregularis ex facultate nominandi, ex qua permisit primum vocatum eligere debere de duobus filiis illum, qui fuisset magis obediens, & ne dubitaretur qualis esset, potest revocare hanc electionis, & nominationis facultatem, & vocare primogenitum relicto juniore, ut dubia evitarentur, & declarare de illo intellexisse, ad multa. pag. 621. num. 188. & seqq ubi etiam de verbis*: Qual lhe for mais obediente: *& quomodo intelligi debeant, & nominatio dicatur libera, vel restricta, & maioratus nominationis possit reduci ad maioratum successiouis. & num 622. & seqq.*

*De clausula, ut eligatur, & nominetur obidiens. Vide verb.* Nominatio.

Obsservantia.

*Obsservantia antiqua servanda est. pag. 77 & 78.*

Occultans.

*An contra occultantem bona maioratus detur actio, & competat querela pro furto. p. 536. n. 669. & 670.*

Officium.

*In officio an possit erigi maioratus. pag. 114. n. 169.*

*De officio nihil potest disponere proprietarius, nec donatarius, xoisque Regia facultate. pag. 115.*

Oldradi consilia.

*In maioratu an habeat locum consil. 21. Oldrad. & quando conditio, sine liberis, posita primo vocato censeatur repetita in cæteris substitutis, & ex quibus conjecturis, & in tali conditione posita gravato ut restituat fideicommissum cum d. conditione, si sine liberis decesserit, sufficiat, quod nascantur, & si post mortem patris moriantur, ut substitutum excludant à fideicommisso, aut maioratu erecto hac conditione, & quæ conjecturæ ad hoc sufficiant. pag. 326 num. 570. & seqq. & pag. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. & 336. Ubi etiam de repetitione, & de omnibus substitutionibus. & de conditione negativa, si liberos non habuerit, & an sit idem cum affirmativa.*

# Ordinatio Regia.

Ex Lib. 1.

*TIt. 62 §. 2 pag 16.*
*Tit. 26. §. 53 pag. 35. num. 83 pag. 155 num. 344 pag 389 pag 420.*
*Tit. 50 §. 1 pag 275. n 319.*
*Tit. 62 §. 39. pag 298 n 429.*
*Tit 87. §. 28. pag. 480. n 414.*

Tit.62.§.45.& 46.pag.503.n.516.
Tit.62.§.50.51.& 52.pag 540.
Ex Lib 2.
Tit.35.pag.162.n.368. & seqq.
Tit 35. §.14 pag 358.
Tit.35.§ 25.pag 405.n.146.
Tit.43.pag 494.
Tit.18.& §.5.pag.504.
Ex Lib. 3.
Ti.60.pag.15.
Tit.93.pag.55.n.37.
Tit.20.§.1.pag.70. n 107.
Tit.75.pag.75.n.125.
Tit.87.§.1.pag.75.n.125.
Tit.20.§.15.pag.78.n.151.
Tit.86.§.1 & 19.pag.84.n.5.
Tit.72.pag 87 n.14.& 15.pag 88. n.27.
Tit.66.§.2.pag.88.& pag.89. n.33.
Tit.86.§.2.ibid.
Tit.87.§.14.pag.89. n.33. & 34.
Tit.47.pag.92.n.47. & seqq.
Tit.64.pag.172.col.2.
Tit.86.§.5.pag.172.col.2.
Tit.84.§ 12.pag.191. n.492.
Tit.70.pag.224. n.114.
Tit.50.ibid.
Tit.20.§ 15.pag.224.n.116.
Tit.65.§ 6. ibid.
Tit.41.§.1.pag.224.n.121.
Tit.52.pag.259.n.241.
Tit.75.ibid.n.242.
Tit.50.§.1.pag.260.n.247.
Tit.53. §.9.ibid.
Tit.66.§.1.pag.261.n.249.
Tit.25.§ 5.pag.281 n.53. & seqq.
Tit.86.§.16. pag.292. n.408.
Tit.93.pag.295.296.297 ubi ad multa, & 298. 299.& pag.302 n.443.
Tit.45.§.11.pag.299.n.432.
Tit.93.§.3.pag.302. n 444.
Tit.86.§.7.pag 302 & 304.n.458.& 459.
Tit.84.§.1.& 12.pag.312. n.506.
Tit.66.§.6.pag 321.n.545.
Tit.86.§.2.ibid.
Tit.64.pag.339.n.651.pag.370. col.1.
Tit.60.§.6 pag.361.
Tit.36. pag 378.
Tit.86.§.1.pag.380.
Tit.59.§.11.pag 395.col.2.
Tit.93.pag.479.
Tit.64.§.1.pag 424.
Tit.59.§.11.pag.469.n.363.
Tit 1.§.13 pag.499.
Tit.64.ibid.
Tit.62.§ 1.pag 500.
Tit.58.ibid.
Tit.20.§.30.pag.624.n.607 & p.525.n.613.
Tit.88.pag.525.n.614.
Tit.93 pag.632.n.643.574.
Tit.60.pag 558.n.757.
Tit.58.§.11. pag.558.
Tit.17.§.5.pag.571.
Tit.45.§.3 pag.577 n.847.
Tit.59.§.15.pag.585. n.28.
Ex Lib.4.
Tit 47. explicatur pag. 11. num.22. & seqq.& n 40.
Tit.100.§.5.pag.20.n.5.
Tit.100.§.3.pag.18. num.52.pag.23. n.27.p.25. pag 33.n.81. pag.37.n.96. pag.42. num.121. pag.70. n.105.
Tit.100.§.2.pag.25.pag.41.num.118.& 119.p. 45.n.136 pag.64 col.1.& pag.185.num.447. & pag.187.n.461.
Tit 36.pag.29.num.58.
Tit.95.§.1.ibid.
Tit.92.§.1.& 93 pag.32 n.72.
Tit 100.§.4 pag 32 n 77.
Tit.100.§.1.& 2.pag 37. num.94.& 96.
Tit.3 §.1.pag.70.n.102.
Tit.79.pag.70.n 102.
Tit.12.pag.91 in princip.
Tit.73.pag.96.n.76. ad fin.
Tit.36.§.2.pag.143.n.318.
Tit.97.§.23 pag.170.vers Hæc.
Tit.48 §.7.pag.172. col.2.
Tit.82.pag.185. n.443.
Tit.46.pag.191.486. & seqq.
Tit.80.§.3.pag 199.n.20.
Tit.36.§.4.pag.212.n.58.& 59.
Tit.79.§.1.& 2 pag.224.
Tit.70.pag.225.num.119.& n.121. vers.quoad pænam.
Tit.96.§ 19.ibid.n.120.
Tit.65.pag.245.
Tit.10.§.9.& 11.pag.292. n.408.& p.293.
Tit.95.ibid. n.411.
Tit.13.§.7. pag 305.
Tit.37.§.1.pag.318.n.535.
Tit 82.pag.320.
Tit 87.§.12.pag.324 n 564.
Tit 37. §.6.pag.341. n.662.& p.344. num.679.
Tit.92.§.1.pag1356 & 357 358.
Tit.100.§ 2 pag.358. col.2.
Tit 96.§ 4.pag.372.
Tit.97.§.3.pag.373.
Tit.97.§.10.pag 375. n.43.
Tit.96.§.23 pag.383.395. col.2.
Tit.95.§.1.pag 383 col.2.
Tit 96 §.24.ibid.
Tit.95.§.4 pag. 383.385.
Tit.100.in rubric. & §.1.2 & 4.pag 384.
Tit.46. pag.385.
Tit.100.§ 5.& 6.pag.390.
Tit.100.§.1. pag.401 vers. altera.
Tit.100.§.2.pag.417.p.461. & 465.468.p.524 n.603.
Tit.

*Tit.* 52. §. *ult pag.* 469. *num.* 363.
*Tit.* 101. § 1. *pag.* 479. *n.* 408.
*Tit.* 97. §. 3 *pag.* 480.
*Tit.* 41 *pag.* 492. & 493. & *pag.* 502. *n.* 505. & *pag.* 503.
*Tit.* 13 *pag.* 494.
*Tit.* 95. §. 1 *pag* 499 *in princip.*
*Tit.* 100. §. 1 *pag.* 504. *n.* 322. & *pag.* 505.
*Tit* 3 §. 1 *pag.* 512. & 513. & *seqq. ad multa.*
*Tit.* 6 §. 3 *pag.* 537 *n.* 673.
*Tit* 38 *pag* 543. *n.* 706.
*Tit.* 38 §. 2. *pag* 545.
*Tit* 8. §. *fin pag* 550. *n.* 731.
*Tit* 37. §. 3. *pag.* 558. *n.* 756. 757.
*Tit* 37 *pag.* 559. 560.
*Tit* 37. § 1. ibid.
*Tit.* 96. §. 19. *pag* 571.
*Tit.* 13. ibid.
*Tit.* 19 *pag.* 584 *n* 21. & *seqq.*
*Tit.* 7 *pag.* 600. *n.* 97.
*Tit* 37 *pag.* 627.
*Tit* 63 *pag.* 559. & *seqq.* & *pag.* 630 *num.* 251.
*Tit.* 103. §. 6 & 7 *pag* 638. *num.* 296.

Ex Lib. 5.

*Tit.* 117. § 5. *pag.* 249.

Ordo.

*Si ad maioratus successionem multæ personæ opponuntur, qua forma audiantur, & allegare per ordinem debent, & an per unum procuratorem. p.* 572. *num.* 827. & 828.

# P

Pactum.

*De pacto legis cõmissoriæ, & quando detur, vel sit licitum. p.* 374.
*Quid dicendum si fuit revocatus cum filii, aut alicujus persuasionibus, aut ex inobservantia pactorum. pag.* 628. *n.* 237.

Partitio.

*Ante partitionem, divisionem, & assignationem hæres maioratus habet jus reale, & verum dominium in bonis, quia transactio, aut illius continuatio non tollitur ex incertitudine sicut in possessione. pag.* 240. *n.* 180. & *quare. pag.* 241.
*Vinculum maioratus debet regulari secundum divisionem, aut partitionem factam in judicio divisorio, & ex illa debet erigi maioratus apud Judicem residuorum, licet jam sit erectum per alias partitiones, quæ reformatæ fuerunt propter debita institutoris, quia ultima divisio servanda est, & juxta illum faciendum est vinculum, & erigi debet maioratus. pag.* 273. *n.* 308. & 309. & *p.* 274.

Pater.

*Pater, mater, aut avus an possint bonorum suorum maioratum instituere, si non habeant filios, & si eos habeant, tantum de tertia. p.* 46. *n.* 2.
*Et si fecerint, potest à filiis revocari.* ibid. & *p.* 47. *col* 2.
*Maioratum an possit facere pater ad favorem filii supposiiti, & si fecerit, quibus competat successio, & an sit valida institutio talis facta ab aliquo institutore. pag* 79. *n* 158.
*Si pater, aut mater promittat per viam dotis maioratum facere, aut meliorare unũ ex filiis, qui sequuto matrimonio decessit sine filiis relicto hærede extraneo in tertio non tenetur pater adimplere promissum, & quare. p.* 198. *n.* 14. & 15. *ubi quid è contra.*
*Maioratus privatio, aut exclusio non habet locum propter delictum commissum à futuro successore contra patrem, aut alium possessorem. p.* 499. *n.* 483.
*Si maioratus fuerit factus per donationem factam filio existenti sub patria potestate per viam dotis ad matrimonium contrahendum, an talis donatio, aut dos possit consistere inter patrem, & filium, & sit revocabilis, aut irrevocabilis, ita ut non possit postea pater erectionem maioratus, aut vinculum facere de ipsismet bonis, & titulò maioratus relinquere in præjudicium hæredum filii, nepotis, uxoris, aut aliorum. pag.* 632. *n.* 266. & *seqq.* & *pag.* 634. *num.* 380. *Quibus modis possit pater facere donationem, aut dotem filio in capitulis matrimonialibus, & quando nepotes succedere, possent, ut hæredes, aut ex propria persona, & quid si detur approbatio, & capiat possessionem ex titulo revocante, & censeatur prima dispositio renunciata. pag.* 638. *num.* 294. 295. & 296. *ubi explicatur.*
*Si pater instituat maioratum irrevocabilem in filium, aut filios, & ejus descendentes, an possit ex intervallo declarare, quod intellexerit de filiis masculis, & non de fœminis, & quid si verba sint dubia. p.* 641.

Patrimonium.

*Clericus possessor maioratus, si annexavit patrimonium suum per donationem maioratui, an tacite, vel expresse possit revocare annexationem per alienationem bonorum, & an ea non obstante competat successori reivindicatio. pag.* 599. & *quando bona patrimonii Clerici possint vinculari, & alienari absque licentia Ordinarii.*

Patronatus.

*Executio an possit fieri in Capella maiori, & jure sepulturæ, & patronatu constituto ad maioratum, & quando, & quomodo patronatus transeat, vel non, & ad quem Judicem pertineat cognitio, & quando licita sit*

*talis venditio, & detur simonia in tali venditione p.296.297.298.299.300 & 301.*

*Ad maioratum quando datur facultas nominandi, nominatio præcisè est faciendain certa persona, & determinata, & dicitur nominatio sicuti in patrono, qui certè nominare debet ex natura rei capellam, & patronatus est potestas præsentandi, & eligendi ad instituendum beneficium vacans. pag. 625. num. 221.*

Pax.

*Pacis articulos inter invictissimum nostræ Lusitaniæ Regem, & Catholicum explicãtur, & tractatur de restitutione facta ob initam pacem, & quando habeat locum, vel non, ad varias quæstiones. pag. 121. n. 194. & seqq. & pag. 122. & seqq. & an comprehendat bona Ordinum Militarium, & Ecclesiasticorum, & quæ.*

Pœnitentia.

*Si maioratus alienatio fuit facta cum promissione impetrandi facultatem Regiam, & sub ea fuerunt à primis fundamentis ædes, aut domus diruptæ, & confusa extitit area cum tundo, & de novo ædificatæ absque eo, quod remaneret vestigium aliquid antiquæ alienatæ domus, an competat successori maioratus reivindicatio, vel tantum actio ad æstimationem petendam. pag. 485. num. 438. usque ad pag. 489. ubi etiam, an detur pœnitentia in tali contractu, ant equam impetretur facultas, & an hæres alienantis possit impugnare alienationem. & p. 490. num. 462. 463. & 464 & p. 491.*

Pecunia.

*Ex maioratus pecunia res empta efficitur maioratus cum omnibus qualitatibus, & quid quando subrogantur bona, & quando subrogatio probet bona esse maioratus, & quãdo subrogatio in utilitatem maioratus, & ex consensu successorum, & competat actio, vel non; & de effectu subrogationis bonorum. pag. 533. n. 648. & 649.*

Pia.

*Pia quando dicatur dispositio. p. 311. & 313.*

*In institutione maioratus si non apparet testamentum relatum, ad quod fuerunt relatæ vocationes, non est regulanda successio per vocationes testamenti posterioris, ex quo non potest maioratus haberi pro facto in præjudicium dotatæ, sed tantummodo constituenda est capella absque vinculo, & in bonis illius succedere debet nominatus à dotata decedente absque liberis ipsius matrimonii, cujus contemplatione dos constituta est per viam maioratus cum relatione ad testamentũ factũ, de quo non constat, & non ad testamentũ faciendum exhibitum, ex quo non potest haberi maioratus pro facto sed solum erigenda est capella in forma illius facta in dote, & ex bonis solum deducenda legata pia, & cætera bona manent libera, ad hoc ut dotata de illis disponat, & indivisa conserventur p 199. n. 21. & seqq.*

*Et quid quando vocatur hæres necessarius, & est substitutus locus pius in verbis:* E naõ tendo elles tambem herdeiros forçados, ficará à Misericordia. *pag. 436. col. 2. & pag. 437. & ibi quid* no herdeiro que Deos lhe der.

Planta. Plantatus.

*Arbores positæ, & plantatæ in bonis, & fundo maioratus, aut dato, & diviso ter permutatem, de qua constat per confessionem in precibus factam, aut transactionem, cui cõpetant, & ad quem pertineat actio pro illis consequendis pag. 569. num. 814. & 815. ubi etiam quando transactio obstet, vel non in parte ad totum, quando in parte fuit judicatum contra illam, an idem judicandum sit in alia, & de damnificatione bonorum maioratus. & pag. 570. & 571.*

*Vide verb.* Maioratus.

Possessor. Possessio. Possidere.

*Maioratus possessor an habeat dominium illius pag. 70. n. 106.*

*Maioratus possessor an possit renuntiare sentẽtiæ in ejus favorem latæ pag. 78. n. 151. & pag. 79.*

*Et quid si non opponat exceptionem rei judicatæ contra sententiam, & passus sit agi de re judicata.* ibid.

*Possessor maioratus tenetur reficere ædes maioratus, & si negligat, potest conveniri ejus hæres ad eas reficiendas propriis sumptibus, omniaquæ, deteriorata reperiuntur p. 107. num. 115. & seqq. ubi explicatur & pag. 108. & 109.*

*Et si faciat meliorationes potest repetere.* ibid.

*Maioratus successor habet actionem contra hæredem possessoris, ad hoc ut præstet rationes exactionis ad maioratus pertinentis. p. 254. num. 228. & 229. & p 255 & tradat pecunias. p. 266. n. 295. & p. 267. & 268.*

*Maioratus possessor habet actionem ad petenda instrumenta pertinẽtia maioratui p. 269.*

*Maioratus possessor si patiatur sequestrum, & non contradicat, amittit possessionem, & an pendente lite super illius validitate teneatur præstare alimenta consobrino naturali. p. 271. n. 302 & p. 272.*

*Maioratus possessor non potest renunciare litẽ, nec appellationem interpositam à sententia, in qua controvertitur, an bona sint libera, vel maioratus, & si renunciat, debet prosequi litem, & dum non fuerit decisa, non admittitur*

*mittitur nova lis. pag. 272. & 273.*
*Si aliquis fecit donationem simpliciter inter vivos, & postea fecit testamentum, in quo de dictis bonis fecit maioratum vocans donatarium, & ille capiat possessionem virtute testamenti, aut faciat aliquem actum approbationis, tunc censentur bona donata esse de maioratu, & ex his actibus approbationis probatur. p. 438. n. 200.*
*Ad maioratus successionem requisita est qualitas proximitas tempore mortis ultimi possessoris, & delationis, quia successio non potest esse in pendenti, & recta via transit in successorem. pag. 360.*
*Maioratus non præsumitur, sed bona esse libera, & quid dato statu, & titulo, & possessio bonorum, ut liberorum, aut maioratus pag. 381. n. 48. & 49.*
*Maioratus probatur ex possessione, & consuetudine immemoriali succedendi in bonis, sicut de maioratu, & sic probatur, si non apparet institutio, probatur, & in illo succeditur per regulas ordinarias maioratus p. 419. 420. 421. 422. ubi quod in tali maioratu habet locum linea, & repræsentatio.*
*Si aliquis fecit donationem simpliciter inter vivos & postea fecit testamentum, in quo de dictis bonis fecit maioratum vocans donatarium, & ille capiat possessionem virtute testamenti, aut faciat aliquem actum approbationis, tunc bona censentur donata esse de maioratu, & ex his actibus approbationis probatur pag. 438 n. 200.*
*Maioratus alicujus, aut capellæ dominium ex quibus probari possit fuisse de aliqua familia, & ex quibus præsumatur identitas familiæ, & an, & quando, & quibus competat actio etiam contra titulum possidentem pro eis recuperandis. p. 438. n. 201.*
*In maioratu quando transactio dicatur utilis, & solemnis, & utrum gravatus de fideicõmisso, aut maioratu restituendo possit super bonis maioratus, aut fideicõmissi transigere. pag. 440 num. 207. & seqq. & pag. 441. ubi etiam quando ex illius titulo, aut antiquo dicatur possidere & p. 442. n. 221. & 222.*
*Reivindicare desiderans agrum maioratus, quem dicit esse illius, quando est possessus à tertio: debet principaliter probare, institutorem fuisse dominum, & habere dominiũ illius rei, de qua agitur. pag. 444. n. 231. 232. 233. & 234.*
*Maioratus successori competit actio reivindicationis ad bona maioratus recuperanda eodem modo quo primo vocato competebat, & etiam competit possessori, seu administratori maioratus. pag 457. num 317. & pag 458. & 459. in princip. & 461. num 326. & 328. pag. 480. num. 416.*
*Maioratus possessio an possit capi à pupillo authoritate tutoris, & quando p. 476. n. 195.*
*Si maioratus possessor non obediat voluntati testatoris, lucrum ex ea capere non potest, sed debet privari ex contraventione. p. 477. num. 398. & p. 479. n. 406. & quid in fructibus n. 407. & pag. 479.*
*Maioratus privatio, aut exclusio an habeat locum propter delictum commissum à futuro successore contra patrem, aut alium possessorem. p. 499. n. 483.*
*Si maioratus possessor fuerit malus administrator, & dissipator, an competat actio contra eum, vel debeat statim privari. pag. 539. num. 688. 689. & p. 540.*
*Maioratus successori competit actio contra extraneum, & uxorem ultimi possessoris, licet non ostendat institutionem maioratus, dummodo probetur bona possideri per antecessores, sicut de maioratu per longi temporis spatium indivisibilia, & sint bona nobilia, & antecessores sint nobiles, & res sit antiqua. p. 552. n. 736. & seqq.*
*Maioratus possessor, quando teneatur solvere debita antecessoris realia, & decursos consus, quæ originem trahunt ab institutore. p. 574. n. 834. & seqq.*
*Si maioratus fuerit factus per donationem factam filio existenti sub patria potestate per viam dotis ad matrimonium contrahendum, an talis donatio, aut dos possit consistere inter patrem, & filium, & sit revocabilis, aut irrevocabilis, ita ut non possit postea pater erectionem maioratus, aut vinculum facere de ipsismet bonis, & titulo maioratus relinquere in præjudicium hæredum filii, nepotis, aut uxoris, aut aliorum pag. 632. num. 266. & seqq. & pag 634. n. 280. Quibus modis possit pater facere donationem, aut dotem filio in capitulis matrimonialibus, & quando nepotes succedere possent, ut hæredes, aut ex propria persona; & quid si detur approbatio, & capiat possessionem ex titulo revocante, & censeatur prima dispositio renunciata. pag. 638. n. 294. 295. & 296. ubi explicatur.*

Præparatio.

*Maioratus an dicatur institutus ex verbis:* Que a sua vontade era deixar a sua quinta em morgado, *& ex præparatione voluntatis non deducta ad effectum non dicitur maioratus erectus. p. 282. n. 361.*

Præscriptio. Præscriptus. Præscribi.

*Quando in aliquo possessore incipit præscriptio bonorum liberorum ad maioratum constituendum, tunc iste possessor dicitur institutor. p. 58. n. 39.*

*Præscriptio an habeat locum contra præcepta institutionis maioratus circa annexationem. pag.70. n. 102. & circa bona maioratus, & pag.71.n 110.& pag.75.num.126 & 127.& pag 113 & 114.n.164.pag.155. num.340.& pag.444.*

*Præscriptio unius lineæ quando habeat locũ contra aliam pag.72.n.119.*

*Præscriptio adversus fœminas minores incipit post 12. ann. & post 14. adversus masculos. pag 224.n 110.& 211.*

*Præscriptio legitimæ quantum tempus requirat. pag.224.*

*Præscriptio debet allegari, & à judice non potest suppleri, nec admitti in allegationibus. pag 371.*

*Concessio facta à Rege de aliquibus bonis Coronæ duobus, primus acquirens præferentiam habet posteriori,& contra illum datur præscriptio pag 453.*

*Præscriptio an habeat locum, quando antecessor solvit censum, & censuarius, aut emphyteuta illum non solvit pag 454 n.305.*

*Post maioratus institutionem factam, si de illa non utatur, sed potius contrarium, & præcedat dos, non dicitur factus maioratus, sed præscriptus pag 373 n 36 & p 374*

*De præscriptione, & transactione facta circa emphyteusim, & quando noceat, vel non emphyteutæ. pag.530.& 531.*

*Præscriptio est prohibita, quando alienatio est prohibita. pag. 531. n.638.*

*Maioratus successor habet actionem ad petenda bona relicta ad maioratum, & si est hypothecaria, an possit, vel non præscribi, & quanto tempore, & quando. pag.510. n.549. & pag. 511. ubi etiam quæ actio competat pro consequendo legato relicto, ubi de intellectu verborum*: Deixo ao morgado aquella parte de bens, que se achar, que lhe devo deixar, conforme ao compromisso, que primeiro se verá. *Et an ex obligatione annexandi bona ad maioratum detur hypotheca.& pag 512 & seqq ad multa.*

*Ad maioratum actio pertinens debet proponi à successore, ubi primum scientiam habuerit de alienatione, & si non proponat eam, proximior debet de illa agi, & eo renuente sequens in gradu, non obstante allegatione præscriptionis, & revocationis. pag. 517. n.584.& 585.& p.513.*

*Maioratus factus, & erectus per instrumentum quando dicatur factus inter vivos irrevocabiliter vel revocabiliter, & quando mẽtio mortis sit de substantia, aut de executione, & præscriptione, & quando habeat locum in maioratu, & in hoc casu. pag.518.& 519. & 520. & de stipulatione notarii pro absentibus,& n.593.& optime.pag.521.pag. 525.n.611.& p 559.*

*Actio competens successori maioratus non excluditur cum exceptione transactionis, aut præscriptionis, & quando, aut quomodo. p. 528.n.621.622.& p.529.*

Præsumptio.

*Quando ex cursu temporis præsumantur solemnitates p.77.n.142.*

Primogenitura. Primogenitus.

*Maioratus an dicatur institutus, si de primogenitura fit mentio, aut de primogenito, & quare,& quando.pag.390.n 59.& pag.361. num.60. ubi quis succedat deficiente primogenito.*

*In maioratus successione regulariter secundum maioratus naturam filius senior habet primum locum in successione uti primogenitus. p.624.n.217.*

*Et ad hoc ut secundogenitus excludat primogenitum, est necessaria voluntas clara, vel aperta conjectura. p 625.n.219.*

Princeps.

*Princeps sine causa non potest jus tertio quæsitum tollere p.166 n.385.*

*Nisi sit causa publica, & propter eam. Vide verb.* Pax.

*Princeps concedens potest gratiam declarare, & tenetur.p.166.n.388.*

*Maioratum si aliquis faciat cum conditione, si Princeps confirmaverit, & è vita decesserit absque istius gratiæ impetratione, an dicatur maioratus erectus,& possit post mortem confirmari.p.306.n 468.*

*Princeps,an possit mutare testatoris voluntatẽ in successorum maioratus præjudicium pag. 571 n.824.*

*Utrum autem Princeps possit revocare maioratum factum irrevocabiliter, & mutare vocationes factas ab institutore. p.587 n.37.*

*Et quid in donatione facta à Principe irrevocabiliter de bonis Coronæ titulo maioratus, an possit donationem revocare, & vocationes mutare in vocatorum præjudicium.* ibidem *num.38.*

Privari. Privatio.

*Si maioratus possessor, non obediat voluntati testatoris, lucrum ex ea capere non potest, sed debet privari ex contraventione. p. 477. n. 398.& p.479.n 406.& quid in fructibus. n.407.& p.479.*

*Maioratus privatio, aut exclusio an habeat locum propter delictum cõmissum à futuro successore contra patrem, aut alium possessorem.p 499.n.483*

*Si maioratus possessor fuerit malus administrator, & dissipator, an competat actio contra eum, vel debeat statim privari. p. 539.n. 688.689.& p.540.*

Pri-

Privilegium.

*Privilegium quando amittatur per non usum. pag. 632. col. 1.*

Proœmium.

*Ex proœmio institutionis explicantur vocationes maioratus, & ex illo declaratur voluntas institutoris p. 20. n. 6. pag. 198. n. 16.*

*Proœmia non faciunt dispositionem, sed à dispositione restringuntur, & quomodo.* ibidem *num. 7.*

*Proœmium importat causam finalem, & dispositio à ratione proœmii regulatur, & quare explicetur pag. 20 n. 8. pag. 113. num. 160. & 161 p. 131. n. 256. & p. 535. n 662.*

*Idem in concessione Regia.* ibidem, *& num. 17. pag. 132. n 257.*

*Proœmii ratio censetur repetita in dispositione sequenti, & si in proœmio expressit institutor aliquam conditionem, sub qua volebat testari, & postea simpliciter scripserit hæredes, non judicatur institutio pura, sed conditionalis propter declarationem in proœmio factam. p. 20. n. 9 & quare n. 10.*

Procurator.

*Si admaioratus successionem multæ personæ opponuntur, qua forma audiantur, & allegare per ordinem debent, & an per unum procuratorem. p 572. n. 827. & 828.*

Productio.

*Productio instrumenti, aut scripturæ probat contra producentem, & producens instrumẽtum omnia in eo contenta probare videtur. p. 375. n. 43. vers. nec contra.*

Promissio.

*Promissio faciendi maioratum, an habeatur pro facto pag 196. n. 1. & seqq. per varia exempla, quando promissio habeatur pro conclusione. pag. 197.*

*Aliud est maioratum facere, aliud promissio faciendi maioratum, si nuptiæ sequantur cum aliquo per viam dotis. p. 197. n. 2.*

*Promissio de instituendo maioratu, non sequuta ejus fundatione pro facto constituto, an habeatur pro facto, & quando, & quomodo. pag. 197. num. 9. & seqq. & pag. 198. & seqq. ad varias quæstiones.*

*Si pater, aut mater promittat per viam dotis maioratum facere, aut meliorare unum ex filiis, qui sequuto matrimonio decessit sine filiis relicto hærede extraneo in tertio, non tenetur pater adimplere promissum, & quare p. 198. n. 14. & 15. ubi quid è contra.*

*Maioratum promittens radificare per scripturam si non ratificet, an censeatur maioratus institutus, & quando promissio habeatur pro erectione. pag. 229. ubi ad alia multa de effectu promissionis, & ratificationis, & p. 230.*

*Si maioratus alienatio fuit facta cum promissione impetrandi facultatem Regiam, & sub ea fuerunt à primis fundamentis ædes, aut domus diruptæ, & confusa extitit area cum fundo, & de novo ædificatæ, absque eo quod remaneret vestigium aliquod antiquæ alienatæ domus, an competat successori maioratus reivindicasse, vel tantum actio ad æstimationem petendam. pag 485. num. 438. usque ad p. 489. ubi etiam, an detur pœnitentia in tali contractu, antequam impetretur facultas, & an hæres alienantis possit impugnare alienationem, & pag. 490. num. 462. 463. & 464. & p. 491.*

*In maioratu nominationis an competat actio contra Reum, qui habet nominationem per scripturam, & Actor vult probare anteriorem nominationem ex testibus, & quando, & quomodo probetur. pag 556. n. 753. & seqq. & qui testes requirantur ad nominationem probandam, & quando sit revocabilis, vel irrevocabilis, & pag. 560. & an producat effectum promissio nominandi, & vendendi.*

Protestatio.

*Protestatio ut effectum producat, quid requiratur p. 175. n. 405.*

Proximior.

*In maioratus successione semper intelligitur vocatus proximior ultimo possessori de sanguine institutoris, nisi aliud disponat institutor. pag. 41. n. 119. & 120. & pag. 42. n. 121. & pag. 45. n. 136.*

*Et quis dicatur proximior in stirpe, aut generatione, nomine, aut cognomine pag. 42. num. 123. ad fin. & pag. 44. num. 132. & pag. 45. n. 136.*

*Dummodo sit à latere unde bona provenerunt proximior p. 44. n. 133.*

*Si successor maioratus petat bona illius, tenetur probare consanguinitatem proximiorem, & esse ex sanguine institutoris, & qualitatem requisitam, & non esse exclusum. p 491. n. 467.*

*Ad maioratum actio pertinens debet proponi à successore, ubi primùm scientiam habuerit de alienatione, & si non proponat eam, proximior debet de illa agi, & eo renuente sequens in gradu, non obstante allegatione præscriptionis, & revocationis. pag. 517. n. 584. & 585. & p. 513.*

Pupillus.

*Quid in pupillo, & an possit acceptare, & sine acceptatione impediatur revocatio Notario pro absente stipulante, & an sit capax acquirendi infans pag. 629. num. 242. & pag. 630. & 631.*

# Q

Qualitas.

*Qualitate maioratus, qui se fundat in ea, debet illam probare, ad hoc ut ei competat actio, & quare. pag 437. n.195. & p. 438. n.196.*

*Ad maioratus successionem qualis requisita est proximitas temporis mortis ultimi possessoris, & delationis, quia successio non potest esse in pendenti, & recta via transit in successorem. pag.360.*

*Nominatio maioratus non potest sustineri, quãdo in nominato defecit qualitas, sub qua relicta fuit facultas nominandi. pag.626.num. 226.ad fin. & pag 627.*

# R

Ratificare.

*Maioratus an dicatur institui, si non appareat institutio relata, si testamentarius de illa asserat, & dicat bona talia esse maioratus. pag.228. n.135. & seqq. & p. 229.num.139. & 140 Et quid si promisit ratificare maioratum. & n.142.*

*Maioratum promittens ratificare per scripturam si non ratificet, an censeatur maioratus institutus, & quando promissio habeatur pro erectione. pag. 229. ubi ad alia multa de effectu promissionis, & ratificationis. & pag. 230.*

*Si non apparet scriptura, in qua dictum sit maioratum esse factum, & relatum, cum promissione ratificandi maioratum, non procedit obligatio ratificandi, quia non ostenditur scriptura relata, ad hoc ut ratificetur, sine productione cujus, & illius inspectione non datur, nec dari potest ratificatio. pag.230. num.144.*

Rato.

*Maioratus successori quando competit actio, debet agere personaliter, aut per procuratorem, & non cum cautione de rato, & si pertineat successio ad mulierem uxoratam, tenetur maritus ostendere speciale mandatum ad agendum, & non admittitur consanguineus cum d. cautione de rato. pag. 517. n. 583.*

Realenga bona.

*In realengis bonis, lezirias, sesmarias, reguengos, & in terris obligatis ad jugatæ solutionem, an possit institui maioratus, & an etiam in Villa Coronæ empta, aut permutata. pag. 154.n.339. & n.340.*

Realia.

*Maioratus an sustineatur non sufficientibus bonis ad debita institutoris solvenda p 293. n.412. & seqq. maximè si sint debita realia, & quando talia dicantur, & quando maioratus successor teneatur ad debita antecessoris solvenda. pag 194. pag 301. num.441. ubi etiam, quod teneatur in subsidium p.302. 303.304. & 305. & p.352.*

Recognitio.

*Maioratus an probetur ex confessione maioratus facta Principi in supplicatione, & dicens, quod bona sunt maioratus, & an talis confessio præjudicet, vel non, & quando, & quibus pag 410. num.175. & pag.411. Et an ex illa dicatur probata recognitio, ut præjudicet successoribus, & ibi multa de cõfessione, & recognitione. & p 412.*

Reconventio.

*De reconventione agi debet & si actor desistat à conventione, & Clericus etiam, quia idem in illo procedit, & quid si res sit integra. p. 377.num. 45.*

*Reconventio an admittatur in re illiquida. p. 570. col.1.*

